
Matthaei Hilleri Hierophyticon
Trajecti ad Rhenum a. 1725 in 4.
P. I. alph 1. p 15. P. II. alph 1. p 14
Theologische Bibliothec Tom II. p 240.


ARBORE-
TUM
BIBLI-
CUM.

Ioann: Simon Wolfahrt
Koenigs: Schwartzl:
Schub
Iesus mea salus
anno 1720
[illegible]

JOH. HENRICI URSINI

Quondam Ecclesiæ Ratisponensis Superintendentis meritissimi,

ARBORETUM BIBLICUM,

In quo

Arbores & frutices passim in S. Literis occurrentes, Notis Philologicis, Philosophicis, Theologicis, exponuntur, & illustrantur.

Cum Continuatione & Sylva Theologiæ Symbolicæ, nec non Appendice de terribili quondam visa Cometa, nunc tertia vice revirescens.



NORIMBERGÆ,

Sumtibus JOHANNIS DANIELIS TAUBERI.

Typis Christiani Sigismundi Frobergii.

ANNO M. DC. LXXXV.

Amplissimo & Clarissimo

VIRO

DN. JOHANNI Frisch- muth / Lingg. Sacr. Professori in Inclutâ Jehnensi Academiâ celeberrimo,

Fautori & Amico meo honorando.

INter tot Mundi procellas, una res est, quæ Bonam Mentem & pascat & reficiat, S. Literarum Meditatio. Me certè una tenet, ut quanquàm & ætate & laboribus diuturnis fessus, subindè quasi refectus ad clavum & clavam redeam, nec deficiam. Invenio ibi semper quod vitæ molestias, & fastidia studiorum abstergat. Itaque nu-

nuper Paradiſum hunc ingreſſus, ſed ſine Duce & Luce, niſi quod Sacra hæc meditantibus Dux eſſe ſolet, ipſe cujus afflatu ſcripta ſunt, DEI Spiritus, & lux ex ipſis larga funda-tur; cœpi Arbores conſitas con-templari, ac paſſim diſperſas quaſi in quicuncem redigere & diſponere. Audax facinus! ſed trahit ſua quem-que cupido; me Amor harum Li-terarum. Eram & Herbarium & Aromaticum Hortum plantaturus; ſed alia & alia ſemper avocant, E-ventus Deo in manu eſt.

Te in hoc Arboretum meum, Vir Clariſſime, invito, non tantùm ſpectatorem futurum, ſed & Arbi-trum: nullâ re fretus, niſi amore & benevolentiâ, multis huc usque er-ga me demonſtratâ argumentis. Si lubenter inſpexeris, quæ errata ſunt correxeris, quæ deſunt ſuppleveris,

in-

inſcriptionis hujus putabo me fru-
ctum tuliſſe ampliſſimum. Sed &
juventus, & quotquot Sacras co-
lunt literas, meſſem indè colligent
uberrimam. Bene vale & aman-
tem, ut ſoles, conſtanter redama.
Scribebam Ratiſp. Idibus Februariis
A. O. R. cIↄ Iↄc. LXIII.

Excell. T.

Studioſiſſimus

J. H. URSINUS.

Σὺν Θεῷ!

Synopsis & Capitum argumenta.

Cap. I. *Arborum definitio, & explicatio.* Quis primus plantâsse arboretum dicatur? n. 1. forma, an anima? n. 2, 3. Materia Lignum: distinguitur in viride & aridum, 4. cur putria splendeant? 5. Loca S. Scrip. explicantur, Gen. 21. 33. Psal. 148. 9. Esa. 44. v. 23. & 55. 12. Judic. 9. 8. 2. Paral. 25. 18. Luc. 23, 31. Ezech. 21. v. 3. 7. Job. 41. 18. Emblemata tria.

Cap. II. *Arborum partes & inde Metaphoræ,* *1. Radix*, n. 1. Sapientiæ, Sirac. 1. 25. immortalitatis, Sap. 15. 3. Johan. 17. 3. malorum, 1. Tim. 6. 10. n. 2. Radix Isai, Davidis, Esa. 11. 10. Apoc. 5. 5. &c. n. 3. Radix amaritudinis, Hebr. 12. 15. Deut. 29. 18. Emblem. duo.

2. Surculus, 5, Christus Esai. 11. v. 1. Ecclesia, Esa. 60. 21. & 61. 3. n. 6. Rex Babylonius surculus abominabilis, Esa. 14. 19. de Sepulturâ Regum, Tyrannorum, 7. De Loco, Matth. 15. v. 13. Embl. duo.

3. Stipes, Caudex, num. 9. Job. 14. v. 9. Spes arboris Embl. ib. Dei majestas, 10

Homi-

Homines locuſtæ. Embl. Cœlum cortina; Tyranni truncus ſuccisſus, Embl. hæc ex Eſa.40.22.

4. Cortex, num. 11. Joël. 1.7. Ficus decorticata, 12. Embl. tria. Famelici an cortices rodant? Job. 30. 4. num. 13.

5. Rami & Frondes, 14. Gen. 49. 22. Ben filius, id eſt, ramus. Embl. Rami nativi & adoptivi, Rom. 11.24. radix Sancta, n. 15. alii teneri, alii robuſti, 16. Job. 15.30. & 8.16. & 18, 13. Hiſtoria de Abimelecho, Judic. 9.46. n. 17. Rami felicium, 18. ex Oſe. 14.6. impiorum excisio, 19. Eſa. 9.14. & 19.15. urbis aut gentis vaſtatio. 20. Eſ. 17.6. Excidium Hieroſolymæ, 21 Eſa. 27.10. clades Senacheribi, Eſa. 20.33. Regis Æthiopum Tirhakæ, 22. Eſa. 18. 5. Emblemata ſparſim ſex, & plura.

6. Frondes, ſeorſim, 23. pabulum jumentorum, Eſa. 27.10. Geſtare frondes mos in Scenopegiis, de quo multa, 24. de nomine, autore, materiâ, formâ, fine. Viam frondibus & floribus ſternere 25. Tabernacula ex frondibus, 26. Loca S. Script. Levit. 23.40. Neh. 8.14. Joh. 12. 13. Matth. 21.8. &c. Embl. Quatuor.

7. Stolones & propagines, n. 27. Pſal. 92.

Cap.

gna

uno

Cap.

Simi-

SACRA DENDROLOGIA.

SECTIO I.

DE ARBORIBUS BIBLICIS IN GENERE.

CAPUT I.

Definitio, ejusq́; explicatio.

ARbustum, sive *Arboretum* est locus arboribus consitus:

Estq; vel *Nativum*, ut sunt Silvæ, Saltus, Nemora; vel *Factivum*, ut Luci & Pomaria. *Arborator*, qui loca talia arbustat, & curat. Est autem *Arbor*, juxta S. Scripturam, lignum duro caudice, uno vel multiplici assurgens, & in ramos expansum, vitâ vegetante præditum.

Forma ejus, quâ talis est, anima nutritiva est. *Generis* loco lignum ponitnr. Est enim omnis arbor *lignum*; non contrà. Nam aliud *vivum*, aliud *emortuum* & quasi arboris cadaver, &c. *Propriè lignum* dicitur interior arboris, radicis scil. & caudicis, ramorumq;, pars, cortice vestita, fissilis & dura, quæ velut caro aut corpus est. *Materiam* vocant Latini. De cæteris caussis, partibus item, & fine ac usu, satis alio dicetur loco. Addam tamen pluscula suis mox locis.

Obſervationes.

1. Primus Abrahamus legitur *plantâſſe*, אשל *δένδρων φυτείαν*, ut habet Aquila, *Nemus, in Berſabee, & ibi invocâſſe nomen Dei æterni.* Arboribus denſum fuiſſe, & optimis fructibus, *refert Thargum:* inq; eo exceptos peregrinos hoſpites, permiſſosq; ut de fructibus ſumerent, quantum vellent: hac tamen mercede, ut Deum Cœli Terræq; Creatorem, ac omnium bonorum datorem, colerent & laudarent, Geneſ. 21. v. 33. Sed *de Lucis, Silvis, Hortis* ſuo loco.

2. De Plantarum arborumq; *formâ* diſceptatum olim fuit. *Plato animalia* eſſe cenſebat, quæ tamen ſolam tertiam animæ facultatem haberent, *τὸ ἐπιθυμητικόν. Ariſtoteles negavit*; nam animal ajebat eſse *ὀυσίαν ἔμψυχον αἰσθητικὴν*, rem animâ præditam ſenſitivâ: plantas tamen *φυσικῆς καὶ θρεπτικῆς ψυχῆς* eſſe participes. *Stoici* hoc quoq; non concedebant: diſputabant enim omnem animam vi ſentiendi præditam eſse: itaq; plantas nec animalia, nec animatum quid dici debere, ut eſt apup *Clement. Alexandr. 8. Stromat.* At *Pythagorei*, ſecuti, ut videtur, Ægyptios, & Indos, ubi Brachmanum hæc opinio adhuc viget, *omnem animam à corpore ſeparatam rationalem eſſe* credebant, aptamq; induere, non humana modò, ſed & brutorum, arborumque & plantarum corpora, *de quo Porphyrius de Abſtinent. ab animal. & in vitâ Pythagoræ*, (Porphyrius enim priùs *Malchus* dictus fuit, ut teſtatur *Eunapius Sardianus* in vitâ; Sophiſtas deſcribens) & refutavi

han

hanc μετενσωμάτωσιν *Æneas Gazæus* Philosophus *Christianus in Theophrasto suo.* Hinc Empedocles, Mosen ex parte secutus, *plantas* dixit *primo inter animalia loco enatas, antequàm Sol circumvolveretur, diemq́; à nocte discerneret,* apud Plutarch. 5. de placit. Philosoph. Sed de hac formâ alibi satis.

3. *Inquis*; si arbores animâ rationali carent, quomodò *laudare Deum dicuntur, & manibus plaudere?* Psal. 148. v. 9. Esa. 44. v. 23. & 55. v. 12. *Resp.* per προσωποποιΐαν. Hieronymus ad postremum Esaiæ locum. *Interrogemus eos, qui simplicem tantùm historiam sequuntur, & elixas carnes sanguine comedunt, utrum ligna plaudant ramis, & concrepent manu?* Sic arborum *sermocinationes* legimus Judic. 9. v. 8. 2. Paralip. 25. v. 18. quò pertinet illud Phædri in Prologo lib. 1.

> *Calumniari si quis autem voluerit,*
> *quòd arbores loquantur, non tantùm feræ;*
> *fictis jocari nos meminerit fabulis.*

Simili Schemate pastorali, apud Theocritum pastor quidam Sponsam complexus, cùm illa arborum strepitus timeret, *de nostris,* inquit, *inter se colloquuntur nuptiis:* Et Longus Sophista *Pœmenicorum lib. 3. de Daphni & Chloë:* ὁ μὲν ἐσύριζεν, ἁμιλλώμενος πρὸς τὰς πίτυς· ἡ δὲ ἦδε ταῖς ἀηδόσιν ἐρίζουσα, &c.

4. *Lignum* distinguit S. Scriptura *in viride, & aridum.* Hinc Proverbia; 1. *Si hoc in viride ligno faciunt, quid fiet in arido?* Luc. 23. v. 31. ubi Beda, & ex eo glossa: *Viride lignum Christus & Electi: aridum, impii & peccatores.* Et Christus quidem καθ᾽

κατ' ἐξοχὴν *Lignum ferax, ſemper virens, ſemper vitale*, Theophylactus, *propter Deitatem in carne latentem, cujus fructus erant tot miracula, & vivifica doctrina*, Titus Boſtrenſis, vide 1. Pet. 4. v. 12. Jer. 49. v. 12. Zach. 11. v. 2. *vide Zehneri S. Adagia Cent. 3. num. 69.* Pertinet huc fabula *de Hero & Canibus*: Nam cùm hi viderent, fame & penuriâ compulſum illum, poſt capras & oves, etiam mactare boves aratores; fugâ ſibi ſalutem quæſiverunt: Quid, inquiebant, qui famulis bobus non pepercit, nobisne parſurus ſit? ἐπιμύθιον dabit Apoſtolus Rom. 11. v. 21. Huic 2. affine eſt apud Ezechielem, ubi minatur Deus; *ſe igni combuſturum omne lignum, viride & aridum*: id eſt, ut ipſe interpretatur; publicâ clade *exciſurum juſtos cum impiis*, cap. 21. v. 3. 7. Ita enim fit mirando Dei judicio! uti ſi fulmine conflagret ſilva omnis. Cui *emblemati* lemma adſcribi poteſt ex Proſpero de Providentiâ:

> *Multa quidem mundo ſemper communia in iſto*
> Indignos dignosq; manent; *Sol omnibus idem,*
> *Idem imber: pariter ſubeuntur frigora & æſtus.*
> *Utq; indiſcreta eſt cunctis aqua, lumen, & aura*
> *Sic injuſtorum juſtos mala ferre neceſſe eſt.*

Habet divina Sapientia ſuas ſupra nos rationes. Sunt iſta παθήματα, μαθήματα. Nemo coram Deo innocens eſt: *nemini facit injuriam*, Matth. 20. v. 1 Fit piorum caſtigatio impiis documentum; virtu & patientia, exemplum. Neque illis mali quid accidit, *nec enim mala mors eſt ulla bonis*:

> *quibus è vario longoq; labore*

Quilib

Quilibet in requiem patet exitus: aspera vitam
Dat via; *nec campo capitur, sed fine corona!*

Hæc ille & alia.

5. *Cur putria ligna in tenebris fulgent?* Sic enim Plinius: *nocturnorum animalium, velut felium, in tenebris fulgent radiantq; oculi, ut contueri non sit: & capreæ lupiq; splendent, lucemq; jaculantur: Vituli marini & hyænæ in mille colores transeunt subinde: Quin & in tenebris multorum piscium refulgent aridi, sicut robusti caudices vetustate putres*, l. 11. cap. 37. *Res*, inquiunt, *quæ plus participant lucis, facilius cernuntur in tenebris*, Ludov. Vives de Animâ. *Oculos lumen insitum in tenebris spargere* docet Plutarchus l. 5. Sympos. Quæst. 7. Sed in lignis pridem putrefactis, deinde arefactis, *per candoris in aëre reflexionem* hoc fieri monet Scaliger, Exercit. 174. ubi vide, *& apud Bodinum Theat. Nat. l. 4. pag. 452.*

Eò videtur alludi apud Jobum cap. 41. v. 18. ubi de Leviathane, immani balænâ, dicitur: *Reputavit ut paleas ferrum*, hastas & gladios; *& quasi lignum putridum æs*, thoraces æneos, interprete *Gregorio M.* Tanta, inquit, tergi duritia est, ut *nullo* sit *penetrabile ferro.* Sic *Crocodili contra omnes ictus cute invictâ*, Plinius l. 8. cap. 25. *Diabolus tantâ se virtute superbiæ induit, ut omnia arma, adversum se concepta, pro nihilo pendat*, Philippus Presbyter, in Job. l. c. Addit, *Diaboli opera palearum acervis esse similia, & lignis infructuosis, vetustatis carie fatiscentibus, quæ igne inexstinguibili sunt urenda.* Hæc Saulis armatura est, 1. Sam. 17. v. 38. splendida, sed adver-

ſus Diabolum ludicra; ut ſi quis in pugnâ decretoriâ ſubulis præliari velit, aut rudibus batuere. Aliâ nobis πανοπλία opus eſt, Epheſ. 6, 12. Humana omnia, cùm ad rem ventum eſt, - *Dant fumum ex fulgore.* Quod adſcribi poſſit eleganti *emblemati*, picto putri tali ligno, noctu reſplendente. Et alterum de Crocodilo aut Balænâ jam dedi.

CAPUT II.

Arborum Partes & indè Metaphoræ.

PRæcipuæ partes, earumque nomina Hebraica, legi poſſunt *lib. 1. ſuprà cap. 2.* nunc de ſingulis aliquid, quantum videbitur:

Radix eſt ima pars ſtirpis in terrâ fixa, origo & fundamentum totius, per quam alimentum trahitur & coquitur:

E radice *caudex* prodit, ſive *ſtipes*, alimentum in ramos & frondes deferens. In Herbis *caulis* dicitur.

Caudex finditur & funditur in *ramos*, qui quaſi brachia ſunt, ut *frondes* manus.

His innaſcuntur, *gemmæ, flores, fructus, folia, & ſurculi, novellæ plantæ.*

Cortex ambit foris, & veſtit, à corpore ſeparabilis.

Stolones & propagines, adnaſcuntur, velut ſoboles, inutili fruticatione, niſi quod evulſæ & plantatæ ſubindè adoleſcunt. *De his plura Fuchſius in append.*

append. de Vocum difficil. explicat. & Dodonæus Pempt. 1. lib. 1. cap. 2. &c.

Plurimæ ex his ducuntur *Biblicæ Metaphoræ, & Similitudines*, quarum nonnullas insigniores, ad S. Literarum illustrationem, adferre operæ erit pretium.

I. Radix.

1. *Radix existit plantæ principium. In eâ sanè compendium quasi corporis totius. Vectigal igitur, vel cortici, vel flori, vel fructui, partim dependit fidelis, partim sibi retinet sapiens.* Officium præstat oris & ventris: *ut accipit alimentum os est, ut coquit, venter.* Scaliger Exercit. 141. Sect. 1. & 3. Quæ distinctam radicem non habent à corpore, habent aliquid ἀνάλογον. *Tuber ipsum sibi radix, stipes & frutex est.* Idem Exercit. 140. *Radix arborem sustentat*, Rom. 11. v. 18. *crescit deorsum, & fructus fert sursum*, 2. Regum. 19. v. 30. Esai. 37. v. 31. *Cùm perit, fructus quoque pereunt, omnisque spes messis & vindemiæ*, Job. 18. v. 16. Amos. 2. v. 9. *ita quæ radice carent, aut nec firmam, nec altam habent: vel crescere nequeunt, vel durare*, Matth. 3. v. 6. 21. Esai. 40. v. 24. *ut fit, cùm radices vel evelluntur*, Ezech. 17. v. 9. *vel ferro exscinduntur*, Matth. 3. v. 10. *vel igni exuruntur*, Malach. 4. v. 1. *vel tabe & putredine consumuntur*, Esai. 5. v. 24. *vel æstu exarescunt*, Job. 8. v. 16. 18. Esai. 14. v. 30. Amos. 2. v. 9. Marc. 4. v. 6. Luc. 8. v. 6. 13. adde plantarum pestes, *vermes*, Deut. 28, 39. *& animalia depascentia*, Num. 22. v. 4. de quibus lib. 1. *& ipsam senectutem*, quam

mors comitatur, Job. 14. v. 8. *At quæ radices propagant, altisq; nituntur, firma stant, ut ad aquas plantata, multo succa abundantia*, Psalm. 1. v. 3. & 80. v. 10. Jerem. 17. v. 8. Job. 29. v. 19. Esai. 27. v. 8. Jerem. 12. v. 2. Ezech. 17. v. 5. 6. cap. 31. v. 5. 7. vide quoque Prov. 12. v. 3. 12. Sap 3. v. 15. & 4. v. 3. Sir. 10. v. 18. & 40. v. 15. *Virtutes radicum multæ.* Sap. 7. v. 20. *Qualisq; radix, tales & stirpes*, Rom. 11. v. 16.

2. Hinc apparet quomodò *Timor Dei*, id est, Pietas, dicatur radix Sapientiæ, cujus κλάδοι sint μακρονημέρευσις, *rami longævitas*, Sir. 1. v. 25. Ita Fides, sivè *Notitia Dei, non nudè speculativa, sed & practica, quæ cum affectu est*, ut rectè Cornelius à Lap. Sap. 15. v. 3. dicitur radix ἀθανασίας, imò *Vita ipsa æterna*, Johan. 17. v. 3. non tantùm inchoativè; sed quia & principium & compendium Sapientiæ, vitæque æternæ unicum ὄργανον est, succum vitalem ducens ex Christo, Esai. 53. v. 11 Habac. 2. v. 4. & ut in radice arboris vita atque anima; sic in fide tota salus, per spem habetur Ephes. 2. v. 8. Rom. 8. v. 24. *Sicut in radice nulla prorsus arboris apparet species, & tamen quicquid est in arbore pulchritudinis totum ex illâ procedit*, Augustin. vide Lorinum in Sapient. l. cit. *vide quæ de Offic. Christian. dixi ad locum Johann. 17.* & quomodò Timor Domini principium juxta ac complementum Sapientiæ dicatur, *in Analect. Volum. 2 lib. 6. cap. 2. &c.* Omnis Sapientia hominis in hoc uno est, ut Deum cognoscat & colat, *Lactant. 3. cap. 29.* Indè corona & plenitudo Sapientiæ dicitur Sir. 1. v. 22. & finis omnis doctrinæ Eccl. 12. v. 13

tot

tota Sapientia, Job. 28. v. 28. *ubi R. Moſes Ben Nachman :* Deus indicavit hominibus, ut timerent ipſum, quodque ea omnis ipſorum Sapientia ſit; & recederent à malo, quodque hæc ipſorum Prudentia ſit. Nam hoc eſt univerſum hominum in quo ſalvantur. Quod captum illorum excedit, ne de eo quærant; & quod abſconditum eſt ab ipſis, ne ſcrutentur; neque negotii quicquam ſit iis cum occultis. Ita & Cohélet, *Eccleſiaſtes Salomonis*, finit, *apud Coccejum in Job. p. 387. Plura de his quoque in Paradigmat. S. Concion. attuli Exemplo 47.* Sic contrà *Avaritia*, radix omnium malorum, 1. Tim. *6*. v. 10. non tantùm principum - *Quid non mortalia pectora cogit ?* ſed etiam compendium. Ita dicitur - *Seges ſcelerum, radix & ſola malorum*, à Prudentio in Hamartigen. Nec tantùm, ut à Phocylide - μητὴρ κακότητ@ ἁπάσης : Verùm etiam μητρόπολις ut à Bione, & ἀκρόπολις κακίας, ut à Clemente Alex. in Pædagogo, &c.

3. Radix Iſai, Eſai. 11. v 10. Rom. 15. v. 12. *Radix Davidis, & genus*, Apoc. 5. v. 5. cap. 22. v. 16. *Radix de Terrâ ſiccitatis, ſiticuloſâ*, & ut Aquila vertit, *inviâ*, Eſai 53. v. 2. dicitur Chriſtus, quod ſit, ut vulgò interpretantur, germen & ſurculus ex ſtirpe Davidis, toties promiſſus à Prophetis, Davidis filius ſecundum carnem, 2. Sam. 7. v. 12. Pſalm. 89. v. 20. 37. & 132. v. 11. Eſa. 55. v. 3. 4. Jerem. 23. v. 5. 7. Ezech. 17. v. 22. 23. Amos. 9. v. 11. &c. Sed placet omninò illud Ruperti Tuitienſis in Apoc. cap. 8. *Magnificentius dictum eſt, ut dici debuit, Radix David: magnificum*

 quippè

quippe & mirabile est, ejus esse radicem, de cujus stirpe descendit. Plus enim omninò est esse radicem, quàm ex radice sobolèm. Itaque veteres, ut apud Andream Cæsariensem, distinctè: *Radix est Davidis, ut Creator,* διὰ τὴν θεότητα· *ex radice verò ejus* διὰ τὴν ἀνθρωπότητα; juxta quam est ἐκ ῥίζης τοῦ Δαυὶδ βλαστήσας κλάδος, ut Idem in cap. 22. Apocal. Sic itaque utramvis θεανθρώπου *naturam* hoc nomen comprehendit. Mihi tamen præter *incarnationem,* maximè respectum fuisse videtur *ad officium* Domini, quo est γενεάρχης novæ Davidicæ prosapiæ, omnium fidelium: principium & caput æternum Regni Davidis in omnia secula sine fine duraturi, quod à Christo cœpit, & in eo perennat, *vide quæ de Cedro dicam in Ezech. 17. cap. l. cit. Miraculum est,* quod ille qui secundùm Deitatem est radix & creator Davidis, factus est surculus ex radice Davidis: *Miraculum,* quod enatus est ex Virgine quasi terrâ inviâ, cùm radicitus videretur excisa arbor Regia Davidis: *Miraculum,* quod radicula illa tàm vilis & despecta, quales sunt quæ aridis in desertis succrescunt, in tantam Arborem creverit, ut orbem terrarum impleverit & obumbraverit, duratura in æternum. Vident humilitatem radicis increduli, & scandalum capiunt: Vident majestatem arboris fideles, quibus brachium Domini revelatum est, & adorant Dei consilium, Psalm. 118. v. 22. 23. Esai. 53. l. cit. Ita D. Glassius S. Rhetor. Tr. 1. cap. 8. p. 169. *Christus radix Davidis dicitur, quia est verus ille Primogenitus ex familiâ Davidis ortus,* Psalm. 89. v. 28. Rom. 8. v. 29.

Radix

Radix totius familiæ Dei Spiritualis, cui Ecclesia N. Testam. instar arboris fructiferæ incumbit, ex eoque succum & vitam trahit. Undè Bernhardus: *non dicit David radix ejus, sed ipse radix David: quia portat & non portatur: meritò, David sancte, filium tuum vocas Dominum tuum; quia non tu radicem portas, sed radix te*, serm. 1. in Pascha. Confer quæ modò num. 1. attuli de radice. Pinge truncum excisæ arboris, cujus stipes & rami aridi humi jaceant dispersi, & ex quo regerminet tener surculus, quem de Cœlo respiciat Deus, scripto inter nubes nomine Tetragrammato: adde illud; - *Imperium sine fine dedi!* Der kleine Zweig aus dörren Sand / beherrschen soll all Volck und Land! Quod Esaias cap. 11. v. 10. addit, hanc *Radicem Isai fore vexillum populorum*, quod stans & defixum solo omnes Gentes, velut asylum, quæsituræ, & adoraturæ sint, exposui *Volum. 1. Analect. Sacror. cap. 55. pag. 80. & seqq.* Impleta hæc Prophetia maximè, cùm devicto antiquo Dracone Apocal. 12. sub Constantino Magno, Christi quasi signum militare tandem quiesceret, ac omnibus gentibus adorandum proponeretur. Itaque tunc quoque, autore Constantino Imp. nomen Christi, *per Græcam literam χ, decussatæ cruci similem, cui Rho literæ desuper instaret*, Vexillis ex auro & gemmis acu intexebatur; velut habet Prudentius,

Christus purpureum, gemmato textus in auro,
Signabat Lábarum, 1. adv. Symmach.

Vid. ibid. Isaac. Grangæum in Notis pag. 123. 124. & quæ olim de h.l. Esaiæ dixi in Theolog. Symb. num. 118.

Sed

Sed neque illud perfunctoriè considerandum est; quod *Radicem* hanc *ex terrâ planè siticulosâ* enatam notat Esaias, cap 53. Nam cùm Cardanus dixisset; *raras nasci plantas inter arenas*: Rectè quidem Scaliger opposuit; *etiam siccas arenas reperiri tectas fruticibus: in Syriâ & Arabiâ &c plurimo scatere nigro hyoscyamo. In extremis Medulis, & aditu Cantabriæ litoralis reperiri vineta lætissima; quæ interdum, ipsâ simul cum vindemiâ, arenarum aggerationibus, Cauro, aut Aquilone, aut Subsolano actis, obruantur*, Exercit. 140. Sed his arenis subesse solum fertile oportet. Nam ex meris arenis, siccis omninò & exsuccis, quid nasci possit aut vivere? E tali terrâ tamen prodiisse radicem arboris tàm immensæ ait Propheta: nimirùm, quod ea succum non aliundè emendicare opus haberet, sed *omni per se plenitudine* abundaret, Coloss. 2. v. 9. Joh. 1. v. 16.

4. Radix amaritudinis; ῥίζα πικρίας est *radix sursum germinans fel & amaritudinem*, id est, *Cicutam*, aut *toxicum*, & *absynthium*, de quibus suo loco, Hebr. 12. v. 15. ex Deuteron. 29. v. 18. *Metaphoricè*, homo scandalosæ vitæ aut & doctrinæ, πόρνος ἢ βέβηλος, qui caduca æternis anteponens, ὡς Ἠσαῦ, fit apostata, atheus, seductor, multos contagio suo polluens, ut exponit Apostolus. Et de hoc contagio seductionis intelligendum est, quod habet Moses: ita tandem evenire, *ut assumat ebria sitientem*, juxta vulgat. vel ut Pagninus vertit: *ut finiatur ebria cum sitiente*: daß die Truckne mit den Durstigen hinfahren: Saturi cum jejunis, divites cum pauperibus, D. Lutherus.

therus. LXX. verò habent: ἀπολέσῃ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν ἀναμάρτητον, *perdet peccator innocentem*, nempè μιασμῷ contagio, Hebr. 12. l. c. Probant hunc sensum ferè Bonfretius in Deut. & Delrio in Adag. Lutheri translationem D. Glassius in S. Gramm. Tract. 1. can. 2. pag. 6. Mihi Proverbium videtur esse de re maximè absurdâ, & noxiâ: Ut si *cæcus ducat videntem*. Solent enim sobrii aliàs ducere domum ebrios. At ubi grassatur idololatria, fit ut ebria anima secum rapiat in devia & exitium sitientem, sobriam; insana sanam. Tanta erroris efficacia est! Tunc divina ultio & interitus sequi solent, Deut. l. c. v. 20. Quæ cogitatio elegans subministrat *emblema*, quo πορνείας, tàm corporalis, quàm spiritualis contra Deum, indicetur 1. *forma*; est enim ebrietas quædam mentis: 2. *causa efficiens*, quæ est Diabolus præcentor; & *impulsiva*, cupiditas prava de quâ 1. Joh. 2. v. 16. 3. *efficacia*; ut & sani ac sobrii rapiantur;

- dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
Unius scabie cadit & porrigine porci,

Juvenalis. Itaque Charondas prudenter *pravæ societatis* Actionem instituit, ac legem sanxit: *Ne quis malorum consortio uteretur!* apud Diodor. Sicul. Denique 4. *pœna*, exitium: Cyrillus Alex. in c. 1. Oseæ v. 2. Meretricem vocat πέταυρον τοῦ θανάτου, καὶ θύραν καὶ ὁδὸν εἰς αὐτό που τὸ βαθὺ, καὶ λοῖσθον καταφέρουσαν σκότος, *petaurum mortis*, perticam aucupis, plenam laqueis, *januamque & viam in easdem illas profundas & extremas tenebras*.

Sic

Sic *itur ad orcum!* Pinge ebriam mulierem coronatam ſerto florido, quæ ſiniſtrâ poculum teneat, dextrâ ponè trahat modeſtam, vultu demiſſo; rapiatque ſaltabunda in profundam voraginem: appone, ſi vis, in tumulo ſtantem parvum Cacodæmonem, qui citharâ ludat. *Ubi Timor Dei hominem non cohibet*, σωφρονίζει ſobrium facit & ſervat, *& in officio continet, ibi cum peccato Diabolus tripudiat, & choreas ducit*, ait Gregor. Nyſſenus de Reſurrect. Chriſti Orat. 3. Sed de Radice nunc quidem ſatis.

II. Surculus, Nézer.

5. *Stipitis partem eſſe aut rami, & ratio vocis indicat, & declarat uſus. Nam vox diminutionem notat à Suro. Surum palum dixére priſci. Undè & ſura in homine. De uſu verò vocabuli quid? meminiſtin'; cujusdam uxor de arbore cùm ſe ſuſpendiſſet, quæſo, inquit vicinus, cedò ſurculum*, hæc Scaliger Exercit. 140. Jocus ex Cicerone & Quintiliano notus eſt: *amabo te*, inquit, *da mihi ex iſtâ arbore quos ſeram ſurculos.* Itaque à *ſerendo* potiùs dictus videtur, ut *furca & ferculum* à ferendo. Nam Iſidori etymologia inepta: *Surculi*, inquit, *à præciſione ſerræ nuncupati*, Origin. l. 17. cap. 6. *Surculus*, ut habet Fuchſius, *eſt quod ex ramis ſimplex ac individuum oritur, eſtque velut germen quoddam ex ipſo trunco, vel caudice productum.* LXX. pro *Nezer* ἄνθος poſuêre, ut Vulgatus, modò *flos*, modò *germen.* Hebraicum vocabulum ſignificat propriè tenerum virgultum, quod in arbore *ſervatur*, ſuccumqu

cumque ex eâ trahens fructificat, ein fruchtbarer Sprosse/ Tragzweig. Insitus ab alienâ arbore adoptatur. *Omnis surculus omni arbori inseri potest, si non est ei, cui inseritur, cortice dissimilis*, Columella l. 5. cap. 10.

6. Hinc *de Christo* nobilis Prophetia, Esa. 11. v. 1. *Et egredietur* חטר *Choter Virga* ein Reyse/ ῥάβδος, מגזע *Miggeza de stipite*, trunco succiso, vom Stammen/ *Isai*, & *Nezer surculus de radicibus ejus*. Veteres Virgam à surculo, *florem* habent LXX. & Vulg. distinxêre: *Radix, familia Judæorum*; *Virga, Virgo Maria*; *Flos Mariæ, Christus*, ut Ambrosius de Bened. Patriarch. cap. 4. Sed puto esse Hebræis usitatam *epexegésin*, ut posterius explicet prius. *Truncus* ad radices usque excisus *familia Isai est*, & Regia Davidis. Ex eo prodiit *Choter*, id est, *Nezer*, *Virga* sivè *surculus*. Nam *Choter Virga* etiam βακτηρίαν baculum significat, ab arbore resectum: *Nezer* autem *surculum*, qui non translatus, in arborem succrevit, in locum parentis usque ad radices succisæ. Ad hunc locum respexisse Matthæum cap. 2. v. 23. putabat Hieronymus, ad Pammach. itaque vertit: *Et Nazaræus radice ejus crescet*. Chaldæus habet: *Et egredietur Rex de filiis Jesse, & Christus de filiis filiorum ejus ungetur*. Tandem *fit surculus arbor*!

Sic *de Ecclesiâ fidelium* Novi Testamenti Deus Esai. 60. v. 21. *Populus tuus omnis justus erit*, *Nezer surculus plantationum mearum*, φύτευμα, *opus manuum mearum ad glorificandum me*. Sic Esai. 61. v. 3. In utroque loco pro plantatione est *Mattah*, quo voca-

vocabulo non actus insitionis, sed planta insita significatur, ein Pflantze. Aliâs *Nata*, quod Græci vertunt νεόφυτον. Elegans Electorum Imago. *Surculus* sunt ab Adamo defractus, è Paradiso ejectus per se moriturus, nisi vivæ arbori inserantur; *Insitor* Deus, manu gratiosâ: *Arbor Vitæ*, Christus, è quo vitalem trahunt succum. *Rami resecti*, ut in eorum locum adoptentur, Judæi, reprobi, ut Roman. 11. *Finis*, *proximus* vita ipsorum; *ultimus* gloria Dei Philipp. 1. v. 11. *Non nobis, Domine, non nobis!* Psal. 115. v. 1. *Soli Deo Gloria!* quod lemma huic emblemati addi debet. Nam quod inserti & insiti Christo vivimus, crescimus, fructum ferimus, perseveramus, & custodimur;

Vt flos in septis secretus nascitur hortis,
Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber;

non ex nobis, Dei donum est, Eph. 2. v. 8. Joh. 5. v. 1. Petr. 1. v. 5. &c. Ita facti sumus *planta*, *Nata* Hebraic. *deliciarum ejus*, Esa. 5. v. 7 *planta nominis*, h. est, gloriosa, Ezech. 34. 29. φυτὸν εἰρήνης LXX. fi De dilecti in dilecto, Eph. 1, 6. φίλτατ' ἔρνη *plantæ* charissimæ, ut filias suas Oedipus vocavit apud Sophoclem. Sic *plantæ pro liberis*, Psalm. 128. v. 3. 144. v. 14. *vide Ravanell. in Planta.*

7. Elegans de Belsazaris Babyloniorum Regis cæde, & abjecto cadavere locus est Esai. 14. v. *Projectus es de Sepulchro*, ne regio majorum sepulchro inferri posses, captâ Babylone à Cyro, cum cæteris occisis in foveam aliquam abjectus es, lapidum superinjecto cumulo, nec sine execratione, de qua sepulturæ ignominiâ dixi Volum. 2. S. Analector.

ap. 26. *quasi surculus abominabilis*, ὡς νεκρὸς, &
t apud Hieronymum est, ὡς ἔκτρωμα, ut aborti-
us partus, abominabilis, in montibus: *& sicut ve-*
s occisorum, *qui ferro transacti sunt*, multo pollu-
tabo; *qui descendunt ad lapides putei*, in fossam
jiciuntur, ac lapidibus tumulantur: *& sicut ca-*
ver conculcatum, putridumque, quod si quis at-
gerit, expiatione opus habebit. Multa hic me-
orabilia: ut præcipua obiter perlustrem, loco-
ie insigni aliquid lucis adspergam, Quæro: 1. *De*
o loquatur Propheta? De Nebucadnezare pu-
it Hebræi & alii veterum. De eo fabulantur,
od *Evilmerodachus*, *inito consilio cum captivo Re-*
Joakimo, *patris cadaver*, *erutum sepulchro*, *ne re-*
visceret, *in frusta minutatim conciderit trecenta*,
idemque avibus, *cuique frustum*, *alligârit*, ut Hay-
o: vel ut alii, *trecentis vulturibus in escam obje-*
it. *Crede*, inquit Cornelius à Lap. *trecenta hæc*
, *non prodigia*, *sed mendacia*. Sed de more ta-
n hoc, cadavera ferisque & avibus exponendi,
x aliquid. De Belsazare agi, occupata Babylo-
, occiso, plures consentiunt, & Prophetiæ cir-
nstantiæ indicant. 2. *Quid de illo?* non esse ho-
tandum publico, regioque sepulturæ genere,
cadaver ejus illatum iri splendido majorum
ılchro, ita disertè h. l. v. 20. ne ullum extaret
numentum ejus, aut *memoria nominis* tàm in-
is; cujus causâ Reges & potentes sumptuosa
bant extruere *Mausolæa*, vide Job. 3. v. 14.
Esa. 22. v. 16. 17. in quæ etiam *thesauri* abde-
ıtur, *multaque supellex regia*, ut Jobi l. c. innui
 vide-

videtur, *de quo Pineda ibid. & multa Spondan. Cœmeter. Sacr. pag. 102. 167. 239. &c.* 3. *Quid ergò* ... An insepultum projiciendum prædicit Propheta ... videtur. Sic enim *surculus abominabilis*, evulsu... terrâ, abjicitur, ut sub dio computrescat: Sic *fœ... tus abortivi* feris alitibusque exponebantur i... montibus, aut locis aliis inaccessis, ut Græci apu... Hieronym. h. l. quin & ipsi infantes, quos toller... parentes & educare gravarentur, de quo crude... more dixi in S. Analect. Volum. 1. lib. 1. cap. ... Fuit hæc *Asinina sepultura* pœna Tyrannorum ... perduellium, *Spondanus pag. 367. 387. & seq...* quam & victorum insolentia, odiumque vul... implacabile, in hostes non rarò exercuit. Hi... Darius exspiraturus *sepulturæ veniam orat* apu... Justin. lib. 11. extremo, & Mezentius ad Æ... neam:

Unum hoc, per si qua est victis venia hostibu...
oro;
Corpus humo patiare tegi! &c. 10. Æneid. v. 9... ubi la Cerda & Spondan. p. 136. 137. Sic Ægyp... in defunctos Reges quæstione institutâ, si m... regnâsse convicti essent, regiâ sepulturâ indign... judicârunt, cadaveraque contumeliosè trac... bant, apud Diodor. Sicul. &c. Potior tam... opinio, cum aliis interfectis Regem Babyloni... in fossam, funere tumultuario, abjectum, & ... pidibus tumulatum. Sic enim cæsorum cadave... cum exuviis perfossis & cruentatis humari s... bant: hæc enim spolia cùm *campus*, ut aju... *colligeretur*, ut abominabilia, nemo carpere a...

pat. Ita *tralaticiæ humanitatis fuit*, ut si quis cadaver insepultum offenderet, *lapidaret*, aut *ter injecto pulvere*, religioni satisfaceret, Petron. in Satyr. ubi *Gonsal. in Comm.* p. 293. *De funere translatitio* Suetonius & ex eo *Kirchmann.* l. 1. cap. 4. Denique & illud scitu non indignum, 4. *quâ causâ ita vel abjectus, vel raptim humatus fuerit Rex Babylonius? Barcæi*, Hesperia gens, morbo absumptos igni comburebant; sed qui in bello fortiter occubuissent, honoris gratiâ, *Vulturibus devorandos objiciebant*, Ælian. hist. Anim. l. 10. Sed & aliæ nationes τάφȣς ἐμψύχȣς amabant: *Parthi* inprimis, *& Persæ*, more ex Majorum institutis recepto, non solebant ossa suorum humare *priusquàm a feris & avibus essent dilaniata: beatos prædicabant, quorum cadavera quam citissimè devorata essent; qua diu jacerent intacta, eorum animas, quasi in orci culum præcipitatas, magno luctu deflebant propinqui*, ut apud Agathiam est, vide Spondan. p. 370. Verùm hæc Magorum superstitio Cyri ævo nondùm orta erat: & apud saniores barbaros ab animalibus discerpi cadavera, fœdum semper ac miserabile creditum fuit. Hac ignominiâ affectus *Pistor Regius in Ægypto*, Gen. 40. v. 19. & *Græcorum Duces, qui Cyro juniori militaverant*, Plutarchus in Artaxerxe; & *Bessus Darii ultimi parricida, cadavere post diros cruciatus frustillatim conciso, ac particulis passim dispersis*, Diodor. Sicul. &c. Tale quid Belsazari accidisse verisimile, traheretque hoc pacto fabula illa Hebræorum, de quâ dixi, aliquid ex vero. Et videtur

Propheta indicare, non id eveniſſe Cyri in hoſtem, ſed Babyloniorum in Tyrannum odio; quod luxu & ignaviâ perditus regnum evertiſſet, urbemque ac populum tantæ cladi expoſuiſſet, *vide v. 20.* De *ſurculo abominabili* mox aliquid addam.

8. *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur*, Matth. 15. v. 13. *Familiare eſt ſacris literis homines plantis comparare, & eorum in hoc mundo conſtitutionem plantationi, Eſai. 5. v. 2. Jerem. 2. v. 21. cap. 12. v. 2. Amos. 9. v. 15. ita* Franc. Lucas Burgenſ. qui putat *de Phariſæis* ſermonem fieri, *qui, quamvis virentibus ficta ſanctimoniæ foliis ornati, tamen non ſint plantatio cœleſtis.* Itaque exponunt *Cornel. à Lap. & Maldonatus*, qui in hunc ſenſum allegat *Hieronym. h. l. Proſperum de Vocat. Gent. l. 1. cap. 6. &c.* Sed Hieronymus indicat à Manichæis eſſe, qui *duas Naturas*, duo principia æterna *introducunt*, à quibus alii boni, alii mali ſint homines; hi eradicandi: illi verò non. Ait autem: *iſta plantatio in voluntate proprii arbitrii eſt.* Quia nempè, ut explicat Proſper, *Bona Voluntas ſuperni agricolæ prima plantatio eſt; omnium virtutum germen primum.* Quod contra Pelagianos & Synergiſtas notandum. Non igitur *de Perſonâ* Phariſæorum, ſed *de pravitate* voluntatis & *doctrinæ* loquitur Dominus: de doctrinis hominum & Traditionibus illis, de quibus v. 2. 4. 9. *Nam Pater cœleſtis non plantavera[t] has doctrinas hominum, de non ſubveniendo parenti[bus], propter oblationem in Templo faciendam; ne[c] præce-

præceperat lotis semper manibus edere, ut rectè Soarez Episcop. Connimbric. in Matth. 15. Tract. 1. *Ita plantam multi bonique autores doctrinam interpretantur, ut Theophilus Alex. Epist. 1. Paschali, Hilarius, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, ut ait ipse* Maldonatus. Tales humani cerebri inventiones ex horto Dei concluso eradicandæ; sunt *Nezer* נתעב *Nithabb*, *abominabilis surculus*, putris, vermiculosus, venenosus, quem supernus ille agricola oculis tueri & tolerare nequit. Quantumvis cœcis illis & cœcorum ducibus videantur esse *plantatio amœnitatum*, id est, *pulchra*, ut Theodotio vertit; *bona*, ut Symmachus; *fidelis*, ut Hieronymus, quem vide *de Judaicâ Doctrinâ* explicantem, Esa. 17. v. 10. 11. *de quo suo loco*.

III. Stipes, Truncus, Caudex.

9. Differre hæc notat Scaliger: *Stipes, ubi truncatur, truncus est. Veteres lignatores, amputatis ramis, ab sese relictum dicebant truncum*, Exercit. 140. *Truncus caudicis pars inferior est, radici vicinior: sive quæ truncatis ramis superest*, Dodonæus, Sed discrimen hoc nec Cicero, nec Columella, observarunt. Hinc proverbia *in stultum*; *stipes, caudex, truncus, asinus, plumbeus, &c.* Sic quoque Græcis στέλεχος, κορμὸς τοῦ ξύλου, apud Hesychium: quamvis prius nomen habeat *stipes* παρὰ τὸ στερεὸν, posterius *truncus*, ἀπὸ τοῦ κείρεσθαι. Ita Hebræorum *Geza* alii à truncando vertunt, *truncum*; alii quod sit arboris, ut Tremellius Job. 14. v. 9. *stipitem*. Verba Jobi l. cit. sic sonant; *Arbori spes super-*

est, quamvis resecetur: adhuc enim innovabitur, repullulabit, *nec desinet* tener & lactens surculus, *propago: Quamvis senuerit radix ejus in terrâ, & suprà in pulvere* exsucco *moriatur stipes ejus; tamen ab odore aquæ regerminabit, ramumque* aut segetem frondium *faciet, sicut novella planta.* Homo autem cùm obiit, quo abiit? *illuc undè negant redire quenquam. Abiit, reverti debet.* Non negat resurrectionem, sed reditum in hanc vitam. Similis est Moschi Poëtæ Græci querimonia, Idyll. 3. versu obiter:

> *Eheu, malva quidem si fortè exaret in horto,*
> *Aut apium viride, aut crispantis germen anethi,*
> *Vivíscent tamen, atq; alium nascentur in annum*
> *At nos tàm magni, tàm fortes, tàm sapientes,*
> *Quàm primùm occidimus, surdi tellure sub imâ,*
> *Dormimus longum, sine fine, in secula somnum.*

Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetua una dormienda, *Catull.* Est itaque Arbor quoq; *Bonæ spei* hieroglyphicum, quæ vel succisa ab odore regerminat undæ. Pinge arborem impactâ securi jam jam casuram, cujus radicem è cavo saxo exiliens fontis rivulus irriget, & adde lemma ex illo *Accii*, aut quicunque fuit latinus Apologorum Æsopiorûm Scriptor Anonymus:

> Speret, qui metuit. *Moriturus vivere vidi*
> *Spe duce; victuros spe moriente mori.*

vide Psalm. 1. v. 3. & 92. v. 13. 16. Prov. 24. v. 1. Jerem. 17. v. 7. 8. Joël. 3. v. 18. Apocal. 22. v. 1. *Laurus cum trunco inaruit, recisa etiam lætiùs fru-cat. At fici radices longissimæ, & senectus ocyssima,*

doc

docet Plinius, l. 16. cap. 31. Sic est bonorum gloria, & improborum voluptas. *Prostratas*, ait Idem ibid. *restitui plerumq; vulgare est.* Id prodigio evenisse, *ostentumque fuisse fausti ominis*, exemplis demonstrat cap. 32.

10. Summam Dei majestatem, Deastrorumque Gentilium extremam vanitatem describens Esaias cap. 40. inter alia v. 22. & seqq. Sic ait: *Ille, qui sedet supra orbem terræ, coram quo omnes ejus habitatores ut locustæ: qui extendit cœlos velut tenue conopæum.* Tremell. velut telam tenuissimam, *Vatabl.* velut cortinam *Pagnin.* wie ein dünnes Fell / *Luth. &c. & expandit eos quasi tentorium ad habitandum: Qui redigit in nihilum Dominatores*, Secretorum scrutatores, Vulgat. *& Judices terræ sicut inane facit: ut sint veluti non plantati, non sati, quorum truncus non radicatur in terrâ: Itaque dum tantum afflat, exarescunt, & veluti stipula à turbine auferuntur.* Multa hic notatu digna: 1. Quod omnes orbis incolæ *locustis* comparentur. Sic Menippus Lucianicus, *interroganti Amico*, cui narraverat, quomodò ab orbe Lunæ, cò subvectus, terram tam pusillam despexisset; *urbes cùm incolis quantæ sibi visæ essent? Puto*, inquit, *te formicarum cœtum non rarè spectavisse; ob ambulantium, exeuntium, redeuntium: quarum aliquæ fimum egerebant fortè; aliæ raptam fabæ tuniculam aut granulum aliquod arrosum & dimidium cursim apportabant. Est autem verò consentaneum, esse apud formicas, pro ratione vitæ Reique Publicæ earum, aliquos architectos, & Demagogos, & Magistratus, & Musicos, & Philosophos,*

losophos. His igitur myrmeciis urbes cum civibus suis videbantur mihi maximè asſimiles, &c. in Icaro Menippo T. 1. pag. 681. Graviter Seneca l. 1. Quæſt. Nat. præfat. *Hoc eſt punctum, quod inter tot gentes ferro & igni dividitur. O quam ridiculi ſunt mortalium termini! &c. ſi quis formicis dat intellectum hominis, nonne & illæ unam aream in multas provincias divident? Cùm te in illa verè magna ſuſtuleris, quoties videbis exercitus ſubrectis ire vexillis, & quaſi magnum aliquid agatur, equitem modò ulteriora explorantem, modò a lateribus affuſum, licebit dicere:* It nigrum campis agmen! *Formicarum iſte diſcurſus eſt, in anguſto laborantium. Quid illis & nobis intereſt, niſi exigui menſura corpuſculi? & plura* in hanc rem. Hieronymus: *Si toto orbe conſideramus varias nationes, ab Oceano usque ad Oceanum, id eſt, ab Indico mari usque ad Britannicum, & ab Atlantico usque ad Septentrionis rigorem, in quo congelaſcunt aquæ, & ſuccina pulchra concreſcunt; omne in medio hominum genus quaſi locuſtas habitare cernimus. Quid igitur ſuperbit terra & cinis?* in Eſai. l. cit. Chryſoſtomus: *Adſcendamus in illam cœli altitudinem, ita vidibimus homines nihil differre à formicis: neque ego de pauperibus tantùm dico, aut & de divitibus: Verùm etiamſi dux aliquis ſit exercitus, aut rex, ibi nec regem videbimus, nec privatum: quid aurum, quid argentum, quid veſtis ſerica aut purpurea ſit, neſciemus. Denique in illâ altitudine conſidentes, quaſi muſcas videbimus omnia, &c.* homil. 16. in cap. 9. ad Hebræos. Elegantis ſymboli materia, ſed ad

S. Zoolo-

5. Zoologian pertinet. *Heu quantum est in rebus inane!* Pergamus, 2. Cœlum *cortinæ* aut telæ tenuissimæ comparatur. In fonte est vocabulum דק *dok*, & ante vers. 15. *dak*, ubi Lxx. *salivam* aut *sputum* interpretati sunt, ut h. l. *Cameram vel fornicem. Ajunt autem Hebræi, hoc verbo significari tenuissimum pulverem, qui vento raptante sæpè in oculos mittitur, & sentitur potiùs quàm videtur: minutissima ergò frusta pulveris & penè invisibilia, hoc verbo appellantur: quas forsitan Democritus cum Epicuro suo atomos vocat*, Hieronymus h. l. Vulgatus itaque habet: *Extendit velut nihilum cœlos.* An cœlum sit tenuissimum, liquidæ substantiæ & penetrabilis? non pertinet ad hunc locum. Tractavit præter alios quæstionem hanc multis, & in partem affirmativam decidit *Caramuel Lobkovviz*, *lib. 3. Metaphys. Disp. 1. de Formis Cœlestib. p. m. 188. & seqq.* Mitto alia; venio 3. *ad truncum succisum.* Hieronymus παραφράζει *Principes & Judices terræ nec sati sunt, nec plantati, nec firmâ radice solidati, & repentè jussione Dei ita auferuntur & pereunt, quasi stipula a turbine & tempestate raptatur.* Sunt igitur similes ingenti magnæ arboris trunco, habentque coram hominibus speciem firmæ solidæque potestatis & dignitatis: Sed vide vanitatem; succisi occultâ divinæ severitatis securi, stant nullâ nixi radice, ut qui neque sati, neque plantati, casu aut sponte se evexerint & erexerint in istam celsitudinem. Loquitur enim *de Tyrannis*, ut vocabulum *Roznim* vertit Vulgatus Habac.

 I. v. 10.

1. v. 10. quos hic vocat *secretorum scrutatores*, ar-canorum stratagematum politicorum, & *rationis status*, peritos; quâ ita nituntur & stare se firmi-ter confidunt, ut Deo audeant medium osten-dere digitum, - *cœloq; minentur*, 2. Maccab. 9. v. 10. Hinc ergò repentinus sæpè casus. *Ubi est Xerxis ille innumerabilis exercitus? ubi Israëlitica in eremo multitudo? ubi Regum incredibilis potentia? Quid de veteribus loquor? præsentia exempla nos do-ceant, esse Principes quasi nihili, & judices terræ quasi inane reputari*, ait Hieronymus h. l. Confer Dan. 2. v. 35. Videant an radicem habeant? & quam fir-mam? Maxima regna, nisi nixa sint Deo, uno oris ejus flatu auferuntur, ut vento panicula tecto-ria: Etiamsi altissimas radices egisse credantur.

Ut quando exorto ventorum turbine, passim
Horrisono impulsu, radicitus eruta terrâ
Multa cadit quercus: latè hinc sternuntur & illinc
Robora per silvas; regio circumfremit omnis,

ut est apud Cointum Smyrnæum lib. 11. v. 122 *Magna cadunt subitò.* Plura suo loco *de Cedr & Quercu.*

IV. Cortex.

11. *Cortex* dictus est, quod corio lignum tega Liber est pars corticis interior, dictus à liberat id est, ablato cortice, *Isidorus Etymol. l. 17. cap.* Ita Græcè κέλυφος quasi κάλυμμα. Item φλοιὸ à φλῶ, φλεῖν emittere, abundare &c. Φλοιὸν co *ticem distrinxit faber materiarius*, Sap. 13. v. 1

Ali

Aliis *duplex* eſt, ut Sambuco; aliis *unicus* craſſior, cujus *pars exterior* aſpera, inæqualis, & non rarò rimoſa: *interior* lævis & æqualis: quæ tunica à tuendo, & propriè liber dicitur, quibus ſcribimus libris dedit nomen *Dodonæus*. Obducuntur autem trunci, *ut ait Cicero*, libro aut cortice, quo ſint à caloribus & frigoribus tutiores. Hinc delibrati aut decorticati caudices ferè emoriuntur: quod vitæ principia amittant, & tutamentum adverſùs externa nocumenta. *Baptiſta Porta Villæ l. 4. cap. 42.* De quo Plinius: *Cortice in orbem detracto necantur, excepto ſubere, quod ſic etiam juvatur. Craſſeſcens enim præſtringit & ſtrangulat*, l. 17. cap. 24. Hinc jurat Achilles per ſceptrum, quod nunquam poſsit regerminare, eò quod ferrum undique circum abſtulerit φύλλατε καὶ φλοιὸν, Iliad. 1. Hinc lux aliqua ſcripturæ locis nonnullis.

12. Joël cap. 1. v. 7. de Locuſtarum exercitu ait: *poſuit ficum meam Likzaphah, in ſpumam*, i. e. ita decorticavit, & ut Propheta ſe ipſum explicat, *nudando denudavit*, ut detracto cortice ebulliat humor radicalis, in ſpumam concreſcens. Chald. *poſuit ficum meam in exhalationem animæ*, vide quæ in h. l. notavi in Comment. Anno 1640. *Symbolicè* Gregorius M. 8. Moral. cap. 30. m. *Mens quæ per jactantiam proditur, decorticata ficus rectè vocatur: quia & candida eſt per hoc quod cernitur, & ſiccitati proxima per hoc quod tegmine corticis nudatur.* Cortex bonæ mentis, quâ virtutes tegit & tuetur, humilitas eſt, celans bona intus abſcondita, & neſciens ſua. Hanc ſi locuſtæ infernales detraxerint,

traxerint, apparet quidem candor ſanctimoniæ, ſed exſudat vitalis humor gratiæ cœleſtis. In quam ſententiam plura *vide ibid.* & citat ex S. Scripturâ Matth. 6. v. 3. 4. 6. & Pſalm. 45. v. 14. *Occultanda ſunt ergò, quæ agimus, ne hæc in hujus vitæ itinere portantes incautè, latrocinantium ſpirituum incurſione perdamus*, ibid. - *nudata peribit.* Confer glorioſum Phariſæum Luc. 18. v. 11. 14. *Honeſtatis fructus melius in conſcientiâ reponitur quàm in famâ*, ait Macrob. ne nobis accidat, *quod gallinis, quæ mox, ut ova pepererunt, clamore ſuo dominos excitant, qui ova edita illis auferant*, ut habet Auguſtinus, vide in Pſalm. 98. & 102. Sic *Teſtudo* ſub tegmine tuta eſt; quaſcunque partes exſerit, & nudat, obnoxias habet, Livius l. 46. *vide Acerram meam p. 217. Tecum habita! - ſic tuta latebo. Qui bene latuit, bene vixit. Qui notus nimis omnibus, ignotus moritur ſibi. De Subere*, in Quercu.

13. *Jobus* de famelicis: *carpebant herbam, Maluach* μαλάχην malvam, ſie raufften Neſſeln / *circa frutices* & virgulta natam, *mandebant arborum cortices*, quod vulgato interpreti puto ut gloſſema inſertum, *& radix Juniperorum*, aliarumque amararum ſtirpium, *erant cibus eorum*, Hebr. *panis*, cap. 30. v. 4. *Interpres voluit ſignificari aliud genus cibi barbarorum & ſilveſtrium hominum, nempè cortices arborum*, ait Pineda: Sed *Plinium l. 16. cap. 9.* non meminiſſe hujus uſus corticum. Anno 1636. quo tempore horrenda fames Germaniam trans Rhenum premebat, repertum fuit cadaver hominis, ad arborem militum immani ſævitiâ alligati,

qui

ui cùm arboris cortices quâ licuit circumrosisset, andem

Ipse suos artus lacero divellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat,

t apud *Ovidium* Erisichthon: qui

- famem lapidoso vidit in agro,
Unguibus, & raris vellentem dentibus herbas,

ic in exercitu Cambysis *famem sustinebant tener-ma frondium, & cacumina arborum,* Seneca l. 3. e Irâ cap. 20. Apud Orientis gentes quasdam *b arborum libris & corticibus reperiri farinam ædicant, quæ præbeat incolis pulmenta cibariaque avia,* Bruyerin. de Re Cibar. l. 2. cap. 4. qui ap. seq. docet in Americâ *ex radicibus panes* con-ctos: quod & alibi, ubi nullæ fruges, non inso-ns. *Fennis*, ait Tacitus in German. ad fin. *mira ritas, fœda paupertas: victui herba, vestitui pelles, bile humus.* Sic in Arabiæ desertis panes fortè onficiebantur, ex radicibus, aut molliori cortice uticum, tostis & arefactis. Per hos famelicos Jo-irrisores *symbolicè* intelligit Gregorius M. *hære-cos*, qui quasi solos rodunt S. literarum cortices, medullam non pertingunt. *Vitrum lambunt*, ut ulpes Æsopia, *pultem non degustant*, vide l. 20. oral. cap. 11. De *Rizophagis* & *Hylophagis Æthio-bus* Diod. Sicul. l. 3. *De Virgis Jacobi decortica-*, Gen. 30. v. 37. suo loco.

V. Rami, & frondes.

14. Ramus *arboris*, de quo alio dicetur loco, *filius*

filius est, Gen. 49. v. 22. neque hoc, quod *Ben* Hebræis aliquandò ramum significet, *Rabbini Kimchi commentum est*, ut in h. l. notat Bonfrerius Manifestè enim comparatur Joseph à Patre Jacobo cum *ramo bifido*, vide Gen. 48. v. 5, 16. *qui ad fontem* divinæ benedictionis *crescens*, aquasq; jugiter è summo cœlo, imâque terrâ hauriens Gen. 49. v. 25. *valdè fœcundus* sit futurus, *ut Banoti filiarum ejus*, frondium puta & teneriorum ramusculorum, *quæq; super murum sit scansura* Quò posteritatis Josephi, & inprimis Tribu Ephraimiticæ præcellens amplitudo, ac nobilita pulchrè adumbratur. Sic locum hunc apud ipsummet Bonfrerium interpretatus olim est Chaldæus *Filius, qui benedicetur quasi vitis, quæ plantata est juxta fontem aquarum.* Sic usus est eodem vocabulo, *Ben*, David: *visita vitem hanc*, וכנה *vecannai & surculum*, viviradicem, *vitiarium* dispositum *quod dextera tua plantavit*, & *Ben filium*, ramum palmitem, *quem roborâsti*, Psalm. 80. v. 16. Pulchr Beza in Paraphrasi:

> *O Potens belli Deus,*
> *Nos reversus respice!*
> *Hancq; vitem cœlitùs*
> *Intuêre dirutam.*
> *Pergulam, inquam, respice,*
> *Dextra quam sevit tua,*
> *Viq; adultas hinc tuâ*
> *Solius propagines.*

Sed & illud notandum, *Filium* Hebræis frequent metaphorâ dici, quicquid quocunque modò ex ali

qu

quo oritur, &c. ita frumentum vocant *filium area*, sagittam *filium, filiamve arcus*, aut *pharetra*, navem *filiam maris*, pupillam *filiam oculi*, vide *Flacium & Ravanell.* Denique non ſimpliciter Joſephum dicit Jacob, *Filium*; ſed cum addito, *Porath*, q. d. *fœcunda* ſcil. vitis, aut arboris, quæ ad fontem creſcens in murum adſcendat. Hæc *vitis pergulanæ* deſcriptio eſt. Imago elegans Regni, Reive Publicæ, florentium ac optimè conſtitutorum. Adſcribi poteſt: *Pietate & Fortitudine! Fons* omnis benedictionis Dei verbum eſt. *Vitis pergulana* Hierarchiam Eccleſiaſticam; *murus* Politicam, indicant. Sed de his in *Vite*.

15. *Rami* alii ſunt *nativi*, alii *adoptivi* per inſitionem: ubi - *ramum ramus adoptat.* Ita, ut apud Palladium eſt l. 14.

Fœcundat ſterilis pingues oleaſter olivos,
Et quæ non novit, munera ferre docet.

Sic rami κατὰ φύσιν fuerunt Judæi Oleæ, cujus radix erat Chriſtus; at Gentes, ex oleaſtro decerptæ, huic inſititii παρὰ φύσιν, Rom. 11. v. 24. Unde intelligi poteſt illud Apoſtoli: *Si radix ſancta, etiam rami*, ibid. v. 16. *Radix enim Chriſtus eſt*, v. 17. 18. in quo & per quem, quotquot per fidem inſiti, ſancti ſunt ſanctitate internâ, imputativâ & inchoativâ, *ſic D. Weller. in h. l.* validè probat. ſin per radicem SS. Patres, & per ramos eorum poſteros intellexeris; de eccleſiaſticâ ſanctitate ſermo erit, quæ in eo conſiſtit, ut tales poſteri in eccleſiâ nati, privilegium habeant conſequendæ internæ

ſancti-

ſanctitatis: jus in rem, non in re: non poſſeſſio nem actu, ſed potentiâ acquirendi, &c.

16. *Ramus alius tener* & novellus, alius *robuſtus* & incurvus eſt, vel *inſtar vectis rectus* & oblongus De his Jobus ejusque amici; ut cap. 15. v. 30. 32 Eliphaz de impio nunquàm diu aut ſemper felici *Nam vel non recedet à tenebris unquàm*, ſed in radice quaſi extinctus ſub terrâ latebit; *vel ſi ſurculum*, Jonèketh, tenerum & lactantem palmitem *emiſerit*, *tamen flamma*, fulguris & fulminis, vel æſtus ſolis ipſius, amburet, & *exſiccabit*, *ac flatus oris ejus*, quod flammæ tribuitur eleganter, ita *abſumet*, ut evaneſcat: *Denique* ante diem, *tempore non ſuo*, *peribit*, *& quamvis ramum habere videatur robuſtum*, *Kippa*, *tamen non virebit*, florebit.

Bildad cap. 8. v. 16. aliam adfert ſimilitudinem, de quâ variant Interpretes. Mihi videtur quod Vatablo, & Coccejo, comparationem inſtitui inter ſortem piorum & impiorum; hoc ſenſu: quanquàm impii hypocritæ citò & altè *creſcant veluti juncus* papyrus *carex*, quæ paluſtres plantæ multo humore luxuriant; tamen, *licèt non ſuccidantur*, *dùm in vigore ſuo ſunt*, ut herbæ fœniſecio cæteræ, *ante omnes herbas virides*, *areſcunt ſubitò*, ſiccatis aquis: At pius eſt qualis herba *illa ſuccoſa*, in horto plantata, ubi etiàm *in æſtu*, *& conſpectu ſolis* torridi *duret*, *tenerosque emittit ramulos*, ſurculumque Jonèkes, in horto fert non unum. Quid ita? *Radices ejus inter ſe implicantur ſuper cumulum lapidum*, ſub quo *fons* eſt; *domumq; lapidum adſpiciunt*, id eſt, loco lapi-

doſo

oſo ſtat talis herba, ſub quo humorem latentem ol non adeò facilè ebibit; *quod ſi evenerit*, ut *uis* transplantaturus, talem *evellat è loco ſuo, ut im non agnoſcat eam locus, ac quaſi vidiſſe unquam eget; tamen ecce hoc gaudium eſt via ejus*, hoc eſt le quo in ſuâ conditione lætetur, *quod radices ejus le alio pulvere germinabunt.* Ita Deus *neque integrum reprobat*; ſed velut utilem plantam curat & onſervat; *neque improbos juvat*; ſed velut inutiles ulvas & paluſtres herbas deſpicit, ut dum adoeſcunt, areſcant. Puto hanc ſententiam eſſe hujus oci, ut *impii* ſpecioſè tumentes & florentes, pleni aſtus, ex abundantiâ bonorum fugacium, *paluſtribus*; *pii*, quamvis humiles, tamen utiles, *hortenſibus plantis* comparentur. *Diſpar fortuna duorum!* Mali neglecti areſcunt; boni electi creſcunt. So gehts Böſen/ und den Frommen/ jene welcken/ dieſe kommen.

Idem Bildad cap. 18. v. 13. diras omnes in impios hypocritas evomens, ut Jobum excruciet, inter alia ſic ait: *Comedet Baddi ramos oblongos & q. vectes cutis*, corporisque *ejus*; *comedet* inquam *hos ramos ejus Primogenitus mortis*; non mors ſimpliciter, nec *Angelus mortis*, aut Princeps ejus, ut Chald. & alii; ſed inter filios ejus fratrum præcipuus, vi & ſævitiâ valentior cæteris, &c. R. Abraham Perit ſol, *per ramos venas & arterias intellexit.* Der Todt ſoll ihm alle Adern und Nerven freſſen/ ꝛc. Dira imprecatio!

17. Memorabilis *de Ramo hiſtoria* legitur

Judic. 9. v. 46. Captam excisamque rebellem Sichemam cùm vicini Turris Sichem incolæ accepissent, loco diffisi, in Fanum *Baalberith*, naturâ & arte munitum, se receperunt: Spe freti, se Dei sui numine locique religione tutiores fore. *Abimelechus* Tyrannus ubi id comperisset, è vestigio exercitum omnem sequi jussit: ductisque in proximum montem Salmonem, cui arborum opacitas, umbræque densæ nomen fecerant, militibus edixit; facerent singuli illicò, quod se facientem vidissent. Tùm arreptis securibus ramum unum & alterum ab arboribus abscidit, *fascemque lignorum* colligatum imposuit humero, rectâque contra Fanum illud tetendit: Ducis exemplum secuti sunt milites, ita momento ingens materia congesta, subjecto igni flagrans, fumo flammâque obsessos extinxit. Tandem tamen crudelis Imperator fortunam superbiùs sollicitans, finem sceleribus suis dignum, invenit. *O turpe fatum! fœmina necis autor fertur*, ut exclamem cum Senecæ Hercule Oetæo. Multa in brevi narratione quæsitu notatuque digna: *Geographicum*; ubi *Turris Sichem?* an in ipsâ urbe, ut mox turris *in Thebets?* an extra in pago, aut oppido vicino *Mello?* *Philologicum*; Quis ille *Baalberith*, id est, *Deus fœderis?* an Jupiter Ὅρκιος; *Politicum*; an Imperatorem deceat exemplo præire militibus, ut ad subeunda pericula habeat promptiores? & an laudandus Abimelechus, quòd Gregarii Militis officia ac partes susceperit? Sanè infelix temeritatis eventus, monuit verum esse vetus ver-

erbum: *in carne periculum esse faciendum, non* *a Imperatore*, ut meminit Polybius; ex uno capite salus pendet omnium, quod & Davidi dictum, cùm ipse adversus rebellem filium se periculis objectare cuperet, 2. Sam. 18. v. 3. & 21, 17. *In milite unius sors est; in Imperatore universorum periculum*, ait Egesippus. Sic saxo quoque capiti impacto periit Argis *Pyrrhus* manu mulieri, & Saxonum Rex *Hermannus* arcem quandam oppugnans ignoto latens habitu, apud Aventin. Itaque *non laudo* Abimelechum, quod in oppugnatione caput offerret discrimini; *laudo* tamen quòd ad oppugnandum præiret, exemplumque ostenderet. Sic illud Claudiani præceptum accipio

> - *solabere partes*
> *Æquali sudore tuas; si collis iniquus,*
> *Primus ini: Silvam si cædere provocat usus,*
> *Ne pudeat sumptâ quercum stravisse bipenni.*

In 4. Consul. Honorii: quod noster hic executus est. Hinc *Theologicum emblematicum*; ictâ hac historiâ, de monte contra Sichemam descendentis Regis, imposito humeris arboris ramo, quem milites sequantur eodem habitu: - *animat præsentia Regis:* & ut Lucanus de Catone dixit - *monstrat tolerare labores, Non jubet.* Nam ut Latinus Pacatus, *blandius jubetur exemplo.* Sic fecit Archistrategus noster Jesus. Matth. 16. v. 24. Johann. 13. v. 15. Possem plura addere notabilia, sed ea apud Commentatoresh. l. inprimis Serarium quæri debent. *Grammaticum*, quod

hujus loci proprium, non licet omittere: an
שוכת עצים *Socath Ezim* ramum arboris significet, an potiùs fascem lignorum? credo hoc potiùs.

18. A ramis varia proverbia ducuntur: 1. *Felices ramos suos longè lateq; diffundunt*; Ose. 14. v. 6. *Ero*, inquit Dominus, *Israëli veluti ros, florebit sicut lilium, & sparget radices suas*, ut terram quasi percutiant hinc indè novis emissis propaginibus, seine Wurtzeln sollen außschlagen Lutherus, *sicut Libanus: Ibunt rami ejus*, teneri & novelli, *Jonkot*, crescent seque diffundent; *& erit quasi oliva gloria ejus, & odor ejus ut Libani.* De lilio & oliva suis locis: *De Libano* quæritur, *quid significet*? Vulgatus Interpres Cant. 4. v. 11. pro *thure* accepit: *odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*. Sic h. l. Chaldæus: *odor ejus ut odor incensi aromatum.* Sed bene Christophorus à Castro: *In Hebræo duo nomina sunt, quæ licet vulgatus commisceat; apud alios tamen interpretes diversa significant.* Nam Lebonah *significat thus, &* Lebanon *montem Libanum, quòd thure copiosus sit.* Fuit etiam *saltus Libani* prope Jerusalem, ubi Salomon domum magnificam ædificavit, 1. Reg. 7. v. 2. ad quem fortè respicitur. Ergò per Libanum indicat metonymicè τὸ φυτὸν τῦ λιβάνυ, Cyrillus: *arbores Libani, quæ quantum in aura consurgunt vertice, tantum radices in ima demergunt, ut nulla tempestate quatiantur, sed stabili mole consistant*, ut Hieronymus, exponunt. *Libanus montem significat cedris, q. quibusdam se-*

is, *redimitum*, Theodoretus h. l. *Percutient radi-ces suas huc illuc*, *longè lateq;*, *sicut arbores Libani*; *quæ magnæ sunt & radices earum multæ: Sic erunt plantati in terrâ suâ & dabunt radices validas*, *ut nequeant avelli à loco suo*, sic R. Kimchi: Loquitur de Ecclesiâ fidelium electorum. Plura de Cedro & Vite. Interim pulchrum *Ecclesiæ emblema* notandum: *Mons* est perenni *rore* cœlitùs irrigatus *gratiæ Dei*, quam jugem *cœli*, id est *Apostoli*, Psalm. 19. v. 1. Esai. 45. v. 8. depluunt Verbo Evangelico: Hinc tot *floribus* semper vernat *virtutum*; *radices fidei* altas agit, & latè diffundit; semper stat inconcussa, seque propagat, & viret ut olea, odoremque per Spiritum Sanctum spargit, Cant. 4. v. 16. 2. Cor. 2. v. 15. Philipp. 4. v. 18. &c. - *Cœlo irrorante perennat*.

19. Contrà, 2. impii ita exscinduntur, *ut tollatur caput & cauda*, *ramus & juncus*, *Kippa veagmon*: *ramus incurvans*, fructibus gravis, *& refrenans*, quo rustici jumenta frenare solent, Vulgatus interpr. Corn. à Lap. Ast und Strumpff habet D. Lutherus: LXX. ad sensum respiciunt, & vertunt μέγαν καὶ μικρόν. *Kippa* ramum curvum significat, & per Synecdochen partis, totam arborem fructibus onustam, cui potentes & primates, senectute & dignitate venerabiles comparantur, statim *versu seq. juncus* vel tenues & inanes virgulas significat per Catachresin, vel propriè herbam palustrem notam, de quâ suo loco: & huic similes sunt Pseudoprophetæ, vide Esai. 9. v. 14. 15. 16. 17. & cap. 19. v. 15.

20. Jam, 3. cùm Respublica decrevit, populi multitudine ad paucitatem redactâ, tùm similis esse dicitur *agro post messem, in quo pauca ad spicilegium stipulæ: aut oleæ post olivationem, in cujus summo ramulo, casu fortè, aliquot olivæ relictæ sunt:* similis, inquam, *Hachoresch, vehaamir, virgulto & ramulo extusso, ac derelicto,* in quo fortè nonnihil fructus hæsit, quod verberantium manus effugit, Esai. 17. v. 9. Wie ein verlassener Ast und Zweig. Indicat Propheta, esse quidem Israëlem nunc agro similem multâ stanti segete, & oleæ fœcundissimæ; sed hostes ita demessuros & olivaturos esse, ut vix superfuturæ sint paucæ reliquiæ: sævitiam quoque hostium videtur obiter notare, cùm eos oleas excutientibus & perticis flagellantibus confert: *cùm olivantibus lex antiquissima fuerit oleam ne stringito, neve verberato,* Plin. 15. cap. Ea fuit facies Ecclesiæ, de quâ querebatur Michæas cap. 7. v. 1. 2. & Psalm. 12. v. 1. Talem fore ante Domini ultimum adventum prædixit ipse, Luc. 18. v. 8. Quæ cogitatio pulchro emblemati præbet materiam. *Pauci quippè boni* - Ping militem oleam verberantem, ut decussis cum fructu frondibus, pauculæ in summo ramulo aliquo remaneant: vel fœminam quoque in agro demesso spicilegium facientem. - *Seges quàm rara bonorum.*

21. Sic 4. de excidio Hierosolymæ Esai. 2 v. 10. *Civitas munita,* deserta & viduata incol *eremo similis erit, ubi pascant & accubent vitul ramosq*

ramosque ac frondes prominentes; *Saphoth, de-*
erpant, cumque aruerint resecti palmites, Kazir,
confringentur, & à mulieribus colligentur ad ignem.
Sic hanc Prophetiam repetit & illustrat Ezechiel
cap. 15. toto, de quo in Vite. Mos adhuc du-
rat, ut post putationem vinearum, arida ligna,
quæ nulli usui sunt, colligant mulieres instruen-
do foco. Hinc quoque urbes vastatæ araban-
tur, ac sale conserebantur, de quo more dixi
in S. Analect. Volum. 1. lib. 2. cap ult. *In cam-*
pos ubi Troja fuit! Idem de clade Sennacheri-
bi Θεηλάτῳ, cùm ad obsidendam urbem sanctam
diras minasque evomens, venerit, sic loquitur
cap. 10. v. 33. *Ecce Dominus ille, Dominus Exer-*
cituum Mesaeph Purah, *cum robore & terrore,*
& excelsæ staturâ arbores succidentur, &c. Quid
verba illa Hebraica significent, mirè variant
Interpp. Hieronymus habet: *Confringet lagun-*
culam, & de Passione Salvatoris nostri inter-
pretatur, quam Judaicæ gentis secuta sit vasti-
tas & deletio. *Verbum Hebraicum* פארה *Pu-*
rah, quod Aquila κεράμειον interpretatus est, Theo-
dotion & Symmachus verterunt ληνὸν *id est,*
torcular : Lxx. gloriosos interpretati sunt, ita
Hieronym. *Saaph* significat *collucare*, & ut
Pagninus, Arias Montanus, aliique vertunt
amputare, *deramare*, behauen/ hoc enim Lati-
ni, ut Cato, *collucare* appellant. Hinc *Saphoth*
rami exteriores, quibus præcisis arbores collu-
cantur, ut lucem transmittant. Quare quid
פארה *Purah* sit jam patet ex verbo apposito,

 6. Com-

Comparat Propheta Assyrium Tyrannum opacæ arbori, & silvæ ramis inter se perplexis condensæ, ut statim, v. 34. quod exercitu suo orbq. umbram & tenebras obduceret: minaturque illi *collucationem*, non excisionem; quæ manu forti, copiis ejus cœlesti clade imminutis, Esai. 37 v. 36. peracta, & terræ lux ac quies reddita est ibid. & Nahum. 1. v. 15. - *Sic semper lux reddita pressis!* Quando nempè Deus, extentâ manu è cœlis, securi suâ detruncavit ramos Tyrannorum, eorumque quasi silvam collucavit. Exempla præbet historia Ecclesiastica. *Montes, saltus silvæ tristitiam, timores & turbationes significant maleficis tormenta & plagas; divitibus damna, eò quòd cadi soleant, semperq; aliquid amittant*, ait Artemidorus in Onirocrit. l. 2. cap. 28. *Arbores florentes & fructum ferentes, bonæ sunt videntibus, arefactæ autem, vel funditùs eversæ, aut fulmine ictæ, aut igni exustæ, contrariam significationem habent*, ibid. c. 25. Pertinent huc *somnium Astyagis*, quo filiæ Mandanæ vidit enasci ex genitalibus vitem, totam Asiam occupantem; *& alterum Xerxis*, qui sibi visus erat fronde oleaginâ coronatus, quæ terras cùm obumbrasset, mox evanuerit, apud Herodot. l. 1. & 7. *De viso Nebucadnezaris* Dan. 4. v. 6. 8. suo loco. Inter *prodigia* refertur à Julio obsequente cap. 128. quod *arbores radicitùs eversæ, Solesque tres fulserint, qui in unum tandem circulum redacti fuerint*, Anno Urbis Cond. 710. qui fuit ante Christum 42. proximo anno constitutus est Ro-

mæ

[op]æ *triumviratus* Cæsaris Octavii, Lepidi & An[to]nii, *fœdaque principum fuit proscriptio* & quàm [m]ulti illustres stirpitùs exscissi. Denique vulgata [v]ersio, etsi à fonte discrepet, tamen elegans est, [n]ec minus Theodotionis. Quid enim *Tyranni* [a]liud quàm κεράμειον, *laguncula fictilis*, amplo [v]entre tumens urceus, foris fortè pictus, intùs [i]nanis? *Natura te ab ipso primordio mortali condi[t]ione fecit: quid ergò inanis illa gloriosa adeò* τὸν [τ]ηλίκον ἀσκὸν *luteum utrem inflavit?* Isocrates [a]d Dionysium Tyrannum Epist. ult. Sic rectè [f]orculari comparantur, &c.

22. Apud eundem Esaiam cap. 18. v. 5. 6. lo[c]us est perdifficilis, sumptus à re vinitoriâ, & [h]uc spectans. Mirè se torquent Interpp. puto [t]amen proximè verum sensum attigisse D. Lu[t]herum. Verba sic habent: *Ante Kazir rese[c]tem*; nam de vite sermo est; itaque de messe non puto accipiendum; *quasi cum ibi germen*, *Porach*, gemma, *& labrusca maturescens erit flos*; *& quis præcidat Hazzalzallim* multo humore quasi ebrios *malleolos*, *atque emissiones*, propagines, *Netischoth*, à diffundendo dictas, *auferat*, *amputet*: *ita illi* resecti & rejecti *relinquentur* avibus & bestiis, ut ibi æstiva sua habeant & hiberna, &c. Sensus est; ita eventurum Æthiopibus, eorumque superbo Regi *Tirhaka*, qui bellum indixit Assyriis; ut si quis in vineâ, quo tempore jam jam gemmæ erumpere, & omphax florem edere debebant, cùm in conspectu h[a]beat palmitem resecem amputandum, fure[n]s

 præci-

præcidat lactentes malleolos, omnesque propa-
gines, ac tanquàm inutilia sarmenta abjiciat, &
relinquat, ut aves ibi per æstatem nidificent, &
feræ per hiemem cubent. Magnam in Rege
Æthiopum adversus Sennacheribum spem po-
suerant Judæi, veluti in vite jam jam fructus
suos promittente, 2. Reg. 19. v. 9. nec fuit ejus
potentia tùm temporis contemnenda: nam, ut
Africanus docet, præter Æthiopiam, magnam
Ægypti partem imperio premebat, ut dixi *in
Isagogâ Histor. de Regib. Ægypti pag. 202.* Sed
cùm spes florere inciperet, subitò concidit.
Profligavit enim exercitum ejus Sennacherib, &c.
Confer *A. Gellij* lepidam narrrationem *de Thrace,
qui nihil admodùm super vite aut arbore colendâ
sciens, malâ mercede doctus audaciam, comas ar-
borum lætissimas, uberrimosque vitium palmites
decidit*, lib. 19. cap. 12. Sed de hoc loco cogita-
bunt linguæ Hebraicæ peritiores: mihi, nescio
quomodo, inter tot interpretationes nulla satis-
facit. Hæc historiæ convenit: nam cùm Sen-
nacheribus jam ad oppugnandam Hierosoly-
mam in procinctu esset, audito Tirhakæ adven-
tu, repentè dimissâ Judæâ, *quasi resece*, ador-
tus Æthiopes, *ita vineta illorum q. succidit*, ut
simul *spes* Judæorum omnis *in flore* interierit,
cæsaque Æthiopum cadavera avibus ac feris in
prædam cesserint, Esa. 37. v. 9. Ezech. 29. v. 5. Ita
semper humanis confisos præsidiis - *spes ludit
biantes!* contrà

Spes confisa Deo, nunquam confusa recedet.

Sed

Sed *de Ramis* ſat multa; quæ ſuperſunt, ſe-
uentur ſuis locis.

VI. Frondes.

23. *Fruns, frundis*, ut veteres ſcribebant, à *fe-
ndo*, nomen habet, ein Tragzweig / E ramis naſci-
ır. Hinc Varro apud Nonium: *Cæditur lucus, alta
ons decidit Pallados ramis.* Quarundam arborum
ımentis pro pabulo eſt, ut ex Eſai. 27. v. 10.
ıodò dixi num. 21. Hinc Catonis præceptum:
*irca fundum ulmos & populos ſeri oportere, unde
ons ovibus & bubus ſit*, apud Varron. l. 1. de
e Ruſt. cap. 24. Metaphoricè; *Radix, origo:
amus, ſucceſsio*, Eucherius Lugdun. *Frondes*,
loria, decus: ut, Eſaiæ l. cit. *Ibi paſcetur vitulus*,
d eſt, *veniet Romanus exercitus, de quo & in
lio loco ſub nomine apri dictum eſt; vaſtabit eam
per de ſilvâ, &c. Pſalm. 80 & ibi accubabit & con-
umet ſummitates ejus; ut nihil in eâ viride, nihil re-
naneat flagellorum, ſed omnia conſumat inimicus.*
ſic Hieronymus ibid. ſed juxta LXX. *quia Judæi
ıon receperunt Paſtorem bonum, propterea erunt
quaſi grex derelictus, & poſt multum tempus non
rit in eâ omne viride, ſed ſiccitas omnia poſſidebit*,
dem. Ita *Judæi* compararentur *vitulis* ſine paſtore
per deſerta errantibus; qui, ut habet Hierony-
mus, *patent morſibus beſtiarum*, & cùm non in-
veniant pabulum divini verbi, obvias quasque
frondes, *ſpuria vitulamina*, ut dicam cum Vulgato,
de quo mox, Sap. 4. v. 3. Rabbinorum inſipida
commenta, ore famelico carpunt: *populus*, ut

Eſaias

Eſaias ſtatim adjecit, *inſipiens*. Quod & textu non malè quadrat, & cum aliis Prophetiis con venit, Pſalm. 69. v. 23. Amos. 8. v. 11 12. &c Ita fit contemtoribus divini verbi! - *Populus ſi paſcitur amens !* Pinge, ſi lubet, vitulum in ſiti culoſis arenis errantem, & veprium frondes de paſcentem, ſub quibus hinc indè dipſades & aſperæ ſerpant, & Lupus in inſidiis ore hiant conſpiciatur. Sic Jo laſciva in vaccam verſa Ovid. 1. Metamorph.

Frondibus arboreis & amarâ paſcitur herbâ
Proq; thoro terræ, non ſemper gramen habenti,
Incubat infelix, limoſaq; flumina potat.

Sic *vaccæ laſcivienti* comparatur Iſraël, Oſe. 4 v. 16. quem locum explanavi *in Paradigmatib. S Concion. num. 46.*

24. Mos fuit in Populo Dei, ut in publicis fe ſtivitatibus & pompis *ramos ac frondes geſtarent in manibus*, viasque ſternerent, & ex iis tabernacula ſtruerent in ſcenopegiis, Levit. 23. v. 40. Nehem. 8. v. 14. 16. Johan. 12. v. 13. Matth. 21 v. 8. 1. Maccab. 13. v. 51. 2. Macc. 10. v. 7. Ubi multa obſervatu digna, *de Ramorum geſtatione*, *de Phyllobolià*, *de Tabernaculis*. Dicam de ſingulis nonnihil. De *Ramis* quæritur, 1. *de Nomine*; *Hoſannoth* dictas, quod dùm geſtarent. *Hoſchia-na clamarent*, ut mox, docet ex Rabbinis *Angelus Caninius de Locis Hebraic. cap. 4.* Quod communiter approbant, vide in Matth. Franc Lucam. Brugens, & Grotium, &c. Nam à ſo-

lenn

nni illâ acclamatione & precatione, tùm *rami* sic dicebantur; cum & ista Judæorum in Scenopegiis *solennis precatio*, *Hosanna Magnum*: de quâ deinde. *Josephus 3. Antiquit. cap. 10.* Εἰρεσιώνην vocat. *Hesychius*: Εἰρεσιώνη, κλάδος ἐλαίας. *Plutarchus* in Theseo ramum oleæ lanâ redimitum, variis fructuum primitiis appensis, fuisse docet, quem supplicationis causâ gestarint Athenis, mense Pyanepsione, grati quod terræ sterilitas cessasset, *vide ibidem Xylandrum*: quasi hoc signo testarentur, se Dei beneficia prædicare, quod oleum, *lanam*, & victui necessaria, *fruges & fructus* præbuerit, ut Oseæ cap. 2. v. 5, 8. Autor 2. Maccab. 10. l. c. θύρσους vocat. Hesychius ait *thyrsum* dici βακτηρίαν Βακχικὴν, *baculum Bacchicum*; fastulam hederâ aut frondibus vestitam fuisse notum est. Pergo 2. *de instituti autore*, constat Deum præcepisse in Levit. l. c. Anno M. 2454. paulò post exitum ex Ægypto. Inde Gentes, ut alia, acceperunt. *Primus in Græciam* videtur intulisse *Bacchus* Semeles F. post annos ferè ducentos, tempore Judicum, & servitutis sub Jabine, Judic. 4. v. 2. Magus ille fuit insignis,

Multorum mores hominum qui vidit & urbes,

Mosis, ut in S. Analectis Volum. 2. docui, *gloriæ æmulus*, qui *vitisator*, *viniq; repertor*, & Deus ideò haberi voluit. Hinc *Oschophoria* instituta, & quidem Athenis *à Theseo* circa Ann. M. 2726. in honorem Bacchi, quo tempore Judex erat Thola, post Tyrannum Abimelechum. In iis adolescentes muliebriter vestiti, palmites vitis gestantes, plenos

plenos maturis uvis, canebant Oſchophoric
carmina, ut refert *Proclus in Chreſtomathiâ apud*
Photium. Ac ut Judæi in Scenopegiis acclama-
bant ſuum *Oſanna, ſalutem & liberationem pre-*
cantes à Deo; ita inter libandum Græci ſuum: *Ele-*
leu, ju, ju! de quo Plurarchus l. cit. qui *Sympoſiac*
l. 4. Quæſt. 5. argutatur, Deum Judæorum fuiſſe
Bacchum, vel Adonin, & indè Scenopegia, ut &
Cradephoria, ac *Thyrſophoria* eorum orta: quæ Sa-
cras Antiquitates non ignoranti, vix puto condo-
nanda. Ita Diabolus ſemper Dei ſimia, & gloria
Sacrilegus æmulator fuit. Ab Hebræis iſta Græ-
cos accepiſſe, ipſa illa Hebraica inter libandum ac-
clamatio teſtari potuit: ſunt enim merè ſacra De
noſtri nomina, Baccho per ſacrilegium tributa
El-Eohejao, jao! ita in Oraculo vetuſto apud Ma-
crobium 1. Saturn.

Pluto hiemis, veris naſcentis Juppiter, at Sol
Æſtatis præſes autumni eſt mollis Iäo.

Hactenns aſſentior *Bocharto l. 1. Chanaan, cap. 18*
Bacchica myſteria & origo ex Oriente in Græ
ciam translata; ſed à Nimrodo orta, & à Cadm
invecta, non video cur affirmare debuerit? Gen
tium κακοζηλία, & Diaboli θεομαχία notiſſim
eſt. Nec veri videtur ſimile, ſi mos iſte *Oſchopho-*
riorum, geſtandi ſcilicet in Dei, Creatoris Dato
risque bonorum omnium, honorem, frondes
jam olim à Tyriis aut Aſſyriis receptus fuiſſet
quod eum morem præcepto ſancire Deus vo
luerit in populo ſuo peculiari; quem à Gentiu
profanis ritibus quàm longiſſimè ſemper voluit ab
ductur

uctum. Denique, ut nullum puto hujus mo-
s, ante legem Dei in Levitico latam, reperiri
estigium; ita quod autore *Baccho* ad Theba-
os, & *Theseo* ad Athenienses pervenerit, jam
stendi. *Adonis* quem Siri & Asyrii ut alterum
acchum coluerunt, sivè *Cinyræ* filius fuit, qui
Cypro Paphum condidit; sive *Thoantis* ex
Iyrrhâ filiâ incestuosâ; non tantùm Mose, ve-
um etiam Baccho Thebano videtur aliquot se-
ulis recentior, ut *ex Apollodoro* colligere licet,
b. 3. Biblioth. Isiacos in Ægypto, pro divæ
onde, quam in Ægypto vivere posse negant,
amulos absinthii Seriphii manu præferre solemne
abuisse, referunt Dioscorides & Plinius l. 27.
ap. 7. *probatissimum nasci in Taphosiri*, cui à se-
ulchro Osiridis nomen, testantur. Itaque in
jus honorem amarissimam herbam gestavisse
onjici potest. Quare, ut aliis in cerimoniis,
a hic quoque videtur contrarium populo suo
norem præscripsisse Deus. Nam ut 3. *ad ma-
riam horum ramorum* veniamus; certum est,
on promiscuè quoslibet, sed eximios electa-
um arborum fuisse, κλάδους ὡραίους, 2. Maccab.
). καρπὸν ξύλου ἔνδοξον ut Aquila, Symmachus,
Theodotion verterunt, Levit. 23. Lex ita sonat:
t capietis fructum 1. arboris הדר *hadar, pulcher-
ima, 2. Cappoth ramos incurvos, vel Spathas* The-
arim palmarum, in quibus fructus latet racemis
ropendens, ut ait Plinius 16. cap. 26. 3. *&
naph, ramum frondosum arboris* עבת *Abboth
ensarum frondium*, inter se complicatarum: 4. *&
Arbe*

Arbe salices torrentis, & lætabimini coram Domino Deo vestro. Quænam hæ arbores fuerint? variant Interpp. & suo loco exponendum est. Josephus l. cit. Εἰρεσιώνην compositam indicat *ex myrti & salicis frondibus*, additis *palmæ* ramis & pomi *Perseæ* arboris. Fructus arboris *Hadar* plerique *mala citria* aurea interpretantur, & *salicem* eam quæ *agnus castus*, sivè *vitex*, dicitur. Apud Nehemiam memorantur, *folia Zajith, oleæ*; & *foli. arbori Shemem* pinguis, Hartzbäum Zweige; & *folia Hadàs myrti, & folia themarim palmarum*; & *folia arboris Aboth*, quæ frondes habet complicatas *ad faciendum tabernacula*, Succoth, *sicut scriptum* scil. in lege. Ex dictis 4. *de forma* constat nam neque simplices unius generis, sed conjunctos; neque nudos, sed fructibus quibusdam ornatos fuisse satis indicatur: qualem *Iresionen* fuisse Græcorum audivimus. *De fine & tempore* loca citata clara sunt. Primitùs in festo Tabernaculorum ex lege gestabantur diebus septem: deindè ritum hunc repurgato templo, proprio impulsu, ratione tamen ex lege sumptâ, observârunt, ut in historiâ Maccabæorum l. cit. At cùm Dominus solemni ingressu in urbem Hierosolymam, asino vectus, se Messiam, à Prophetis promissum ostenderet, plebs afflatu cœlesti eum cum ramis palmarum excepit, implevitque, quod David prædixerat, Psalm. 118. v. 24. 26. *Finis ultimus* fuit laus & gloria DEI propter beneficia & olim præstita, & suo tempore præstanda, per Messiæ adventum. Hunc etenim, quod non nega

Jud

ıdæi, festa quoque typicè spectabant, ut docet ıoque in Matth. Grotius; *proximus* ergò fuit fis partim ὑπομνηστικὸς, ut revocarent sibi Judæi memoriam; quomodo majores ipsorum è derto, ubi tot annis in summâ annonæ penuriâ, mniumque terræ fructuum inopia, miseri errâsnt, Dei munere, in fertilissimam regionem, mel, lacte, bonisque omnibus affluentem, introdui fuerint? partim προφητικὸς, ut discerent à ternis animum ad cœlestia Messiæ beneficia eleva:, sperarentque ab eo se iri introductum in regioem viventium, æternis bonis abundantem, Apoil. 7. v. 9. partim νουθετικὸς, ut admonerentur deitæ gratitudinis, Luc. 1. v. 75. Hinc Patrum algoriæ, de ramis palmarum, quos præferre mabus, & afferre Domino debeamus, de quibus o loco. *Dixi de hoc ritu ad locum Ezechiel. cap. 8. . 17. plura S. Analect. Volum. 2. lib. 3. cap. 9. & nonhil in cap. 21. Matth. in Quinquag. Festali cap. 2.* bi & de *Magno Hosannâ* Judæorum. Adoraturis αλους in manus datos, qui eos primi alimenti & itæ fugacis admonerent, tradit *Clemens Alex. 5. tromat.* Credo potiùs, ut scirent, quo animo, uâque cum pietate, Deum adire deberent, qui eccatores non audit.

- *Procul, ô procul este profani! contra*
Implent fata, Viri quod voluêre boni.

Qui Domino occursuri, gratumque *Osianna, Domine salvum fac!* decantaturi sunt, gestent alem εἰρεσιώνην: cogitent quam sint ævi brevis, t ramus à matre avulsus; cogitent Dei creatoris

paternam providentiam, quâ nos tot bonis cu-
mulat: cogitent Messiæ *victoriam*, *cujus signum*
palma est, ut habet Athanasius in Catenâ Luca
cap. 19. Cogitent, fructus novæ obedientiæ,
quos offerre debeant. - *Manu non est adeundu*
inani, Deuteron. 16. v. 17. Esai. 1. v. 15. Joh. 9
v. 31.

25. *Viam frondibus & floribus sternere*, mo
æque à pluribus gentibus receptus fuit. Φυλλοβο
λίαν καὶ ἀνθοβολίαν vocant Græci. Honos iste ha
bitus *Diis*, eorumque *ministris*; tum etiam *Regi*
bus, *Triumphantibus*, aliisque non sine votis &
faustis acclamationibus. Exempla subjicio: apu
Lucretium *Venerem* in pompâ quasi antecedit *Fl*
ra, *præspargens* & *viai cuncta coloribus egregiis e*
odoribus opplet, l. 5. Sic apud eundem *Cybele* Ma
ter Deorum excipiebatur:

- cùm primùm magnas invecta per urbes
Munificat tacitâ mortales muta salute.
Ære atq; argento sternunt iter omne viarum,
Largificâ stipe ditantes: pinguntq; rosarum
Floribus, umbrantes Matrem, comitumq;
catervas.

lib. 2. ibid. legitur
- scena croco Cilicum perfusa recenti,
Araq; Panchaos exhalat propter odores.

In Pompâ Isidis, apud Apulejum *Mulieres cand*
splendentes amicimine, *verno florentes coronami*
de gremio, *per viam quâ sacer incedebat comi*
tus, *solum sternebant flosculis: quædam unguen*
&

genîali balſamo guttatim excuſſo, conſpergebant
teas, Lib. XI. & Pſychen, quaſi Deam, per
teas commeantem populi floribus, ſertis & ſolu-
, adprecantur. lib. 4. Sic Iſmenias ſacer Præco
ceptus, apud Euſtathium, dedi locum in Acer-
Philolog. lib. 4. cap. 28. Sic & ara coronata,
dixi in Quinquag. Feſtali cap. 18. circa fin.

Sabæo

Thure calent aræ, ſertisq; recentibus halant.

In Populo Dei ritum hunc obſervatum docet
alm. 118. v. 27. *ligate feſtum*, vel quod eodem
cidit, ſacrificium feſti, agnum Paſchalem,
i in arâ offerebatur, *Baabbothim denſis frondi-
s, usque ad cornua altaris.* Poſtea κακοζηλία in
cleſiam introduxit. Ita feſta *laureatis & lu-
natis januis* celebrata, floribusque ſparſa hu-
us, & Martyrum ſepulchra, ut dixi *volum. 1.
Analect. l. 5. cap. 43. vide Roſvveid. in Pau-
i Nolani carm. 18.* Apud Perſas in publicâ
itiâ, & Regum adventu, viæ floribus & co-
nis ſternebantur, ut docet *Briſſonius de Regno
rſ. lib. 2. p. 271.* Romæ triumphantes *florum
rſione* excepti, Appianus 1. Punic. vid. volum.
Analect. citat. l. 1. cap. 39. 40. Ovidius de
ermanico:

Quâq; ibis manibus circumplaudêre tuorum
Undiq; jactato flore tegente vias.

Cûm Romam ingrederetur *Severus*, urbs tota
εσι τε καὶ δάφναις ἐςεφάνωτο, *Xiphilinus.* Sic
eptus *Commodus apud Herodian. lib. 1.* & ab

Alexandrinis *Caracalla*: passim per plateas dispo
sita musica instrumenta sonabant, halabant incen
sa aromata, & inter alia δαδουχίαις καὶ ἀνθέων βολαῖ
honorabatur, idem lib. 4. *De Juliano* Ammianu
Marcellinus lib. 21. *Suburbanis propinquantem*
militaris & omnis generis turba cum lumine mult
& floribus, votisque faustis, Augustum appellan
& Dominum, duxit in Regiam. Similia passim. E
ut apud Orientis gentes solennis acclamatio fuit
Vivat Rex! sic apud Romanos illæ: *DI te servent*
Dij te nobis dederunt! Dij te conservent! In te salu
in te vita, ut vivere delectet! Dij mala prohibeant
hac te imperante non timemus: de his te duce secu
sumus! vincas, valeas, multis annis imperes!

De nostris annis tibi Juppiter augeat annos!

Lampridius in Alex. Severo. Tertullian. in Apo
loget. Pineda in Salomone lib. 2. cap. 6. &
Denique quod huc pertinet, inter *Athletaru*
præmia fuit ἡ φυλλοβολία, Clemens Alex. l.
Pædagog: cap. 8. & *Rhetorum fores* postesqu
à clientibus *palmis ac coronis ornabantur*, ut i
dicat Lucianus in Rhetor. Doctore circa fi
Mitto plura. Hæc omnia eò spectant, ut inte
gamus, cur Dominus noster, non sine majo
instinctu è Cœlis, à populo φυλλοβολίᾳ excep
sit? Deus ora lactantium quasi aperuit, Filioq
suo hanc gloriam tribui voluit, quod & Deus ip
& Dei Minister, Præco, summus Sacerdos, Re
Triumphator, Athleta, nosterque Patronus & A
vocatus adventaret, Matth. 21. v. 17. ex Psalm
v. 3. *Ut Regi* per viam

Ar

Arboreasq; solo frondes & olentia serta,
Sub pedibus stravêre, Deum omnes voce
fatentes:

Cum θεοπνεύςῳ acclamatione, votisque faustis:
ı enim ipsa hæc florum frondiumque sparsio signi-
cabat. Feliciter! feliciter! - *quicquid calcaverit*
ic, rosa fiat! Nuspiam offendat, molliter incedat!
le teneros lædant spina rubusve pedes! crescat, flo-
:scat, perennet! - *fugiant te nubila cœli,*
Adventumq; tuum, suaves tibi Dædala tellus
Submittat flores! Lucretius l. 1. princ.

Hinc *Zemah* dicitur Messias, *sub cujus q. pedi-*
us crescere omnia & florere debeant, Zachar. 6.
. 12. Lepidum illud, nec omittere possum: *Lam-*
idius de Heliogabalo, *oppressit in tricliniis versa-*
libus, de quibus in Theologiâ Symbol. dixi num.
6. 27. vid. Sueton. in Nerone, & Stukium l. 2.
Convival. cap. 14. *Parasitos suos violis & flori-*
us, sic ut animam aliqui efflaverint, quum eripi ad
mmum non possent. Ita Flores spargit Mundus,
uibus suos parasitos suffocet. Sic *Cantharidum*
sa mors - vide Camerarii Emblem.

- *Nocet empta dolore voluptas.*

Fortuna nimium quem fovet stultum facit,

Vetus verbum est, adde *& miserum.* Amplexu
ecat, ut Simia catulum. Nimium fovens, fit fo-
:a, Proverb. 1. v. 32.

26. *De Tabernaculis* pauca addam; primi mor-
lium *de fronde faciebant sibi tecta*, ut docet Vitru-
us, vide Atrium Latin. cap. 48. Sic habitant

etiam nunc barbari *sine marmorario fabro, & ve*
stiuntur sine commercio serum: corticibus arborum
tegunt corpora, sub virgeâ, crate hiemem transeun
securi, &c. Seneca Epist. 90. aut - *opaca præ*
bent antra nativas domos. Idem in Hippolyto
Ita per 40. annos habitârunt Israëlitæ in deserto
usque dum in Canaanitidem introducti sedes qui
tas, in pagis & urbibus munitis, invenissen
Ejus rei ne oblivifcerentur posteri, festum T
bernaculorum institutum est. Sed & illud um
bra fuit futurorum. *Septimo Mense*, qui sac
fuit & q. Sabbathum Mensium, anni Judai
vulgaris primus, celebrabatur, ac *significab*
ille totum tempus gratiæ sub Christo. Primum ej
mensis *Festum* fuit *Tubarum*; nam à prædic
tione Apostolicâ salus incipit: *Secundum E*
piationis; quia pœnitentia & reconciliatio cu
Deo prædicationis ejus scopus est. *Sequitur te*
tium Tabernaculorum, per septem dies; qu
Christiana nostra conversatio in terris adumbr
batur: *finis* fuit *Festum collectæ & cœtus*, quo gl
riosa & beata in cœlis congregatio Sanctorun
vide ex Rhadulpho Flaviacensi & Hesychio R
beram de Templo l. 5. cap. 10. & Cornel. à La
in Levit. 23. Hæc *de fine* pro instituto satis. *T*
loco quæritur, ubi ista Tabernacula frondea erect
sed responsio habetur Nehem. cap. 8. v. 16. *int*
& extra urbem Hierosolymam, sub dio, in plate
& super plana ædium tecta; singula à singulis
miliis, secundum Tribus Populi inter se distinc
ordinibus, ad eam formam, quâ in deserto ol
pop

opuli peregrinantis habitacula dispoſita fuerunt, t Numer. cap. 2. legere eſt. *De Materiâ ex quâ* onſtructa fuerint, difficilior quæſtio eſt. Frondes ramos fuiſſe conſtat: ſed an ex iis, quæ memoantur Nehemiæ? l. cit. de quo ſupra num. 24. Quis credat, tantæ multitudini tot millium ad nanum fuiſſe tot olivarum, myrtorum, aliarumq; lectarum & ſpecioſarum arborum frondes ad jusmodi tabernacula? Fuiſſet hæc feſtivitas, ublica hortorum nemorumque circa Hieroſolynam calamitas & pernicies. Negat itaque Sanctius x tàm pulchris frondibus contexta, his & aliis notus. Sed quid textui hiſtoriæ fiet, ubi diſertè ubentur Judæi *egredi in montem & adferre iſtaum arborum frondes, ad faciendum tabernacula, ſicut in lege ſcriptum?* Reſpondeo: finis princialis ponitur, acceſſorius non tollitur, ſed ſuppoitur. Nam in lege utrumque ſcriptum eſt, & abernacula frondea eſſe facienda, & geſtandas n manibus pulchras electarum arborum frondes. Alia itaque genera adhibita ſtructioni; vulgarium arborum, ſalicis & pini, & quæcunque denſis eſſent ramis: Plutarch. Sympoſiac. l. c. *tabernacula è palmitibus & hederis contexta fuiſſe refert*, & credo vidiſſe, ut ipſe indicat: neque aliter fieri potuit, cùm ſpecioſæ arbores tot caſis non eſſent ſuffecturæ. Sed ad geſtamina pauculæ ſingulis virgæ ſufficiebant, & certæ ſpecies erant in lege definitæ: credoque poſt pompam, cùm è manibus deponerentur, in tabernaculorum oſtiis collocatas, ac interim affuſo humore ſuſtentatas,

ut per septem dies virides servarentur. Sic ad tabernacula hæ quoque pertinebant, non ut partes sed ut ornamenta. Sed ad alia pergamus.

VII. Stolones & Propagines.

27. *Stolo*, definitore Plinio, *arborum fruticati[o] inutilis est*. Inde Stolonis agnomen, quod ho[c] è radicibus circum arbores effoderet, ut nullus i[n] ejus fundo reperiri posset, apud Varron. Sun[t] enim *stolones arborum pullulationes ab radice. Græc[i] Μόσχες vocant, quasi vitulos plantarum. Vivira[-] dix latinè dicitur Μόσχευμα, hinc stolidi ab ætate & primâ emissione, quod significat verbum Græcum* Scaliger Exerc. 144. sect. 2. Nempè à στέλλειν de[-] rivat. Nec multùm abludit Hebraicum *Schathal* unde *Schetilim*; à plantando: quod tamen Stolo[-] nibus non convenit, qui non solent plantari, se[d] eradicari. Itaque *Dalioth* potiùs dicentur, quo[d] succum matri surripiant & exhauriant, Jerem. 11 v. 16. *Propagines* autem vitium propriè sunt, i[n] terram depressarum, ut se propagent. *Rustici enim vetulam vitem supprimunt, ut ex eâ unâ plures fa[-] ciant*, ut apud Festum est. *Modi* propagandi, i[d] est, porrò pangendi, varii sunt; *alius* arborum *alius* herbarum. Arborum rami, vel in scrobem defodiuntur, ut radices agant, ac posteà amputa[-] to flexu transferri possint; vel *per vasa fictilia a[ut] qualos* in ipsâ arbore trajecti, terrâ circumpan[-] guntur, radicesque ita sollicitantur, docent Cat[o] & Plinius, & ex iisdem *Baptista Porta in Villâ lib.* 4

cap. c

ap. 6. Arhor, quæ copiâ humoris nativi multas mittit frondes & propagines, quibus se diffundit, Hebraico epitheto vocatur רַעֲנָן *Raanan*, frisch und safftig / ut Psalm. 37. v. 35 laurus, & Jerem. cit. olea. vide Psalm. 92. v. 15. ubi Pii talibus comparantur, quæ quamvis senescant, tamen adhuc germinant. At de impiis contrà Siracides cap. 40. v. 15. 16. *Posteritas impiorum non multiplicabit ramos, & radices immundæ super præcipitem* ἀκρότομον *petram*, ubi scilicet, humore cùm careant, facilè torrefiant ab æstu. At abundant tamen sæpè opibus, inquis, & gloriâ: Respondetur: ἄχη, vel ἄχνη, vel χλόη, ita enim variè legitur, *super quamlibet aquam, & oram fluminis ante omne fœnum*, gramen, *evelletur*. Sic D. Luther. secutus vulgatum: *viriditas super omnem aquam:* ubi apparet χλόην legisse.

28. Huc pertinet de liberis ex illegitimo vel impio thoro natis, locus Sapient. 4. v. 3. 4. 5. Docet Autor *meliorem esse piorum* ἀτεκνίαν, quàm impiorum πολυτεκνίαν. *Pii*, quanquam non propagando genus suum per generationem, non gaudeant illâ in posteris successivâ immortalitate; *habent* tamen aliam ἀθανασίαν, *in perpetuâ virtutis suæ apud Deum & homines memoriâ:* Sirac. 30. v. 3. Psalm. 112. v. 6. &c. *Et homines quidem præsentem virtutem colunt ac imitantur, & postquàm obiit*, sublatam ex oculis, *desiderant:* itaque quemadmodum Hieronicæ cum pompâ & triumpho deducebantur coronati in patriam, muris etiam de industriâ diruptis; ita *Virtus*;

 abstractum

abſtractum pro concreto, *νικήσασα τὸν τῶν ἀμια-*
τῶν ἄθλων ἀγῶνα, *vincens*, ſive quæ vicit agon
certamen, *incontaminatorum præliorum*, *co-*
nam ferens πομπεύει triumphat, *ἐν τῷ αἰῶνι*
hoc ſeculo. Sic hunc locum puto interpreta-
dum. Neque multò aliter apud Cyprianum, v
quicunque autor eſt, de ſingular. Clericor. vet
verſio. Nam vulgata noſtra diſcrepat. Voc
autor Virtutis *ἄθλους ἀμιάντους*, ut opponat p
lutis certaminibus Græcorum: pari ratione *Ph*
lo, quem docti quidam hujus Sapientiæ aut
rem eſſe perſuaſum habent, *in lib. de Agricu*
ait, *hæc certamina falsò dici ſacra*, *in quibus ta*
atrocia & immania multa fiant; *unum eſſe ve*
Sacrum & Olympicum certamen, *Virtutis cau*
propoſitum. Sequitur antitheſis: *At contra mult*
gena impiorum multitudo, *nullam adferet utilit*
tem, iis puta, qui eâ ſuperbiunt, ut Niobe apu
Poëtas: *& ex ſpuriis ſtolonibus non dabit radice*
in profundum, *neque ſtabile firmamentum*, firma
baſin, *collocabit.* *Etſi enim in ramis ad temp*
floruerint, ſtolones illi adulterini; *tamen cùm i*
firmiter poſiti, ſtabili ſolo non proveniant, *fac*
à vento commovebuntur, *& ventorum violent*
eradicabuntur: *confringentur κλῶνες rami impe*
fecti adhuc, *fructusque*, *ſi quem ediderint*, *erit i*
utilis, acerbus eſu, & *immaturus ad veſcendum*
nullique rei idoneus. Multa hic Pontificii Interp
de præconiis Virginitatis aut Cœlibatus. S
intempeſtivè: Autor ſolatur pios maxim
conjuges, *ἀτέκνους.* Habebatur etenim *ἀτεκν*

oli

olim in Populo Dei *μέγιστον ἀτύχημα*, *Vid. Volum. 2. S. Anal. l. 4. cap. 12.* Neque qui pro cœlibatu certant, incoinquinati sunt, ut fatetur Lorinus h. l. *ubi quotidiana est pugna, & rara victoria*, ut ait Augustinus, ibid. ubi ἔρωτες δυσέρωτες, ut ait Basilius in Epist. ad Gregor. Naz. ac si non corporis, quod rarum est, tamen mentis inquinatio non infrequens; ut ferè queri oporteat, cum eodem: *Fœminam nescio, & tamen Virgo non sum.* At piorum conjugum pro Virtute susceptum certamen verè est ἀμίαντον, Hebr. 13. v. 4. Neque in Populo Dei cœlibatus vel adeò admirationi fuit, vel in tantâ gloriâ, ut exemplo esset, & plures alii, etiam optimi, cuperent imitari. Denique cœlibibus ex proposito ἀτεκνία non adeò dolet, ut hoc solatio egeant; dolet conjugibus, quibus εὐτεκνία in voto, & conjugii finis. Itaque Lyra, Holcot & alii rectè de conjugali castitate interpretantur: huic enim Autor & in antecedentibus & in consequentibus adulterinos congressus opponit. Patres ad Virginitatem accommodârunt: nec ea excluditur à generali sententia, dum sit cum virtute conjuncta & verè impolluta, qualis fuit in Veteri Testam. alia *ex naturali defectu* & impotentiâ; alia *ex vocatione & dono* singulari: *ex voto* nulla, nec exemplum ullum. Sed ad id veniamus, quod hujus est loci. *Spurii Spadones* Græcè dicuntur νόθα μοσχεύματα. Vulgatus habet; *Spuria vitulamina*; Augustinus mavult; *adulterinæ plantationes*, vide eum de Doctr.

Christ.

Christ. l. 2. cap. 12. Multa hic in defensionem Vulgati Interpretis Lotinus & Cornel. à Lap. Mihi nomen *à vitulando*, lasciviendo, non ineptè finxisse videtur, ad imitationem Græci vocabuli. Quæritur autem 1. *Quænam sint illa Vitulamina* ad literam? 2. *Quænam μεταφορικῶς, sensu ab Autore intento?* Resp. breviter ad 1. Μόσχοι, ut habet Hesychius, & μοσχεύματα, sunt νεόφυτα βλαστήματα &c. Μόσχος λύγος est ἱμαντῶδες φυτὸν καὶ ἁπαλὸν, ait Autor Etymologici: *Metaphoram à teneris bobus ad novella & tenera germina esse traductam.* Μοσχεύειν est surculum ab arbore decerptum in solo pangere, ut ibi radices agat, ut fit in taleis olearum, & malleolis vitium resectis, apud Theophrastum. Sed Autor noster ab his distinxit, quæ *spuria* dixit *vitulamina*, eaque sic descripsit: quod sint *inutilia germina, non altè, sed summo in solo, radicata, ubi facilè à ventis eradicentur, rami confringantur, & vel nullos pariant fructus, vel non edules, acerbos,* ἀώρους, quales in degeneribus arboribus, & sylvestribus, nascuntur. Cornelius à Lap. ea intelligit germina, quæ cum in terrâ nasci non possint, in arboribus nasci solent, matre alienâ, quale est viscum - *quod non sua seminat arbos:* cujus *ea natura est, ut non proveniat, nisi in ventre avium maturatum & per alvum redditum*, ex Plinio. Sed descriptio nostra non convenit. Itaque *Stolones* alii rectiùs intelligunt, *densamque illam è radicibus pullulantem sobolem, pariente matre, quas enecet*, aut à quibus enecetur, vid. Plin.

lin. lib 17. cap. 10. *Nullis verò*, ait, *tales pulli proveniunt, nisi quarum radices, amore solis atq; imbris, in summâ tellure spatiantur.* Itaque neque firmam habent basim, & si transplantentur, vix radices agunt, aut à ventis evelluntur, &c. Resp. ad 2. his ergò similes *adulterini liberi, & impiorum omnium*, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Viperina q. progenies; ut pictâ arbore cum tali sobole & q. pullicie, circa radices densâ, possit adscribi - *matrem perimit sua proles!* aut vicissim; *Parit ut pereant:* sin ventum depingas, ramos cum immaturis fructibus confringentem, adscribes - *perit impia proles*, aut - *genitrix in sua damna tulit.* Cur tales Deus nasci sinat, & quidem tam multos, natosque toleret? Quærunt h. l. Interpp. Resp. 1. in Testimonium justitiæ suæ & gratiæ, dum malos evertit, bonos fovet, & non rarò bonos ex malis efficit: 2. in exercitium piorum: *Abel non esset, nisi esset quoque Cain*, juxta vetus verbum apud Gregor. M. 3. in vitæ temporalis commodum; nam & mali artibus, opificiis, laboribus suis, humano generi prosunt, ut Cainitæ Genes. 4. sed hæc non sunt hujus campi. Transeamus & videamus quoque

VIII. Folia.

29. *Folium à Græco venit, quod illi dicunt φύλλον: Sed ideò per unum L; quia antiqui non geminabant consonantes*, Festus. Fortè tamen melius ab Hebræo עלה *ala*, ut pro forti adspiratione, aut flatu, qui in literâ *Ajin* latet, digamma Æolicum F. positum sit. Stirpium q. vestis & ornatus est;

aliis

aliis perennis, aliis deciduus: Huic ventis agitato homo similis est, & stipulæ arenti. *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris*, Job. 13. v. 25. verbum ערץ *araz*, significat aliquid agitare violenter, & commoveri formidine: hinc *Ariz* Tyrannus, formidabilis & formidine plenus. Nam timet & timetur. Mene, inquit vir Sanctus, mene, mi Deus, *arbitraris inimicum tuum? annon vides, quo* redactus sim? *Tunc folium excussum*, & vento raptum jam, *ita agitabit violenter*, ut decutias, & quasi εὐλαβηθήσῃ, tanquam à me quicquam metuendum habeas, ut LXX. Nihil est, quod ad miserandum tam facilè flectat Deum, quàm demissa vilitatis suæ agnitio, & sincera confessio. Neque vilius quicquam est, quam 1. *folium*, & quidem 2. ab arbore *delapsum*, itaq. 3. *Succo vitali privatum*, ac 4. *nunquam rediturum*, eò undè decidit; denique 5. *ventô raptum* agitatumque, *donec* 6 humi inter quisquilias *putrescat*. Sic homines sumus! iisdem ferè de causis *siccis* similes *stipulis:* Conjunxit quoque Ovidius:

Tu levior foliis, tunc cùm sine pondere succi
Mobilibus ventis arida facta volant:
Et minus est in te, quàm summâ pondus aristâ,
Quæ levis assiduis solibus usta riget.

Homo arbor fuit in conditione, folium à semetipso factus est in tentatione; sed pòst stipula apparuit in dejectione. Quid est enim homo nisi folium, qui videli-

delicet in Paradiso ab arbore cecidit? quid est nisi ium, qui tentationis vento rapitur, & desideriorum tibus levatur? Cur ergò tantâ rectitudine justitiæ ipetis eum, quem sic infirmum esse in tentatione gnoscis? sic Gregor. M. h. l.

30. Similis apud Esaiam locus est: *defluximus uasi folium universi, & peccata nostra quasi venti is auferunt*, cap. 64. v. 6. Est in eâ querimoâ *antithesis inter* pristinam *Dei benignitatem*, præsentem *severitatem*: Olim, quanquam sæè peccaverimus, tamen ab irâ flexus ad miseriordiam, peccantibus indulgens, veniam salutemque dedisti: ac tunc, coram strictâ severiaque tuâ justitiâ, reputamur *omnes velut immundi; omnesque justitiæ nostræ*, omnia nostra ona opera, quæ facimus memores mandatorum iorum, ut v. 5. quæ quondam à te misericordi atre, κατ' ἐπιείκειαν, pro justitiis reputabantur, t tam clemens & bonus nobis occurreres peccaisque nostris ignosceres; ea nunc omnia *sunt elut pannus menstruatæ*, adeò abominaris, & depuis pro rigore justitiæ tuæ: Itaque *decidimus vent folium* ab arbore, *& peccatorum nostrorum urbine* ac procellâ à facie tuâ abrepti, *auferinur* & projicimur. Aurea verba, omnique auro ontrà pretiosa! Pro *panno menstruatæ* Hebraicè iabetur בגד עדים *bèged Iddim*, *vestis Centoum* ein Bettlersmantel. LXX. ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης, id est, *mulieris* ἀποκαθημένης *sedentis*, uo honestè significatur, quæ menstrua patitur. Symmachus, κυούσων *parientium*: Aquila verò,

μαρτυ-

μαρτυρείων testimoniorum, quando sanguis in pr
mo coitu maritali virginis approbatur, *Hieron*
mus. Rectè ergo hinc infertur: 1. *Peccatum or*
ginale, ex quo omnia actualia, summa est ho
minis immunditia, & quasi lepra, aut *sangu*
mulieris sedentis, vel parientis: hic enim int
immundissima habetur in lege Dei, propter har
ipsam naturæ originalem labem & tabem; quen
admodum *præputium* in viris: ita enim admone
re suos Deus voluit, generationem ipsam es
pollutam, Psalm. 51. v. 6. & semen è quo conc
pimur peccatô contaminatum est, & matern
ille sanguis, quo fovemur in conceptu, & al
mur in utero. Hinc 2. quamvis *reatus* hujus in
munditiei in regeneratione tollitur, & *dom*
nium frangitur peccati hujus; tum *ne imputet*
ad damnationem; cùm *ne regnet* amplius in r
natis; tamen ita arctè hæret *macula & procl*
vitas ad peccandum, quam renati sentiunt & d
plorant; ut si strictâ justitiâ Deus nobiscu
agere vellet, semper imputare posset. Qua
3. *etsi justitia nostra*, quæ à Spiritu renovan
est; *vera est*; *tamen non omnimodis pura est*
quia adhærente hoc peccato contaminatur: A
4. meritò omnes, quamlibet Sancti se immu
dos, pœnisque omnibus obnoxios fatentur,
stricto jure Deus secum ageret. Nam, 5. cù
Deus has justitias nostras acceptas habet, & r
muneratur; ita ut quotidianis nostris culpis d
veniam, & in castigationibus temporalibus ope
adferat ac salutem; facit hoc ex merâ gratiâ p

iπι

ιείκεια: cum ſecundum rigorem juſtitiæ juſtè
ſſet abominari, nec teneatur ex juſtitia ſua reſpi-
re & acceptare. Unde 6. meritò agnoſcunt San-
i, temporales caſtigationes mortemque ipſam,
opter peccata, ſibi infligi, quamlibet juſti ſint:
eumque ita juſtum fatentur, ut tamen etiam *mi-
icordem* prædicent, admirabili juſtititiæ & miſe-
:ordiæ temperamento. Nam ut nos peccatores
r *naturam* & ex nobis; juſti verò ſumus *ex gra-
â*, & non ex nobis: ita Deus puniendo peccato-
s *juſtus eſt*; pœnas verò juſtorum in caſtigatio-
:m vertendo, easque mitigando, & æternas con-
onando, *miſericors*. Hæc omnia ex præmiſſis
:ophetæ firmiter concluduntur. Poſſentque plu-
ous demonſtrari *ex contextu* hujus Precationis,
conſenſu totius S. Scripturæ, veræque & Ortho-
oxæ Eccleſiæ, quæ contra Pelagianos ita ſemper
ocuit; ſed hoc nunc non agimus, vid. *D. Gerhar-
Confeſſ. Cathol. Special. P. 3. de Bonorum operum
rfectione, pag. 813. & ſeqq.*

31. De ſimilitudine Folii dixi plura *in S. Ana-
t. Volum. 1. lib. 5. c. 30.* Aliqua tamen addenda
ıtavi, quæ huc ſpectant. *Homo Folio ſimilis* eſt
in ſtatu integro: Tunc enim folium fuit ab Ar-
ore Vitæ myſticâ, gratiâ ſcilicet Dei Creatoris,
ndens ab eâ & in eâ *vivens*, & indè *virens*, Sancti-
te, juſtitiâ, incorruptibilitate, decore & gloriâ.
c Salomon ait, *juſtos germinare velut virens fo-
um*, Proverb. 11. v. 28. Qui in opibus, aliisque
bus vanis, & non in Deo fidunt, defluunt ut folia
hieme; *quod iis arborum foliis accidit, quæ neque*

 peren-

perennem succum à matrice accipiunt, neque ade *lentam & durabilem, ut frigori possit obsistere.* It sunt divitiæ istæ, quibus fidunt & innituntu qui Deum spernunt: non præbent perennen & firmum succum, Safft und Krafft; eo itaqu orbati, cadunt sicut folia, ac sine spe defluunt & arescunt: at *Justi contrà semper florent ut fo* *lium* Cedri, Palmæ, oleæ; nam Deo freti, & a ejus gratiâ unicè pendentes, cadere non possun Succus ille vitalis, quem ex Deo hauriunt, *no* *potest æstu aut frigore intercipi, ne ad folium istu* *à matrice perenniter transfundatur, tantâque fir* *mitate & constantiâ est, ut à nullâ externâ re lædi poss* *aut absumi*, vid. Scaliger. Exerc. 141. Ita fit, u justi perpetuò vigeant & vireant, & fructu quo que tandem gaudeant. *Virens quippè folium in ar* *bore fructus, quos nondum ostendere habet, signa* *affuturos; & justi quasi virens folium germinant* *quia spe salvi facti, in fidei ac virtutum gratiâ pr* *ficere non cessant*, ait Beda in Proverb. l. cit. It Justum nobis depingunt, David Psalm. 1. v. 3. Jeremias cap. 17. v. 7. 8. Tales eramus à De creati, in naturæ integritate: talesque iterum ev dimus per gratiam, in renovatione Spiritus, de q mox. Verùm per Adami lapsum 2. *in sta* *corrupto*, postquam peccatum vitalem nobis grat affluxum intercepit, decidimus ab arbore, vir reque pristino amisso facti sumus *folium* 1. *a* *jectum*, quod arbor sua quasi abdicavit & ja non agnoscit. Abjecit enim nos Deus, licet n ἀποτόμως, ut Diabolum & Angelos ejus: n

agnos

gnoſcit pro ſuis, Eſai. 59. v. 2. Pſalm. 1. v. 6. Tim. 2 v. 19. Matth. 7. v. 23. 2. *aridum & exsiccum*, Epheſ. 4. v. 18. 3. *mortuum*; nam in arbore vivum eramus: nunc vitali ſucco carentes & animâ & corpore interiimus, & ad corruptionem ndimus: hinc morbi & mors corporis, ac putrectio: hinc animæ pronitas ad peccatum & æterum interitum. Hæc mors eſt, quam Deus peccantibus comminatus eſt, Gen. 2. v. 17. itaque & *lium* ſumus 4. *Vanum & volaticum*; undè omni *ento* agitamur iræ divinæ, calamitatum, peccatoumque noſtrorum. *Mens quippè humana quot ntationes patitur, tot quaſi flatibus movetur: unc ira perturbat; nunc ſuccedit inepta lætitia: iquando ſuperbia elevat; aliquando timor deprimit*, &c. Gregor. M. in Job. cap. 13. l. cit. hinc itæ brevitas. *In Troglodyticâ teguntur ædes here folio, quod centum annis durat in eo opere, ſine itio*, Scaliger Exercit. 158. Sect. 8. nos folium imus ἐφήμερον, herba ſolſtitialis. Hinc viciſſituo naſcendi & moriendi, Sirac. 14. v. 19. ac ut Iomerus cecinit:

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.

pes tamen ſupereſt renaſcendi, ut fiamus iterum *lium vivum*, 3. *in ſtatu gratiæ reſtituto*. Non uidem noſtris viribus: nulla hic ſupereſt in obis ἱκανότης, Rom. 3. v. 12. 2. Cor. 3. v. 5. ut eque in folio arido & abjecto, quod citra miaculum nequit reviviſcere, & redire eò undè ecidit. Dei plantantis hoc opus eſt, per ver-

bum gratiæ. *Sic Palmarum folia apud Babylonio ſata in arborem proveniunt, & opuntia herba*, igno ta circa Opuntem Locrorum civitatem non procu ab Aſopo flumine, *è folio radicem emittit : notaqu jam*, & vulgò in hortis conſpicua, *ficus Indica, cu jus folium, ſi ſolo pangatur, radicatur*, & in arboren creſcit, flores fructusque parit, *de quibus Port Neapolitan. in Villa ſua lib. 4. cap. 10.* Magna hæ & rara naturæ miracula, ſed majus Dei nos rege nerantis, ut Gratiæ per Chriſtum iterum inſert feliciter floreamus : donec translati in Civitaten cœleſtem, irrigemur *fluvio illo aquæ vivificæ*, τ ζωοποιῦ πνεύματ☉, ut vireamus æternùm Apocal. 22. v. 2. Joël. 3. v. 18. Vin' *emblemata* Pinge arborem amittentem folia ſua, quæ ventu diripiat, & adde: - *non reditura volant!* Pinge ir fictili vaſe ficum Indicam, & folium hortulani ma nu in alio pangi, & adde; *Spes eſt, ubi gratia plan tat*, &c.

32. *Ne folium quidem ſupererit*, Proverbii ſpe ciem habet. Apud Jeremiam Deus cùm de ava ritiâ immani, Populi ſui in urbe Sanctâ, conque ſtus eſſet, cui *à minimo ad maximum omnes*, infi mates & Summates, etiam ipſi Prophetæ & Sacer dotes, ſtuderent; pœnam denuncians; *Colligendo inquit, colligam eos : ita ut nec uva in vite, nec ficu in ficulneâ ſuperſit : quin etiam folia ipſa defluent adeò, quæ dederam, omnia ab eis tranſibunt*, Jerem. 8 v. 10. 13. Juſtiſſima avarorum vindicta! Nam u illi per fas & nefas omnia colligunt, usque ad pul viſculum, quod dici ſolet; & ex aliorum calami

tatibu

itibus messem ac vindemiam faciunt; ita Deus ar pari se relaturum minatur: missurum nempè Chaldæos, qui adeò omnia colligant, ut nec uvam ec ficum, imò ne folium quidem relinquant. *Dedi enim*, inquit, *eis, quæ præterire cernerent, ut majori dolore amittant, rerum omnium abundantiam, quam eis tangere non licebit*, Hieronym. Ita malè parta, malè dilabuntur; &

De malè quæsitis non gaudet tertius hæres.

Hinc materia elegantis *emblematis:* Si vineam n colle, & ficum desuper imminentem, ἀκρόκαρπον, pingas, ad quas sturnatim aves advolent; addito illo Palingenii;

Congregat, & nescit cui congreget! *utque solet Sus*
Non sibi, sed multis aliis *sese ipse saginat.*

Quod *alterum emblema* præbet: *Tertium* Lucianus in Antholog. Epigramm. qui avarum api confert, quæ magno cum labore favos struit, & mplet - ἑτέρων δρεψομένων τὸ μέλι. *Sic vos non vobis mellificatis apes. Quod non legitimè acquiritur, quasi ventis quibusdam, ita extraneis diripientibus dissipatur*, Ambrosius, 3. offic. cap. 6. *Avaritia acquirit & contrahit, quo aliquis melior utatur*, Seneca de Irâ l. 3. cap. 5. Petinet huc emblema Alciati, 73. cui lemma: *Luxuriosorum opes.* Nostri dicunt, injustas opes duos habere fures: unum qui colligat; alterum qui malè absumat. Diogenes ejusmodi opes comparavit ficubus, in præruptis locis, nascentibus, quas cùm homines

attingere nequeant, corvi & graculi diripian
Quod non capit Christus, rapit fiscus. Dabis in
pio militi, quod dare non vis Christi sacerdo
Plerunque *quod acquisivit avaritia parentum*, a
S. Valerianus hom. 20. *perdit cupiditas filiorum.*

33. Addo Proverbium aliud; *terreri ad strep
tum folii volantis*, Levit. 26. v. 36. De malè co
sciis, Proverb. cap. 28. v. 1. Job. 15. v. 21.

Nam seu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis, seu virides rubum
dimovêre lacertæ,
Et corde & genubus tremunt. Horat. 1. Od. 2

Sic in fabula de leporibus & ranis; *silva sona
fugiunt lepores* - apud Anonymum veterem Po
tam. Possis adscribere illud Papinii - *ô semper t
midum scelus!* Ita Menander fortè apud St
bæum;

Malè conscium, quamvis sit audacissimus,
Timidissimum facit ipsa conscientia.

Lepores, libidinosum & immundum animal, e
quo Proverbium:

Et Lepus hic aliis exagitatus erit.

Et aliud: *Tute Lepus es, & pulpamentum quæri*
Item *ranæ* in palude suâ coaxantes, omnium fe
nequam hominum imago sunt. Sed de foliis nu
quidem satis. De loco Esai. 1. v. 30. cui similis E
clesiast. Sirac. cap. 6. v. 2. 3. suo loco. Ut Pioru
folia nunquam defluunt, ex ll. cit. Psalm. 1. v.
Jerem. 17. v. 8. Proverb. 11. v. 28. Sic Impio-
rum semper tandem, sic Esaias
& Siracides.

CA

Caput III.

Arborum multiplex differentia, & Nomenclator.

MUltis modis differunt; in Sacris Literis 1. *ratione Originis*, quædam ſunt *Nativa*, quæ naturâ & q. ſponte proveniunt; quædam *Sativa*, quæ curâ & culturâ.

2. *Ratione partium*; nam licet omnes in ſuo genere perfectæ ſint; tamen aliæ omnibus partibus integræ ſunt, aliæ quibusdam carent: ſed & ipſarum partium magna varietas diſcrimen inducit, ut radicibus, ſtipitibus, ramis, floribus, fructibus diſtinguantur, *de quibus Ruellius lib. 1. de Nat. Stirp.* Quæ tamen conſideratio Theologo non valdè neceſſaria videtur.

3. *Ratione Quantitatis*; ſunt enim aliæ *parva* & humiles, ut virgulta & frutices; aliæ *magna*, proceræ, craſſitudine & altitudine præcellentes.

4. *Ratione Qualitatis*; aliæ *ſpecioſa*, vivaces, *ſemper virentes*, non putreſcentes: aliæ contrà *viles*, brevis ævi, *perdifolia*, ut eleganter vocat Scaliger, &c.

5. *Ratione actionis*; quædam *fructifera*, ut ſunt Nuciferæ, pomiferæ, bacciferæ, glandiferæ, cocciferæ, coniferæ, &c. quo pertinent etiam reſiniferæ, quæq; ſiliquas, veſiculas, & vel in his vel in aliis partibus animalia, & id genus pariunt alia: quædam *ſteriles*,

infelices dictæ: Item bonæ & malæ ex fructibu dignoſcendæ.

6. *Ratione Paſſionis*; ut ſunt aridæ, collapſæ emortuæ, quæ virentibus, ſtantibus, vivis, oppo nuntur: ut & aliæ ſanæ, vegetæ; aliæ morbidæ & ſeniles, &c.

7. *Ratione ubi*; aliæ Hortenſes, campeſtres paluſtres quæque aquis gaudent, ut & ſilveſtres montanæ: item ſingulares, Paradiſiacæ, Penta politanæ, Sacræ & Sanctivæ in Lucis, & id ge nus. De ſingulis deinceps, quantum ad S. Lite rarum explicationem opus eſſe videbitur. Nun adtexam *Indicem Alphabeticum* præcipuarum a borum Biblicarum, annotatis nonnullis S. Scri pturæ locis.

Arborum Biblicarum Nomina.

1. *Aguz* אגוז, ſemel legitur Cant. 6. v. 1 *Nux* plurium opinione: dicitur à rad. *Guz*, ave lendo. Itaque Avenarius propriè de Avellanâ ac cipit: alii tamen myriſticam, alii, inquit, caſtan am eſſe putant. Nucum proprium eſt, ut à matr vi avellantur, perticis decuſſæ. Arabes quoqu *gauz* vocant, pro quo interpretes habent *geuz*, notat Bochartus in Chanaan. p. 521. 681.

2. *Ahalim* אהלים, bis legitur, Num. 2 v. 6. Prov. 7. v. 17. & *Ahaloth* Pſalm. 45. v. Cant. 4. v. 14. ex quibus locis apparet, arboribu præſta

æſtantiſſimis annumerari, & odore aromati-
ıs: itaque *aloën* interpretantur, vel *Santalum*,
:l *Agallochum*. Atqui aloën non eſſe, rectè mo-
ıit *Bauhinus in Matthiolum l. 1. Dioſcoridis cap.*
. Videntur, *inquit*, Veterum nonnulli per Aloën
gallochum intellexiſſe. Nam diapaſma, adſper-
mentum illud, quo lectulum ſuum odoris gratiâ
onſperſerat muliercula, de quâ apud Salomonem
gitur, Myrrham, aloën, & Cynamomum re-
:pit: quo loco minimè ſuccus ille herbæ aloës in-
:lligendus, cùm inter odorata non referatur.
Agallochum lignum aloës vulgò vocant, *Xyloaloën*
ixit Aëtius. Quidam *lignum Paradiſi*, de quo ſuo
ıco: Sed *ahalim* Num. 24. v. 6. recenſentur inter
ı ligna, quæ in Syria & Arabiâ fuêre indigena.
gallochum ex Indiâ affertur Orientali, & è Ta-
robanâ. In Arabiâ naſci negat Serapion ex Abo-
anifâ Arabe, apud Matthiol. l. c. Quâ de causâ
eque *Santalum* eſſe poterit, quod Arabes *Sandal*
ocant, & ex India adferri notant, ut Serapion, de
emperam. Simpl. cap. 336. Quare *Aſpalathus* po-
ùs videtur, quo pigmentarii ad unguentorum
iſſamenta utuntur, naſciturque in Syriâ & Rho-
o, Dioſcorid. lib. 1. cap. 19. Agallocho non diſſi-
ilem eſſe ait *Lemnius de Herb. Bibl. cap. 21.* &
uellius putat eſſe aſpalathum *Rhodium Oleaſtrum*.
e his odoratis lignis ſuo loco.

3. *Atad*, אטד Geneſ. 50. v. 10. Judic. 9. v. 14.
ſalm. 58. v. 10. *Rhamnus* eſt. Afri *atadim* in plu-
li, ut ex Dioſcoride annotat Bochartus in Ca-
ıan l. 2. cap. 15. Spinoſus eſt, ſepibus faciendis

idoneus, vide Dodonæum, & Bellonii observ
l. 2. cap. 88. Noster rhamnus Creutzbeer / ol
Wegdorn dicitur; grana fert infectoria, ex q
bus fit color viridis, vulgò Safftgrün dict
Rauwolff. Lycium, vel Pyxacantha.

4. *Algummim* אלגומים & *Almug*
אלמגים ex *al & mog* composito nomin
ligna, quæ non facilè computrescunt ac diffi
vuntur, 1. Reg. 10. v. 11. 12. 2. Paralip. 2. v.
& cap. 9. v. 10. 11. Græci habent ligna πευκιν
Vulgatus *Thyina*, quorum inter pretiosas me
ces mentio fit quoque Apocal. 18. v. 12. Qu
dam *corallio* interpretantur, Danæus *Lignu*
Brefilianum putat fuisse, Phys. Christ. Tract.
cap. 77. D. Lutherus habet: *ligna ebeni*, Hebe
holtz: meminit Josephus lib. 8. Antiq. cap. 2.

5. *Elah*, אלה & *Allon* אלון cognata su
vocabula, res tamen diversæ. *Elah terebinth*
ferè creditur; quanquam alii malint *ulmum* a
alnum, in quibus vestigia nominis Hebræi e
tant. *Allonim* verò esse *quercus*, ilices, robo
ra, plerique consentiunt. Sæpissimè leguntu
& conjunctim quidem Esai. 6. v. ult. Ose.
v. 12. &c.

6. *Erez* ארז Cedrus est, omnium conifer
rum nomen commune, ut ait Arias Montan.
Histor. Nat. Thalmudicos in Rosch Haschan
decem cedrorum genera numerare, ait Buxtor
fius. Consentit Bochartus in Canaan l. 1. cap. 3

Pro

oprium tamen κατ' ἐξοχὴν Cedri: Celeberrimæ S. Literis.

7. *Oren*, ארן, *Ornus*, Eſai. 44. v. 14. ſemel gitur. Germ. Ahorn: Vulgatus vertit *Pinum*, ii *Cedrum*.

8. *Botnim* בטנים, ſemel legitur Geneſ. 43. 10. ubi mirè variant Interpretes: Vulgatus haet *aliquid terebinthi*: Arias Mont. *avellanas*: agninus, *juglandes*: Vatablus, *nuces pineas*: Luherus, Dattlen: *nuces Terebinthinas* Tremellius; am *Boten* Terebinthum dici Hebræis & Arabibus. ſt autem ea non *reſinifera* illa, de qua num. 5. nodò; verùm illa *nucifera*, iſti non abſimilis, quæ ert *Piſtacia*, ut pluribus probat Bochartus lib. 1. Canaan. cap. 10. audiemus ſuo loco, vide eund. ap. 28. l. c.

9. *Bacha* בכא *morus*, 2. Sam. 5. v. 23. 24. Paralip. 14. vel 15. v. 14. 15. Pſalm. 84. v. 7. fortè ſanguineis lacrymis, quas baccæ fundunt comreſſæ. Nam cognatum בכה *bachàh*, fletum ignificat, κλαυθμὸν. Undè *Bacchæ* quaſi fletu fœmineo ululantes; quaſi *Mebacchoth* deflentes, *in Piel.* Ita Heſychius ait *Bacchum ſignificare Phœniibus* κλαυθμὸν. Eſt & alia ratio mythica, *cur mous Syris à fletu dici potuerit?* propter vulgatam de Pyramo & Thisbe fabulam, quam nemo neſcit ex Ovidii Metamorphoſ. l. 3.

Signa tenet cædis, pullosq́; & luctibus aptos
Semper habet fœtus, *gemini monumenta cruoris.*

10. *Ban-*

10. *Barkanim*, ברקנים legitur Judic. 8. v. 7. 16. Spinas aculeatas significat. Componitu ex *Barak*, coruscavit, ut fulgur, & gladius vibra tus, & *Kajin*, lancea, aculeus, cuspis, Avena rius. Buxtorff *oxyacanthas* interpretatur; vulga tus, *tribulos*.

11. *Berosch*, ברש, *Abies*, ut Commun. Ave narius tamen, *fraxinus*, habet: ea enim est - *ut*. *lis hastis*, quæ ex *Beroschim* factæ, 2. Sam. 6. v. Esai. 14. v. 9. cap. 37. v. 24. cap. 41. v. 19. Nahun 2. v. 4. & 1. Reg. 5. v. 8. cap. 9. v. 11. 2. Paralip. v. 8. Lxx. πεύκην & κυπάρισσον verterunt. Zacha 11. v. 2. πίτυς dicitur. Sunt cognatæ arbores, Cedris annumerantur.

12. *Beroth*, ברות, semel legitur Cant. 1. v. 1 *Cupressum* interpretantur plures; recentior *Brutam*, quæ Cupresso similis.

13. *Gephen* גפן *Vitis*, ἄμπελος, sæpissimè.

14. *Gopher*, גפר, semel Gen. 6. v. 14. Arc Nohæ compacta *ex lignis Gopher* ἐκ ξύλων τετρα γώνων Lxx. *de lignis levigatis*, Vulgat. *ex lign bituminatis*, Hieronym. in Tradit. Hebr. nan Copher bitumen significat, *Cophrith* Sulphu Chaldæus *Cedrum* ponit: Rabbini unam ex qua tuor abietum speciebus, quam Græci vocant κεδρ λάνην. Græca Scholia habent ἐκ ξύλων ἀσήπτω ἢ κεδρίνων. Oleaster *pinum vel piceam interpreta tur*, ut D. Lutherus: von Tännen-Holtz. Fort Kifern/quod Hebræo nomini respondet. Bochar tu

tamen cum Fullero *Cupressum* significare con-
idit, Phaleg. l. 1. cap. 5.

15. *Hobenim*, הבנים, *Ebeni ligna*, semel
ech. 27. v. 15.

16. *Hadas* הדס, *myrtus*, Esa. 41. v. 19. cap. 55.
3. Zachar. 1. v. 8. 10. Nehem. 8. v. 16. Hinc
essa urbis, & Estheræ nomen *Hadassa*.

17. *Zaith* זית *Olea*, in Palæstinâ copiosa,
eut. 8. v. 8. sæpissimè.

18. *Chedek* חדק spinæ quædam species, bis le-
ur Mich. 7. v. 4. & Proverb. 15. v. 19. Avenarius
rtit *Paliurum*, ut Vulgat. Vatabl. *carduum* acu-
tum.

19. *Choach* חוח, *spina*, Job. 31. v. 40. ubi Vul-
t. *tribulum* habet, Pagnin. *paliurum*, Lxx. κνίδην
ticam, dictam à κνίζειν urendo, pruritum ciendo.
itherus, Diesteln. Ex quo loco etiam id appa-
pro tritico, ac in triticea segete nasci. Sic *Ha-*
oach Libani 2. Reg. 14. v. 9. *Carduus* est Vulga-
, Pagnino, ut Lxx. ὁ ἄκαν, ἄκανος, *fructus car-*
i, & quasi malum spinis rigens, Diestel-Kopff.
eptro similis est, & flore coronam præfert: undè
nustè Rex ei comparatur. Sic *Rosa inter spinas*
ant. 2. v. 2. ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, puto propriè, *Car-*
orum. Sic interpretantur Esai. 34. v. 13. ubi
ulgatus habet *Paliurum*; paralellum est Ose. 9.
6. ubi Vulgat. *Lappa:* & spina, *choach*, in manu
rii, *carduus* esse potest. Proverb. 26. v. 9. & spi-
ta *Chavachim*, loca deserta & inaccessa sunt, ubi
rdui crescunt, 1. Sam. 13. v. 6.

20. *Libne*

20. *Libne* לבנה *Populus alba*, λεύκη, Gen. 30 v. 37. Oseæ. 4. v. 13.

21. *Luzim* לוזים semel legitur Gen. 30 v. 37. Nuciferæ arboris nomen est. Et videtu *Nux* à *Luz* dicta, mutato L. in N. ut Lympha Nympha. *Corylum* & nuces avellanas intelligun Pagninus, Lutherus, Arias Mont. in Hist. Na *pistacia* sic dici vult. Pro corylo facit nominis ori ginatio; nam *Loz* significat *recedere*, *&* *deflectere* ut indicetur lignum, quod facilè decorticetur, au cujus virgæ sint flexiles, *vide Bapt. Portæ Villan l. 5. cap. 35.* Vulgatus tamen Virgas habet *amygda linas.* Sic *Luz* *&* *Lauz* Arabibus amygdalus & ita accipiendum esse h. l. pugnat multis argu mentis *Bochartus in Canaan lib. 1. cap. 35.* Inpri mis quod veteres Rabbini & Chaldæus ipse *Schake dim* exponat *Luzin*; quamvis recentiores *Luzi* distinguant, & avellanas esse dicant. Cognata rum rerum vocabula sæpè ab interpretibus per mutantur. Sic Græci, ut docet Bochartus ipse κάρυα quod nomen generale est, nonnunquan amygdalas nuces κατ' ἐξοχὴν vocant. Ita fieri po tuit, ut nomen *Luz* & corylum & amygdalun significârit. Quales autem baculi ex *Luzim* fact sint à Jacobo? ex re ipsâ discernendum videtu Sed de his suo loco.

22. *Naazuz*, vepretum, *rebus spinosus*, נעצוץ à *Naaz*, infigendo, bis legitur Esai. 7. v. 19. & 55. v. 13. Vulgatus illic habet, *fruteta*; Vatablu *spineta, dumeta*, quibus pagi solent cingi; hic ver

Vulga

ulgatus ponit *Saliuncam*; Vatabl. *ſpinam albam* R. Kimchi.

23. *Sillon* סלון, *ſpina, aculeus*, Ezech. 2. v. 6. & v. 24. ſic dicuntur homines malitioſi, *perverſos*, ut habet Vulgatus, qui ſunt *offendiculum amaritudinis*, & ſpinæ pungentes. Hinc σίλλοι & σιλλαίνειν, Comicorum more convitiis illudere, ut tat Avenarius.

24. *Seneh, rubus*, סנה Exod. 3. v. 2. 3. 4. Deut. v. 16. ἡ βάτος, cujus ſpecies βάτος ἰδαία *rubus Idæus*, Cynosbatus *rubus Caninus*. Inde mons *nai*, & populi *Sinai*, vide *Buxtorff. & Bochart. aleg. pag. 312.*

25. *Sirim* סירים, *ſpina* Eccleſ. 7. v. 7. Eſai. . v. 13. Oſe. 2. v. 6. Nahum. 1. v. 10. ita commun. c compoſitum.

26. *Sirphad*, *ſpinetum*, dumetum, ex *Sir & phad* ſternendo; locus dumis ſtratus & conſitus, סרפ, ſemel legitur Eſa. 55. v. 13.

27. *Arabim*, ערבים, *Salices*, virore amœ- e, gratæ capellis, aut quod campeſtribus gau- eant, ab *Arabh*, Levit. 23. v. 40. Eſa. 15. v. 7. *rrens ſalicum*, ubi Pagninus habet, *Arabes ſuper rrentem*: ita & Tremellius. Item Eſai. 44. v. 4. alm. 137. v. 2. Job. 40. v. 17.

28. *Armon*, ערמון, Gen. 30. v. 37. Ezech. 31. 8. Vulgato *platanus*, Hebræis *Gaſtanea*; arbor rtè concinnè diſpoſita, undè ἁρμὸς, ἁρμόζω, ἁρμονία, & Chaldaicum *hurman* agger aptè coacer- tus, *Bochart. p. 604.*

29. *Zealim*,

29. *Zealim*, צאלים à *Zalal*, arbusta un-
brifera, Vulgat. *Umbra*, *bis* legitur Job. 4
v. 16. & 17.

30. *Koz*, קוץ *ſpina*, pungens cum dolore, à qu
cum tædio & faſtidio abhorremus, à rad. *Koz*
deteſtatus ſum, tædio affectus & nauſeâ; unc
fortè Germanicum Kotzen: ſæpè legitur, ut Ge
3. v. 19. Exod. 22. v. 5. 2. Sam. 23. v. 6. &c.

31. *Rimmon*, רמון, *Malus Punica*, Num. 2
v. 5. Deut. 8. v. 8. Joël. 1. v. 12. &c.

32. *Schaith*, שית, & *Shamir* שמיר, *ſentes*
vepres ſignificant apud Eſai. 5. v. 6. cap. 7. v. 23. 2
25. cap. 9. v. 18. cap. 10. v. 17. cap. 27. v. 4. & ca
32. v. 13. conjunguntur *Koz*, *Schamir*, ſpina, vepri

33. *Ez Schemen* עץ שמן *lignum pinguedini*
Nehem. 8. v. 15. Eſai. 41. v. 19. lignum *olivæ* hab
Vulgatus hic: ſed in priori manifeſtè ab oleâ d
ſtinguitur. Ergò ut notat Vatablus alii *pinum*
alii *cedrum*, alii *balſami lignum* accipiunt. Se
Eſaias quoque à Cedro diſtinxit, neque balſan
tanta fuit, ut videtur, copia, ut inter *Hoſannot* in f
ſto Tabernaculorum vulgò circumgeſtari poſſe
& cur pinus hoc nomen quaſi proprium habere
neſcio quæ fuerit ratio? *Schemen* pinguedinem
oleum, & unguentum notat. Vulgatus in N
hem. l. c. habet pro ligno pinguedinis, *lignum pu*
cherrimum, reſpiciens ad legem Levit. 23. v. 4
ubi vocatur *Arbor Hadar*, *honoris & decoris*, qua
Citrum eſſe putant, de quâ *Bonfrerius in Levit*, l

. Plinius varias arborum ſpecies recenſet, ad guenta expetitas, frequentes in Syriâ & vicinis gionibus. Talis eſt *Cyprus Ziziphi foliis, ſemi- coriandri, flore candido odorato: Coquitur in oleo, emiturque poſteà, quod Cyprinum vocatur*, lib. 12. 24. Talis *Styrax*, ibid. cap. 25. & *Malaba- ros*, cap. 26. *vide Matthiol. & Bauhin. in 1. Dio- rid. cap. XI. &c.*

34. Admonuit me præcedens arbor *Lauri*, iam volunt dici *Ezrach* אזרח, Pſalm. 37. v. 35. bi vulgatus habet *Cedrum*. Vocabulum ſignificat *digenam*, Einheimiſch / & arborem non trans- antatam: v. Marinum in Thidhar.

35. *Sitta*, שטה, undè *ligna Sittim* toties cele- rata, quæ Græcis ἄσηπ[illegible], *ligna Cedrorum lectis- narum* Tremell. D. Luthero Förenholtz. Exod. ; v. 5. 10. 13. & ſæpiſſimè in eo libro poſteà, ut & ſai. 41. v. 19. Joël. 3. v. 17. &c. *Hebraicum Setta*, t Hieronymus in Eſai. l. cit. *eſt genus arboris ſcentis in eremo, ſpinæ albæ habens ſimilitudinem: ndè omnia ligna arcæ & tabernaculi facta ſunt in- rumenta, quæ appellantur Settim: quod lignum mputribile & leviſſimum, omnium lignorum, tàm in rtitudine quàm in nitore, ſoliditatem ſuperat & pul- ritudinem.* Plura ſuo loco.

36. *Schaked*, שקד *à feſtinando* dicta, de quo ochartus pag. 697. 698. *Amygdalus*, Gen. 43. 10. Num. 17. v. 23. Eccl. 12. v. 5. Jerem. 1. v. 11. xod. 25. v. 33.

37. *Schikemim*, שקמים, *Sycomori*, arbo
& fructus, *συκάμινοι*, & *συκάμινα* 1. Reg. 10. v.
27. 1. Paralip. 27. v. 28. Esai. 9. v. 10. Amos. 7. v.
14. Psalm. 78. v. 46. Luc. 19. v. 4.

38. *Sorek*, שרק *surculus vitis electa*, Esai. 5.
v. 2. Jerem. 2. v. 21. *Srekah*, Gen. 49. v. 11. *Seruk*
Esai. 16. v. 8. hinc *spadiceus color* Zachar. 1. v. 8.

39. *Theenah*, תאנה, *Ficus*, Gen. 3. v. 8. Deut. 8.
v. 8. & alibi sæpissimè.

40. *Thaassur*, תאשור, *Buxus*, bis, Esai. 41.
v. 19. & 60. v. 13. fortè ab *Asserà*, quod lucum signi-
ficat. Iisdem locis legitur quoque.

41. *Thidhar*, תדהר, quod Vulgato mod
ulmum, modò *pinum* significat. Tremellius vert
Tædam; Lutherus, Buchen: Avenarius quoqu
ulmum à foliorum fragore & strepitu, *à Dahar*, *pe-*
dibus plausit, ut equus:

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungu-
Campum.

Serapion *Didar* vocat. Rabbini inter Cedro
numerant: Sapinus.

42. *Thamar*, תמר, *Palma*, Psalm. 92. v. 1
& sæpè alibi.

43. *Thirzah* תרזה, *Cupressus*, Esai. 44. v. 14
Vulgatus habet *Ilicem*; Græci *ἀγειοβάλανον*, Lu-
therus Buchen / à rad. *Razah*, arborem graciles
& macilentam quasi notat.

44. *Thapuach*, תפוח *Malus*, à *Poach*, re-
spiravit, flavit, odore pomi fragrante, Proverb. 2
v. 1

11. Cant. 2. v. 3. 5. cap. 7. v. 9. cap. 8. v. 5. Joël. 1. 12. vid. Bochart. p. 837.

His adde רתם *Rothem*, quod *Juniperum* ponunt, vel *Genistam*, 1. Reg. 19. v. 5. Job. 30. 4. Psalm. 120. v 4. Item ex Apocryphis & No- Testam. *Lentiscum*, in Fragm. Dan. κεράτια, *iquas* Luc. 15. porcorum cibum. *Ribh* Ægyptia- *pyrum* significat, & indè Ægyptum inferiorem, ormâ pyri, Δέλτα Græcè, *Bochartus pag. 294.* *pparis*, pro cibi appetentiâ est apud Vulgat. de io D. Geyer in Eccles. cap. 12. v. 5. *Myxaria* le- intur Genes. 43. v. 11. & *lotus* arbor ejusve fru- us, apud quosdam; & si quæ alia id genus, præ- rita hic, suis fortè locis dicenda. Quo etiam dif- ro fructuum nomina, ut *Ibba, Inba*, Dan. 4. v. 9. *Bicurim* Mich. 7. v. 1. *Boser* Job. 15. v. 33. erem. 31. v. 29. *Beuschim*, Esai. 5. v. 2. *Gargar*, sai. 17. v. 6. *Debhasch*, 2. Paralip. 31. v. 5. *Debela* Sam. 30. v. 12. *Paggim*, Cant. 2. v. 13. *Kaiz* Esai. v. 9. Amos. 8. v. 1. *Schibalim*, Zachar. 4. 12. &c.

Marinus in Arcâ Nohæ, quem serius accepi, bet quoque: *Eschel*, Tamaricen, *Copher* Cype- m, *Lot* Castaneam, *Zaphzapha* Salicem.

SECTIO II.

CAPUT IV.

De Arboribus quibusdam sil-vestribus.

1. Vulgata & antiqua *divisio* est arborum *in silvestres & urbanas.* Non à loci, sed à naturæ differentiâ.

2. *Sunt enim arborum quædam omninò silvestres, quædam urbaniores; Hæ mites, quæ fructu, aut aliquâ dote umbrarumve officio humaniùs juvant; ut non improbè dicantur urbanæ,* Plinius, 16. cap. 19.

3. Aliter Autor de Plantis, qui Aristoteles vulgò habetur, definit silvestres, τὰ φυτὰ ἄγρια, ὅτι οὐκ εἰσιν ἐξ ἐπιμελείας γεωργικῆς, *quod sine curâ & culturâ proveniant*, lib. 1. cap. 4.

4. Quare addit *hæc* ἄγρια *plures edere fructus quàm* τὰ κηπαῖα, *hortenses arbores; sed harum fructus esse meliores:* & cap. 7. *Silvestres per curam καὶ* ἐπιτέχνησιν *fieri hortenses.*

5. Unde patet, hac ratione differentiam esse non substantiæ, sed accidentis. Nos autem silvestres dicimus, quæ nunquam mitescunt, sed feram naturam retinent.

6. Hinc Problemata: 1. *An rectè distinguantur arbores, in urbanas & Silvestres?* Negat Scaliger Exercit. 140. Nos affirmamus. 2. *An verè dixerit Hippocrates; plantas omnes naturâ suâ agrestes esse, cultu* ἐφημερῶσθαι: ut ea cicuratio non sit formalis differentia? Affirmat Idem, l. cit. Sed Negat Mo-

ses

:s: nam à rerum principio Deus & *herbas agri*, *&* *'era* produxit: aliasque arbores miti ſuavique uctu, ut in Paradiſo; alias immiti aut nullo.

Verùm hæc & id genus *ad Botanicen Phyſicam* ertinent, vide eorum aliqua *apud Laurembergium* *Horti cult. lib. 1. cap. 6.*

Obſervationes.

Cùm ordinem naturalem in hoc opere tenere on liceat, quod explicandis S. literis ſuſcepi, ne el loca S. Scripturæ divellere, vel eadem ſæpiùs itare & exponere oporteat; ſequi lubet ordinem cilioris cognitionis & doctrinæ. Itaque tametſi eneralia debent præcedere ſpecialibus; tamen rimò *de Speciebus Arborum* ſingulatim, tùm *de* *neralibus differentiis* dicam. Neque ſingulas velut Pomario per quincuncem diſponam; ſed ut in ilvâ, quomodocunque ſe in conſpectum dabunt, ontemplabor: inprimis ſilveſtres, quarumq; non deò frequens in S. Literis mentio eſt. Nam quæ rebriùs occurrunt, eas ſeorſim ſpectare licebit.

De Silveſtribus Locus Eſai. 41. v. 18. 19.

1. *Deſertum*, inquit Deus, *vertam in ſtagnum* *quarum*, &c. *Dabo in ſolitudine* Erez *Cedrum*, *&* tta *ſpinam albam*, *&* Hadàs *myrtum*, & *Ez* *chamen lignum pinguedinis*, vel unguenti: *ponam* *deſerto* Beroſch *abietem*, [vel Cupreſſum] *&* *hidhar ulmum*, tædam, fagum, *&* *Theaſſur, bu-* *um*, &c. Conſidera mecum 1. Species, 2. Ortum.

3. Mysticam significationem. *Species* sunt septem ac de prioribus tribus posteà seorsim dicendu erit: posteriores quatuor hic spectabimus. Inc piam autem ab eâ, quæ frequentiùs legitur:

1. Berosch quænam arbor? an Abies, Fraxinus, Cupressus?

2. Describunt eam S. Literæ, 1. *à situ*, quo inter silvestres nasci soleat, in solitudine aquos h. l. & in Libano, Esa. 60. v. 13. unde cum Cedri misit ejus ligna Hiram Salomoni, 1. Reg. 5. v. 8. 10. ubi lætatæ dicuntur de casu Regis Babylo cum Cedris, Esai. 14. v. 8. & contrà ululare jube tur, Zach. 11. v. 2. fuerunt autem ibi electæ, & C dris æquales, Esa. 37. v. 14. 2. Reg. 19. v. 23. q bus etiam ferè his locis omnibus junguntur: Horto Dei Paradiso præstantissimæ Ezech. 31. v. Deinde 2. *à qualitatibus*, quod sint frondosæ, V rentes, Ose. 14. v. 9. ubi & de fructu additur, quo posteà: hinc Ciconiæ in iis nidulantur, Psal 104. v. 17. & 3. *ab usu*; quod utilem materiam pr beant, non modò *ædificiis* elegantioribus, ut Cedri 1. Reg. 5. l. cit. & cap. 9. v. 11. verùm etia *navibus*, & inprimis transtris, Ezech. 27. v. 5. u Lutherus habet, Fladerholtz / id Saxonici exp nunt, das beste Tannenholtz: tùm etiam *ad has lia*, ut colligunt ex Nahum. 2. v. 4. *instrumen Musica*, 2. Sam. 6. v. 5.

Hæc omnia satis abieti convenire, non fraxin neque æquè omnia Cupresso, descriptiones sing larum ostendent, capp. seqq. Nunc in explicatio loci propositi pergemus.

2. Th

2. Thidharutrum ulmus, tæda, an fagus?

3. Bis legitur, ut dixi cap. præced. neque ulla ad-
itur nota, nisi quod in Libano quoque nascatur,
annumeretur Cedrorum speciebus. Itaque ex
Literis difficilis ejus definitio. *Didár* à Serapio-
e sic describitur: *Arabes eam nominant arborem
micum. In Persiâ vocatur luzach; estque arbor
abens in ramis suis Camerulas, folliculos* puta, θυλά-
ια dixit Galenus, similes scroto humano, *in qui-
us est humiditas, quæ siccata generat animalcula
milia cimicibus:* κνίπες vocant & Latinè mulio-
es. Quæ ex Galeno & Dioscoride addidit, de
Ulmo nostrate locutum esse testantur, quæ Græ-
is πτελέα simpliciter dicitur. Nam & *alia* est
ὀρειπτελέα dicta Theophrasto, montana: & *tertia*
uæ *fungo* non absimilis, ac *fagus sepium* dicta est, ut
otat Bauhinus. Sed neutra neque conifera neque
esinifera est, ut inter Cedros referri possit. Undè
Tædam vel Pinum esse *Thidhar* quidam malunt. Sed
æda, Khünholtz / non sui generis arbor est, verùm
inastri sive pinus silvestris morbus; *nam in tædam
onverti dicitur, cùm non modò cor ejus, sed & reli-
ua substantia in pinguedinem mutatur*, ut notat
Dodonæus contra Plinium. *Sapinus* quoque, ut
ertit Arias Mont. Esai. 60. v. 13. non est arboris
pecies, *sed Abietis pars inferior & enodis*, ut contra
Bellonium observant Matthiolus & Dodonæus.
Mihi proximè rem tetigisse videtur Vulgatus,
quandò *Pinum* vertit; cujus quoddam genus,

ſunt enim varia cognata inter ſe, & abieti ſimile, dignitate tàm præſtans, ut inter pulcherrimas Lib ni arbores, *Gloriam Libani* vocavit Propheta, r cenſeri mereatur : quæ laus an ulmo convenia neſcio. Plura mox.

3. Theaſſur an buxus?

4. Sic putant h. l. Eſai. 41. & cap. 60. v. 13. pl tique. Nec alibi legitur. Lxx. habent λεύκην, Vatablus cum Pagnino aliquandò *Populum*. Si l gas πεύκην *Piceam*, quæ abieti adeò ſimilis eſt, *ſæpè ſilvanos homines & lignarios fabros fallat*, ait Matthiolus ; cauſa erit, cur *Gloria Libani* po ſit appellari : quod buxo minimè competit. Aqu la & Symmachus cum πύξον interpretantur, vi dentur non vulgarem buxum, ſed *Pyxacantham* ſive arborem ſpinoſam foliis buxo aſſimilem pr oculis habuiſſe, ex quâ fit *Lycium*, dictus ſuccu Deſcribam poſteà.

4. Ex Schamen Arbor unguenti quænam?

5. De hac ſatis multa cap. præced. & mo plura. Nunc ita puto : *Beroſch Thidhar & Theaſ ſur* reſiniferas eſſe, Cedrorum generis. Han autem appellationem communem eſſe omnibu ex quibus unguenta odorata fiunt. Atque hæ quidem de ſpeciebus arborum Silveſtrium in lo co hoc Eſaiæ. De quibus tamen deinceps certio ra fortè.

De ort

De ortu sic ait Deus: Ego dabo, Ego ponam: Dei beneficium & benedictionem intelligamus. quonam medio? *Aperiam in summis collibus flumina, deserta vertam in stagna aquarum.* Nunc, inquit: ex quo coli terra desiit, adeò sicca & exsicca solitudo facta est, ut sitientes aquas frustrà quærant, linguaque eorum præ siti exareat, ac palato hæreat, v. 17. Sed *Ego exaudiam*, *Ego non deseram!* Ego, missis cultoribus, faciam, ut redeant non fontes tantùm, sed & flumina. Sic *arida vertetur in stagnum, & sitiens in fontes aquarum*, Esai. 35. v. 7. Ita enim fit, ubi terra non colitur, fugiunt quoque aquæ, lacus & rivi desiccantur: sin colatur verùm, redeunt. Ita Theophrastus refert, *circa Arcadiam, Cretæ urbem, fontes & lacus substitisse; quia coli terra desierit, dirutâ urbe: postea verò quam cultores recepisset, aquas quoque recepisse. Fuit aliquandò aquarum inops Hæmus; sed cùm Gallorum gens, à Cassandro obsessa, in illum se contulisset, & silvas cæcidisset, ingens aquarum copia apparuit: quas videlicet in alimentum suum nemora ducebant: quibus excisis, humor qui desiit in arbusta consumi, superfusus est*, Seneca l. 3. Quæst. Nat. cap. 11.

6. Parabola hæc continet *Vaticinium de Gentium vocatione* & Ecclesiæ per Evangelium instaurtione: Indicatur *Ecclesiæ* 1. ante Domini adventum *status*, cùm similis esset siticuloso deserto, ἐν ἀνύδρῳ, LXX. Ose. 2. v. 3. magna piorum raritas, vepres & Spineta dominabantur, Mich. 7. v. 3. nusquam aquæ & fontes, Verbum Dei ca-

 rum,

rum, & rarum, 1. Sam. 3. v. 1. Psalm. 74. v. 9. Dei
dè 2. *Conversionis causa & ortus*, à Deo solo, m
diante Verbo & ministerio colonorum; nam a
ducto in solitudinem *vomere Dominico*, iterù
eruperunt aquæ, Tit. 3. v. 5. 6. *divinaq; charisma*
Cyrill. Esa. 35. v. 7. *gratiæ spirituales fontes, quos ce*
vus desiderat, quos qui biberit, potest benedicere Dom
no, Psalm. 42. v. 1. & 68. v. 27. Hieronym. ibi
Hinc 3. *fructus & effectus*: ex deserto fit Liban
quasi, mons pulcherrimus, & Paradisus Domin
crescunt arbores justitiæ, Esa. 61. v. 3. Psalm. 9
v. 13. Esai. 35. v. 1. 2. 3. *Cedri* sunt, quorum corda,
amore æterno solidata, nulla putredo amoris te
reni corrumpit: *Spinæ* albæ, qui corda audientiu
salutariter pungunt: *Myrti*, qui proximorum tr
bulationes per compassionem temperant: *oliv*
misericordes: *abietes* cœlestia contemplante
ulmi, vites q. sustinentes, pii seculares, qui sancto
largitate suâ sustentant: *buxi*, liberi, qui parentu
credulitatem sequentes fidem perpetuæ viriditat
tenent, ita Gregorius M. hom. 20. in Evang. It
que Varietas illa arborum significat *diversitate*
gratiæ Spiritualis; *ne vel una chorda de Citharâ D*
mini, aut ulla Virtus gratiarum Ecclesiæ desit, Hi
ronym. h. l. *Septem* ergò istæ *arbores*, Septe
Sp. Sancti dona indicare videntur, Esai. 11. v.
Apoc. 1. v. 4. Cap. 5. v. 6. Proverb. 9. v. 1. D
nique 4. *Finis* est Gloria Dei v. 20. h. l. Tantum
loco proposito Esaiæ, cap. 41. in quo pulchra E
clesiæ imago. Pinge Montem arboribus den
opacum, quas inter rivuli manent, & subjecta
vallem

llem, collecti in amnem, humectent: in quâ us sit, qui fodiat, alius qui plantet, alius qui riget: l desuper foveat & incrementum det, 1. Corinth. v. 6. 7. - *Inculta horret, sed culta virescit!* Quæ loco de Ecclesiâ amplificabis, cujus hîc causæ nnes, & veræ notæ indicantur. Addo.

Locum Parallelum, Esa. 44. v. 3. 4. 5.

7. Consolatur Deus Ecclesiam suam, Israëlem ectum, quem inter alia *nominum*, ut ait Hierony- us, *privilegia*, vocat ישרון *Ieschurun*, εὐθύτατον. *roprie enim juxta Hebræos & literarum fidem rael, Rectus Dei dicitur. Vir autem videns Deum, n in elementis, sed in sono vocis est. Unde & Liber enesεos appellatur* εὐθέων *Justorum, Abraham, Isaac Israël*, ita Hieronymus: ubi duo memorabilia, unde Jacobo nomen *Israëlis?* 2. Quis sit *Liber e Justorum*, qui inter deperditos recensetur? Sed eutrum ad limam vocare vacat. Sic Deut. 33. v. 5. loses dicitur fuisse Rex *Bischurun*, unter den rommen / Rectorum, vel rectificatorum per egem Dei. Aliorum interpretationes longè pe- tæ sunt, quas collegit h. l. Esai. 44. Corn. à Lap. rgumentum consolationis petitur 1. à Sp. Sancti ,issione, 2. à consequenti Ecclesiæ *restitutione.* Itrumque beneficium proponitur Parabolicè, er Parabolam & Epiparabolam. In *priore* indi- atur 1. *Mittens*, qui est Deus, nempè Pater & ilius, creator & auxiliator. 2. *Missionis modus*, ui innuitur, per verbum *effundam*, Joël. 2. v. 28. Zachar.

Zachar. 12. v. 10. Tit. 3. v. 5. intelligitur aut
effusio primò singularis, de quâ Actor. 2. c
v. 16. 17. & Johann. 7. v. 38. 39. deindè commun
& quotidiana, quæ fit per Verbum & Sacrame
ta. 3. *Missus* Spiritus Sanctus, qui est aqua
liens in vitam æternam, Johann 4. v. 14. cu
fluenta sunt benedictiones spirituales, Ephes
v. 2. 3. Hinc 4. *Finis cui?* Populus Dei, semen
stirps Jacobi, cujus alii filii sunt secundum c
nem, alii spiritu, ex promissione, Rom. 9. v.
Tota scilicet electorum Ecclesia, ante Dor
num manifestatum, *arida* quasi *& Sitiens*; p
pter defectum Evangelicæ doctrinæ, consolati
nis, gratiæ, & indè sterilitatem bonorum: Ur
deserto comparatur, ut num. præced. *Poster*
beneficium continet *Finem quare?* & effectum h
jus effusionis, & *germinabunt inter herbam*,
ut LXX. *ut herba in medio aquæ:* ut illud ב
Beben inter, non ad herbam referatur, sed
verbii localis significationem habeat, & flue
respiciat gratiarum: Sie werden wachsen /
zwischen / wie Gras: *& quasi* ערבים *Arab*
Salices juxta rivulos aquarum. Comparat
baptismate renascentes herbis virentibus, &
lici, quæ juxta fluentes aquas oritur: & con
rerum naturam affert fructus, quæ priùs steri
erat, vel cujus semen in cibo sumptum steri
facit, *ait Hieronymus.* De Salice suo loco, vi
hic Cornel. à Lap. Indicatur hic Verbi Div
per gratiam Sp. Sancti fœcunditas. Nam neq
copiosiùs ulla planta nascitur quàm herba; neq
citi

ùs arbor, quàm Salix ad aquas. Conſequens
us Eccleſiæ reſtitutionis, & Judæorum ac
ntium converſionis, notaque adeò fidelium
atorum erit Publica fidei *profeſsio*, ac idolo-
iæ paganicæ *ejuratio*. Ubi obſervatu digna
: 1. Mos ſingularis, 2. Uſus ſilveſtrium ligno-
, & abuſus.

3. *Mos* fuit Paſtorum & amantium, ut &
lolatrarum, ſacris arboribus vel Nomina vel
na quædam incidere, & inſculpere, Deorum
hominum, quos colerent aut amarent. Ta-
inſcriptio eſt apud Theocritum, arboris cu-
dam Amori conſecratæ, & ideò inviolabilis
σέβον μ' Ἑλένας φυτόν εἰμι! *venerare me*,
lenæ ſum arbor! Hoc Virgilius Eclog. 10.
cat - *teneris incidere Amores Arboribus*;
n voto - *creſcent illæ*, *creſcetis amores*. Ita
;

Quando ponebam novellas arbores mali
& pyri,
Cortici ſummæ notavi NOMEN AR-
DORIS *mei*,

d Lipſium Elector. lib. 1. cap. 5. Sic in Sa-
arboribus votiva dicari & ſuſpendi ſolebant
naria, adſcripto Dei Deæve nomine, ut *in*
tis dicam ſuo loco. Ad hunc morem alluſum
o hic apud Eſaiam & alibi. Fideles incidunt
ores ſuos, q. teneris corticibus, ut & creſcant
in amore Dei, & amor in ipſis. Ita h. l.
Eſai.

Esa. 44. v. 5. *Iste dicet, Domini ego sum! & ille v*
cabitur nomine Jacob : & hic scribet manu su
DOMINO! & assimilabitur, signabitur, *n*
mine Israël. Multa hic Interpp. de sensu parab
lico, & proprio. Hieronymus ad morem T
ronum alludi putat, qui in militiam scripti, *pict*
in cute punctis signabantur, Vegetius. De qu
more *Volum. 1. S. Analect. lib. 1.* ubi multa
Stigmatibus Militum, servorum, Idololatraru
cap. 57. & seqq. Scribet in manu suâ, Dei sun
ut novo Tyrocinio servitutis, Christi se milite
glorietur, *ait Hieron.* Pia & elegans expositi
sed tamen, quia salicum mentio præcessit, alte
jam allata textui videtur congruentior, ut alleg
ria continuetur. Effuso Spiritu Sancto cresce
electi ut salices, aliæque arbores humida ama
tes, ad amnes: & ut in quibusdam signa aut n
mina solent incidi, ut indicetur Sacras esse & i
violabiles; ita illi nomine Dei, aut Israëlis, pr
fesso, cui se consecrârint palàm facient ἄσυλοι ja
& Sacrosancti. Sic ergò per fidei *publicam pr*
fessionem agnoscuntur fideles: eaque fit *ore & m*
nu, linguâ & calamo; imò etiam per imitatione
& assimilationem, *opere* ipso, vide Rom. 10. v. 9.
Luc. 1. v. 4. Philipp. 3. v. 1. Johann. 13. v.
1. Johann. 2. v. 6. 1. Pet. 2. v. 12. Quod ex Pr
copio affert Cornelius à Lap. *multos olim Christi*
nos in carne, candentibus notis, nomen Jesu a
signum crucis, sibi inuri curâsse, ex illius Seculi co
suetudine ortum habuit, quâ servis & militib
Dominorum aut Impp. stigmata inurebantur:
qu

od ex Sanchez habet, in verbo, quo vulgatus
tur. *assimilabitur*; hoc est, *similitudine aliquâ,*
effigie, aut charactere, Israëlis, id est, Christi,
signabitur, signo aliquo ostendet, se Christi legem
religionem sequi; v. gra. gestando ex collo cru-
, Agnum Dei, Rosarium medallium Christi,
Virginis, aut Sancti alicujus imagine insigni-
n, &c. quod postulabat Sponsus Cant. 8. Pone me
signaculum super cor tuum, ut signaculum su-
brachium tuum; *q. d. Tu, ò Sponsa mea,*
onsi tui imaginem gesta in medallio, ad cor, vel
armillas brachiorum appenso: hoc est Scriptu-
Sacris Rabbinorum more ludere, easque tra-
re, ad recentes superstitiones & paganas
κοζηλίας, contra manifestam, Sp. Sancti in-
ntionem. Nam quomodo se profitetur esse
omini, utique solius, & pertinere ad Israë-
n Dei, qui B. Virgini, aut alicui Sanctorum,
l. à Pontifice in Canonem relatorum, tali
naculo se devotum & dicatum protestatur?
cui veterum tales glossæ unquam in mentem
nerunt? Quid? quod Propheta diserte addit,
eles sic Soli Deo adhæsuros, ut omnem pa-
nam idololatriam, speciemque ejus quam-
nque, summo vitaturi sint studio? sequitur
im

9. *Usus* silvestrium lignorum *culinarius*, ad
nem in foco; *& abusus idololatricus* ad simulacra.
6. & seqq. à quo seriò dehortatur Propheta:
gumentis maximè duobus 1. à vanitate istius
ltûs; 2. à pietatis in Deum sinceritate, quæ
omnem

omnem iſtam $\mu\alpha\tau\alpha\iota o\sigma o\varphi \acute{\iota}\alpha\nu$ penitùs excludit. S
mo eſt contrà illius temporis idololatras, & arg
illos Propheta, qui Dei omnipotentis religione c
temptâ, ſimulacris ligneis inclinentur, & ador
opera manuum ſuarum. Fit enim lignea ſtatua
manam exprimens ſpeciem, & quantò pulchr
fuerit; tantò Deus putatur anguſtior: ponitur
fano, & æterno clauditur carcere, quæ longo te
pore crevit in ſaltibus, & pro varietate arboru
Cedrus & Ilex, & quercus vel pinus fuit, e
hæc & plura Hieronymus: qui tropologicè h
transfert ad *hæreſeon Principes, qui ſimula*
dogmatum ſuorum atque mendacii artifici co
componunt: & ita arte Dialecticâ, quaſi aſciâ
terebrâ, limâ & runcinâ formant Deum ſuu
& cudunt malleo atque inaurant ſermonis Rheto
ci venuſtate. Ita Cornel. à Lap. *operosè oſten*
Idololatriæ inanitatem, ex Idolorum vili fabric
materiâ, & opifice. Bene! ſed quod addit: *u*
patet omninò, putâſſe rudes hos Gentiles, Idol
verè Deum eſſe, aut certè aliquid Numini ei
eſſe. Secus ſentiunt & faciunt Chriſtiani, cum
nerantur imagines Chriſti & Sanctorum. Qu
perperàm hæc contra illas torquent Oecolampadi
& Pellicanus, aliique Novantes. Reſp. brevi
1. *Major* præmiſſarum, nec de omnibus ido
nec de omnibus idololatris, univerſaliter v
eſt. Eſto fuerint aliqui adeò rudes, ut aliq
ineſſe Numinis crediderint ſuis idolis, per Magi
Aſtrolatricam; tamen prudentiores, nihil al
eſſe, quàm inviſibilium Deorum viſibilia ſign

μνη

ημόσυνα, & crediderunt, & docuerunt, ut Ma-
nus Tyrius, Porphyrius &c. 2. *Minor* de Chri-
nis secundum dici, simulacrorum cultoribus,
llo modo vera est. Nam & illi *idem sentiunt*,
od rudes isti gentiles; alligatam esse Sanctorum
esentiam auxiliatricem simulacris ipsorum: un-
& fiduciam in his collocant, venerationemque
hibent, quæ Soli Deo debetur: *& idem* quod il-
faciunt venerando, ut ex solâ collatione cap. 6.
ruchi ad oculum patet, *vide de hoc argumento*
bröderi Apodix. 7. de cultu Imag. & Dallæum de
agin. lib. 1. cap. 2. &c. Non igitur perperàm,
optimo jure hic locus Esaiæ contra Pontificio-
n Imaginum cultum, quasi validissimum telum,
orquetur. Nam argumentum à vanitate idolo-
n Gentilium, quam deridendam proponit Pro-
eta, etiam contra eas valet imagines, quas vene-
tur Pontificii. Eadem vanitas artificis. Nam
er incertus scamnum faceretve, Deumve, Maluit
Deum; id est, Dei signum, pro Deo veneran-
m. Etenim

Qui fingit sacros auro, vel marmore, vultus;
Non facit ille Deos; qui rogat, ille facit.

dem fabricæ; nec alia materiæ, *vide Dn. Schrö-*
l. cit. p. 427. Pertinet ad hanc materiæ vanita-
n, quod eligerentur fabricandis idolis *ligna, quæ*
n facilè putrescerent, Esai. 40. v. 17. 20. Qualia
nt, quæ hic cap. 44. v. 14. memorantur, *Arazim*
dri; *thirzah, ilex* aut cupressus; *Allon Quercus*,
bur; *Oren, ornus*, vel pinus, de quibus deinceps:

G Erant

Erant enim ſua cuilibet Deaſtro propria: *nec ex quolibet ligno fiebat Mercurius*, ut habet parœmia dicam aliquid in Cap. de Lucis, *vide interim Alex ab Alex. l. 4. Genial. cap 12. & inprimis Stukium d Sacrificiis pag. 34. 37. & ſeqq.*

10. Varia hic ad elegantia *emblemata* invenien da materia: ſi quis *Spir. Sancti per Baptiſmum*, a Verbi Miniſterium *efficaciam* velit oſtendere pingat fontem è cavæ arboris trunco exſilientem qui in lacum collectus, & rivulo diffuſus in adja centem campum, ripas veſtiat multo gramine flo rulento, & ſalicibus: cætera omnia arida ſint, nudis circumdata collibus: Sol deſuper blandi irradiet. - *Hoc fœcundante vireſcat!* Vin' aute *Electum* pingere? pone arborem ad rivulum; è r mo pendeat in medio ſtipite tabella, nomen Tetr grammaton inſcriptum præferens, - *Summo ſu Sacra Tonanti!* Mavis fidelium *liberorum ad pieta cultum inſtitutionem* demonſtrare? pinge opili nem, qui tenero cortici arbuſculæ incidat iſta: Su Dei! - *Creſcet amor, dum creſcet & illa!* Sin lub *hæreticorum commenta* exhibere, pinge Statuariu ſed habitu Philoſophico indutum; qui malleo ſcalpro è trunco formet ſimulacrum. - *Sic cudu idola Sophiſta.* Vanitatem *idololatriæ* repræſen bit, qui fabrum lignarium, laceris veſtibus, aſci manu geſtantem pinxerit, ſtantem ponè trunc ſucciſum: hinc pendeat Lebes è ramo aliquo, ſu jecto igne; illinc ſtet in delubro ſimulacrum ſit lemma - *Maluit eſſe Deum!* confer

Jerem. 10. v. 3. Sap. 13. v. 11.

Lo

Locus alius ſimilis, Eſa. 55. v. 13. ut & cap. 60. v. 13.

11. Pro *hannaazuz* creſcet *Beroſch*, & pro *aſſirpad* creſcet *hadàs* : *& erit Domino in Nomen, in ſignum ſeculi, quod nunquam ſuccidetur*, au-retur. Parœmia eſt ænigmatica. Ut explicetur, *cortice* priùs ſpectanda ſunt 1. Stirpium nomina bſcura, 2. eorundem deſcripta permutatio, 3. Per-utationis cauſæ. *Stirpes* citantur quatuor, quas ter *de Beroſch & Hadas* id eſt, Abiete & Myrto, m dictum eſt aliquid, nec magna apud Interpp. pparet diſcrepantia: niſi quod pro abiete habent xx. *Cypariſſum*. Sed pro *Naazuz* & *Sirpad* po-unt LXX. στοιβὴν καὶ κονύζην : notatque Hiero-ymus, *Stœben* eſſe viliſſimum ſtipitem ; *Cony-am*, herbam viliſſimam, amaram, odorisque eſſimi. Vulgatus habet : *pro Saliunculâ & urticâ*. agninus ; *pro rubo ſpinoſo & urticâ*. Tremellius: *oco Virgulti & paliuri* : ubi in annot. de hac po-eriore voce ; *ſic placuit reddere ex etymo : nam mpoſita eſt ex duabus vocibus, quarum una ſpi-m, altera oppreſſionem & exitium ſignificat, quaſi cas ſpinam exitialem. Eſt enim* - ſpinis paliurus utis, *ut ait Virgil. Eclog.* 5. D. Lutherus : für ecken / und für Dornen. De his deinde diſtin-è. *De permutatione* ambiguum eſt ; an dicat ophєta, malas has & infames ſtirpes eſſe eradi-ndas, inque earum locum alias bonas plantan-s? an eas ipſas in aliam meliorem naturam trans-utandas? ut ex urticis, v. gra. fiant myrti?

Hoc posterius placnit Hieronymo, ut mox audie
mus: & majus est miraculum gratiæ Dei gloriosa
quod *ex improbis probos efficit*, ut habet Vatablu
Causa autem efficiens hujus mutationis dextera e
Excelsi, ut ex fine intelligitur. Hinc enim Domi
ni Nomen his jam arboribus inciditur, ut signu
sit perenne gratiæ ejus, quod exscindere aut abo
lere nefas sit. Quod ut meliùs intelligatur, du
observanda sunt. 1. Sæpè fit, ut soli solisque natu
râ & virtute, aut etiam culturâ hominum, plant
in aliam formam & speciem transeant: quâ de r
suprà lib. 1. cap. 8. Sed hic Dei miraculosa grati
celebratur. Sic inter prodigia recensetur *Platanu
in oleam mutata* Laodiceæ, adventu Xerxis: s
Ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem Mi
thridatis; & pro ostento fuit *laurus nata in Plata
no*, atque *ex eâdem orta Ilex & olea*, vide Pliniu
lib. 17. cap. 25. ac ibid. Dalechamp. 2. Qu
manu suâ feliciter consevit, ac excoluit Horti Do
minus arbores aut plantas, signo aliquo aut etia
inciso nomine notat, ne quis loco movere, aut e
scindere audeat. Quod hodiè quoque non infre
quens. Creberrimè fit in cucurbitis, quas ad justa
magnitudinem & maturitatem volumus cresce
Sic signatas Dei alicujus nomine aut charactere a
bores religionis causâ, jam diximus. Pertinet hu
quod Xerxes *Platanum* à se amatam *aureo mon*
donavit, & uni ex suis *Immortalibus*, Equites era
Regum custodes in Perside, vide Brisson. de Pers
l. 1. custodiendam mandavit. Romani Platan
mero infuso nutriebant, Plinius l. 12. cap. 1. H
rodot

dotus &c. Ita ergò Deus ait, se arbores à se con-
tas & transmutatas signaturum nomine suo, ut
oc gratiæ & amoris sui extet perpetuum monu-
entum, nullo delendum ævo: *Et vocabuntur Ar-
res justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum*,
sai. 61. v. 3. quibus nemo nocere debeat, Dei
gnaculo tutis, Apocal. 7. v. 3.

12. Hinc *ad medullam* hujus ænigmatis facilis
ansitus est. *Utcunque se habeat nominum proprie-
s*, ait Hieronymus, postquam versionum va-
etatem retulisset, *hoc dicendum est; quod mala
ertantur in bona & pro vitiis nascantur virtutes:
o iniquitate justitia, pro temeritate fortitudo; pro
xuriâ temperantia, pro stultitiâ prudentia. Mat-
æus & Zachæus & Publicani saliuncula erant,
irpes inutiles, & conyza amari saporis & odoris
terrimi; sed in Apostolos mutati facti sunt Capa-
ssus, ut abies & myrtus, odoris optimi, & in varia
era usus necessarii. Paulus urtica erat, habens
rsecutionis aculeos, factus est Christi bonus
lor*, &c. Quod addit: *unumquemque propriâ
luntate facere animæ suæ bonam vel malam ar-
rem, cujus fructus varii sunt:* etsi contra Ma-
chæos dixit, qui hominum malitiam aut boni-
tem ex gemino naturæ Creantis principio,
alo vel Bono, oriri autumabant; tamen ex
rigenis lacunis haustum est, undè & Pelagius
axit, ac nisi commodè exponatur errorem ha-
et à Catholicâ Ecclesiâ damnatum. *Naturæ non
oprietate*, quam ex creatione accepimus; *sed
avitate*, quæ lapsum Adami secuta est & in

omnes propagatur, *omnes mala arbores sumus*
itaque qui malos fructus pariunt, naturaliter
ex se pariunt, proprio mentis arbitrio: servi qui
dem peccati, sed non coacti: Nec his ulla ine
facultas, quâ possint fieri bonæ arbores; non ma
gis quàm urticæ ut fiat myrtus. Dei hoc miracu
lum est renovantis, & nova quædam *creatio* ist
μεταμόρφωσις: quæ tamen non fit *citra voluntat*
arbitrium, sed primò *in illo ipso*, ut mutetur qua
radicis ingenium pravum in melius, & ex servo fia
liberum; deinde etiam *per ipsum* jam renovatum
ut fructus pariat bonos, naturâ per gratiam resti
tutâ in primigeniam bonitatem. Hoc testatu
Dei signaculum appositum, gratia Sp. Sancti ob
signantis & testificantis, ne quis glorietur, Ephes.
v. 8. Foris autem apparet cùm per Professioner
fidei, tùm per crucis patientiam, Roman. 5. v.
usque ad 6. & cap. 8. v. 14. ac seqq. Gal. 6. v. 1
17. *His qui de malo commutati fuerint in bonum*
erit Dominus in nomen, & in signum æternum
ut ex ipsius nomine appellentur Christiani, & cru
cis ejus inurantur cauterio, puta Spirituali: Cru
cis, quâ crucifigunt carnem suam, & Mundo cru
cifiguntur. Nam etsi tunc, cùm ista Hierony
mus scriberet, non negaverim quosdam cruci
signo inusto fidem suam profiteri solitos i
Crucifixum; tamen neque hoc externum signun
brô *calcatu*, & indè ſtrepitu, quem Hebræ
דהרה *Daharáh* vocant, Judic. 5. v. 22. Null
enim inter ſilveſtres arbor fortè eſt, quæ ſæpiu
calcetur, fructu ejus à feris & hominibus expe
tito; neque gratior eſt umbraculo, *Arbor Da-*
nielis, de quâ deinceps, cap. 4. v. 9. deſcripta, *Fa-*
gus videatur non ſine causâ. Nec venuſtior imago
Boni Principis erit, quàm ſi Fagum pingas, ut ibi
proponitur, ac ferè apud Tragum in Herbario ha-
betur; ſub quâ Paſtores ſedeant, inter greges ſuos;
circumvolent turdi, qui fageas nuces amant; in
ramis

is ſedeant Sciuri & mures. Sic Bonus Princeps
& umbram præbet & eſcam!

ed commodè mihi in mentem venit, quod de
ulapio refert Nicander, in Theriacis,

Poſt dicta venena Draconem
Adſpice, quem patulâ fago Phœbeia proles
In gelido Peli nutrivit culmine, juxta
Læta Pelethroniæ quondam declivia vallis.

que ille fuit celebratus quondam - *Serpens Epi-*
rius, pro Deo Medico cultus, cujus imago in
ulapii nodoſo baculo inhærebat, de quo in
rrâ meâ Philolog. lib. 5. num. 4. Sic Draco
os fuit aurei velleris, & aureorum pomorum
Horto Heſperidum, Quæ fabulæ multis præ-
t emblematibus materiam. Mihi h. l. ſit Dra-
pervigil, & inſomnis acutum cernens, imago
dentis Principis, Fagum Reipubl. tutantis.
e & Minervæ ſacer fuit. Et competunt cæ-
quæ de eo Nicander habet. *Formoſa*, inquit,
aret ſpecies,

- *Magna ſub egregiâ ſcintillant lumina fronte.*

c graves morſu dolores infligit - *modicum te-*
s dat plaga cruorem. Pugnat cum Aquila &
tum ſæpè leporem

Extrahit ex rapidis, vi fraudeq́; fortior, uncis,

erprete Eurycio Cordo, vide Pier. Valerianum,
iatum, Natal. Comitem, &c. Nam immorari
n vacat.

Denique quia in Libano multa navibus extruen-
dis

dis materia fuit, ut dixi cap. 7. num. 5. Fagi quoq
ad eas usus fuit. Claudian. 3. de Raptu Proser

.. vecturus longinqua per æquora merces
Molitur tellure ratem. - fagos metitur & aln
Et varium rudibus silvis accommodat usum, &

Accedit quod Fagi species peregrina est, quæ dic
tur Theophrasto.

5. Oxya, Lydis *Mysi:* Gaza vertit, *Scissima*
quasi in laminas sectilem, est ea altitudine & cra
situdine *similis abieti*, folio crasso, bifido, longic
re quàm Pyro; fructus βαλανώδης, inclusus quoq
calyci; sed non hispido, ut Castaneæ, similis t
men huic dulcedine. Nascitur in montibus, M
teria candida ad multos expetita usus. In aqu
durat incorrupta, madefactaq; firmior redditu
Hæc fagus à Prophetâ Esai. ll. cit. cap. 41. & 6
merito suo jungitur *abieti*, ut cognata, quasi
abiete & fago. Atq; hæc quidem, pro versio
Domini Lutheri. Quò & pertinet, quod sup
in *Thidhar* dixi, cap. 4. num. 3. de *Fago* quâda
Sepium dictâ, quam quidam *carpinum*, alii *ox*
am Theophrasti esse volunt, aut ὀρειπτελέαν *ulmu*
montanam, amplitudine & celsitudine præstante
vide Matthiolum in Ulmo in Dioscorid. lib. 1. ca
95. Si eadem & Fagus & Ulmus dici possit. Ne
mirandum, si interpp. in nominibus non conspire
cùm neq; inter Historicos Dendrographos conv
niat, & inusitatis rebus non alia quàm usitata nom
na indi potuerint. Videamus tamen etiam

6. Ulmum, Græci πτελέαν vocant, & sic *Thi*
ha

vertunt Aquila & Symmachus Eſai. 41. v. 19.
os deinde alii ſecuti ſunt, Vulgatus ibid. in-
nis. Nota & frequens arbor eſt, Ulmenbaum/
ſtenbaum. Eſt autem - *genus haud unum*,
fortibus ulmis nec ſalici. Montana alia eſt,
or & procerior. *Atinia* fortè Latinis. Sed
lix arbor & damnata religione, ut quæ ſemine
at, adeoque nec ſeratur unquam, neque ferat
tum. Quin neque maritandis vitibus ſatis
nea, quibus nocet copiâ fruticum, & fron-
n. Grata tamen pecori. *Nam frondem jucun-*
em præbet bobus, ut ſi eâ aſſiduè pecus alueris,
dium aliarum frondium afferat, ut docet Co-
ella lib. 5, cap. 6. Ita *cœlibem* hominem aptè
gnabit: quem hæredipetæ & adulatores,
ivum pecus, arrodunt. Sic enim fieri ſolet, ut
i paſcant tales magis, quàm qui ſteriles ſunt
atanusq; cœlebs evincit ulmum, puta maritatam,
rat. od. 15. lib. 2. Gratior umbrâ, quamvis in-
x; quam hæc fructu ex conjugio vitis. Pertinet
Pliniana *Oſtrya*, quæ, ut videtur doctis, eadem
ya Theophraſti, de quâ num. præced. *ſolitaria*
a aquoſa ſaxa: quâ in Domum illatâ difficiles par-
fieri tradunt, morteſque miſeras, lib. 13. cap. 21.
eò huc quadret illud - *Non eſt bonum, hominem*
ſolum! vel illud - *Telluris inutile pondus.* Et
c Propheta noſter Eſaias cap. 60. v. 13. inter
riofas Libani arbores recenſuerit?

ied neque altera Campeſtris *ulmus* eò refe-
da videtur. Quia *locis aſperis & montoſis minus*
tur, ut ait Columella, *humectis gaudet*, Apulejus.
Ubi

*Ubi campus est, nulla potior arbor seritur aut fructi-
sior. Nam & sepem sustinet, ac colit aliquot corb.
uvularum, viti juncta, & frondem jucundissim.
ministrat ovibus ac bubus*, &c. Varro de Re R
lib. 1. cap. 15. Propter amicitiam cum vitibus c
jugii imaginem exhibet. Seritur *Samerâ*, sic
men ejus dicitur, & cum curâ fiunt *ulmaria*,
morum seminaria, ut apud Columell. l. cit.
mera puto vetus est Ethruscum vel Oscum nom
ex Hebræo fonte: nam *Schemuroth*, à custodie
dicuntur palpebræ, & *Michmaroth* custo
Studiosè enim semen ulmorum custodit natu
custodiendumque monet. Nam inter folia &
ipsis latitat, maturumque nisi colligatur, avo
vergleichet sich allerdings dem breiten Milte
men / für sich selbst anzusehen als ein Heller / u
flieget nach der Zeitigung davon / Tragus,
commun. Par cura & custodia debetur adolesc
tiæ, ut apta sit conjugio. Deindè optimè con
nit, quod habet Columella: *Si teneram ulmum n
ritaveris, novam vitem sufferet; si vetustam ap
caveris vitem, conjugem necabit: ita sibi pares
ætate & viribus, arbores vitesque convenit.* Si c
voles aptè nubere, *nube pari. Mirum inprimi
quod ulmo, tiliæq;, & oleæ, & populo albæ, & sa
evenit. Circumaguntur enim folia earum post sol
tium*, Plinius lib. 16. cap. 23. Quia æstivo cal
exsucto humido contracta crispantur, & subv
tuntur, Scaliger Exerc. 170. Sic Regulus avis
nuta, quando colurno veru ad ignem torret
ex unâ parte desiccata, alteram adhuc succiplen
obv

vertit. Ita faciant pii conjuges in æſtu Tentanum & crucis: ſponte Deo ſe offerant: confer omini præceptum, Luc. 6. v. 28. Juvencus:

Si tibi quis partem palmâ percuſſerit oris,
Mox aliam partem vultus præbere memento.

hoſti percutienti, quantò magis Deo & Patri? ſcuntur *in foliis ulmi folliculi* crebri, qui liquon lentum continent, inſtar gummi Solis calore ncreſcentem, & culices exiguos: Wann im ayen der Miltau die Blätter begeuſſt / rümpffen ſich zuſammen / und wachſen kleine Würmelein s ſolcher Feuchtigkeit / die mit der Zeit davon flie n / wie die kleine Schnäcklein / Tragus. Sed *hur ille in folliculis enaſcens primâ germinatione, cuti tus nitorem inducit faciemque reddit venuſtiorem: ſiccetur, in talia abit animalcula,* Dioſcorid. lib. 1. p. 95.

Folliculis Ulmi contento deindè liquore
Vulnera ſanantur, puerorumq́; enterocelæ,

aſtor Durant. in Herbario Ital. Pulchrè: nam & er conjuges ſæpè q. tubercula erumpunt, humonque creant oculis. Sed *Amantium iræ amoris egratio eſt.* Caveant modò, ne culices creentur. *ntem averte mali,* ut eleganter Gratius de Venat. amque, ait,

Morborum in vitio facilis medicina recenti.

enique ut Ovidius 2. Amor. Eleg. 16.

Ulmus amat vites: vitis non deſerit ulmum;
Separer à Dominâ cur ego ſæpè meâ?

Habet de hac amicitiâ elegans Emblema Alci
159. *Amicitia etiam post mortem durans*, ex Gr
Antipatri epigrammate ; ubi Claud. Minos.
fiet, quod promisit David, Psalm. 128. v. 3.

Non sic appositis vincitur vitibus ulmus,
Ut tua sunt collo brachia nexa meo,

Oenone ad Paridem: vide Catull. in Epithalan
Ita quamvis adversitas aliqua sternat, eriget div
benedictio: ut *in Junonis Luco Nuceriæ, ulmus*
lapsa ac decacuminata, *sponte restituta est, ut pr*
nius floreret, bono omine, Plin. lib. 16. cap. 32.
multa *de Ulmo.*

7. Quod si *Thidhar* nulla harum est, quæn
ergò tandem? an fortè *Populus* illa, quam
centiores *Tremulam* vocant, Veteres *Libyca*
nostri Aspen / undè Proverbium vernaculum:
zittert wie Aspenlaub / Tremit ut populus
silvis. Nam quia folia tenui longoque pedici
pendent, indè fit, ut nunquam non trema
etiamsi vel nulla aurula agitet. A quo tremore
strepitu arbor Belgis vocatur Ratteler / vom rass
und prasseln. Quod ipsum Hebræorum nom
significat. Sed *de Populo* mox. Itaque ampliandu
censeo. Interim pro *Thidhar* Lxx. in Esai. cap. 6
v. 13. habent πεύκην ; ibidem Aquila & The
dotion, Græca ex Hebræis finxerunt, θαδὰ
καὶ θαασοὺρ : pro quibus Vulgatus posuit, *buxu*
& pinum ; Pagninus contrâ, *pinum & buxu*
De utrâq. cap. sequenti dicam plura. Nunc *Tr*
mulam malæ conscientiæ imaginem præferr
obit

biter annoto, ut Esai. cap. 7. v. 2. de quo aliâs.

Frigida Populeas sic quatit aura comas!

Non Stant male conscia corda! Nulla quies animo!

mpiis non est Pax. Esai. 57. v. 20. 21. ubi *mari* omparantur, quod semper in motu est. Possis onjungere, & ad litus maris æstuantis pingere unc Populum. Quò pertinet, quod & *Nigra* est ec semper tremens, & *materiâ levi*; undè ad ido- fabricanda eâ statuarii utuntur, & nomen accepit eilig Holtz / *Lignum Sanctum*, notante Trago. c sunt Idololatræ:

Vel motam Lunâ trepidant ad arundinis umbram.

uperstitiosi homines semper sunt anxii, ut Theo-hrastus venustè depingit *in charecter*. Scitè Varro pud Augustinum: *Deum à religioso vereri; à Su-erstitioso timeri. - Hic niger est, hunc Tu, Christja-e, caveto!* Marinus Thidhar laurum interpreta-ur, de quâ suo loco.

CAPUT IX.

De Thaassur, Buxo.

HÆc cum *Thidhar*, modò dictâ, iisdem locis legitur, Esai. 41. & 60. ut docui cap. 4. um. 3. 4. & deinceps. Nomen à radice אשר *Aschar* habet, quæ significat in *Kal* incessit, in *Pihel* ncedere fecit, & quia beatitudo omnes ad se ducit ·& trahit, beavit; unde *Assur* gressus, & *Ascherà* Lucus, ad Deorum cultum ducens, in quo beati-udo, vanâ persuasione. Hinc etiam *Assur* Semi &

Asser Jacobi, filii. Quare vi nominis *Thaassur arbor est felix*, beata, in lucis fortè plantata, Diis consecrata, quæ omnes ad se allicit, inque sui admirationem trahit.

2. Ac Romani quidem antiquâ superstitione, nec domi natâ, sed, ut videtur, ex Oriente ad se translatâ, alias dixêre *arbores Felices*, ut inter castus & Cerimonias, Flamini Diali impositas, fuit; *Unguium ejus & Capilli segmina subter arborem felicem terrâ esse operienda*, AGell. lib. 10. cap. 15. Sic *Flaminica in rica surculum de arbore felici gestabat*, ibid. alias *infelices*, de quibus nota sunt illa diri Carminis verba: *J. Lictor, Caput obnubito, arbore infelici suspendito*, apud Ciceron. pro Rabirio. Habebantur autem *infelices, damnataque religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt*; quales sunt *tamarix scopis tantùm nascens, Ulmus Atinia, Alaternus* &c. Plinius l. 16. cap. 26. Tùm *quæ in tutela Deorum inferûm, quæque baccam nigram, nigrosque fructus ferunt*: rubus item sentesque, *quibus prodigia, malaque portenta comburi oportebat*, Macrob. 4. Saturn. extremo. Quædam etiam propter fabulas. Sic *hedera Cilicia, Smilax dicta, infausta omnibus Sacris & coronis: quoniam sit lugubris, Virgine ejus nominis, propter amorem juvenis Croci, mutatâ in hunc fruticem*, Plin. l. c. cap. 35. Sic Hebræis *Planta* alia *abominabilis*, alia *amœnitatum*, ut suprà cap. 2. num. 8. Sed *Thaassur*, quæcunque est, singulari ratione, eulogium felicis arboris meruerit necesse est.

3. Buxus

3. Buxus *an hoc sibi possit asserere*, videamus. Nomen è Græciâ habet. Dicitur enim πύξος, διὰ τὸ πυκνὸν τοῦ ξύλου, Eustathio autore. Indè Medicorum *Pyxides*, & vascula operculata è buxo facta, nostris Büchsen / & arbor ipsa Buchsbaum. Describit Plinius lib. 16. cap. 16. 1. *Tria ejus esse genera*; *Gallicum, quod in metas emittitur, amplitudinemque proceriorem*: alterum vocat *Oleastrum*, de quo Dalechampius ibid. *in omni usu damnatum, gravem profert odorem*: Tertium genus *nostrate vocant, silvestre, ut credo, mitigatum satu, diffusius & densitate parietum, virens semper ac tonsile*. 2. *Locus*; nascitur libenter in montibus: *Pyrenæis ac Cytoriis plurima, & Berecynthio tractu*; *Crassissima in Corsicâ flore apibus non spernendo, quæ causa amaritudinis mellis*. Theophrastus ait gaudere locis asperis & algentibus; In *Olympo* gracilem & brevem: maximam pulcherrimamque in *Cyreneâ*; ideò mel ibi insuave esse, & buxum olere: *In Mediâ & hortis Babyloniis* non hospitari, & ægrè recipi. De *Cythoro* Paphlagoniæ monte Virgilius, 2. Georg. v. 437.

Et juvat undantem buxo spectare Cytorum.

Hinc Proverbium, πύξον εἰς Κύτωρον *buxum in Cytorum*; ut, *Noctuas Athenas*, apud Eustath. Idem Poëta Buxum Berecynthiam dixit. 3. Fert *baccas*, myrto non absimiles, in quibus *semen, cunctis animalibus invisum*. Neque adeò hactenus quicquam est, in laudem Buxi, ut tàm glorioso nomine dignanda fuerit. Quin neque illud constat, *an in*

 Liba-

Libano nasci consueverit? Potuisse tamen, no[n] negandum videtur, inter nives Libani, in aprici[s] & frigidis, quæ amat, ut habet Plinius l. cit. nar[n] frigus bene fert, nec læditur. Neque illud singu[-] lare habet, quod *folia ei non decidunt:* nam cu[m] pluribus commune est, ut Plin. 16. cap. 21. *E[t] quorundam locorum tanta vis est, ut circa Memphi[n] Ægypti, & in Elephantine Thebaidis nulli arbo[ri] decidant, ne vitibus quidem*, ibid. & in Palæstin[a] ac Syriâ, in Libano & Amano montibus, null[æ] frequentiores, quàm perpetuò virentes, arbore[s] sunt, ut observavit Bellonius. Quod quidam re[-] centiores *Lignum Guajacum* à Buxo nihil differr[e,] magnæ efficaciæ contra Luem Veneream, qua[m] Gallicanam dicunt, autumant, refutavit Ma[t-] thiolus: neque in Medicinâ, Buxi aliqua observat[a] est utilitas, nisi quod capilli, lixivio, in quo de[-] cocta ejus folia, sæpè eloti, ruffescant. Quid erg[o] causæ est, cur felix, ac beata dici debuerit, tà[m] infelix, & damnata?

4. Ergò *ad materiem* tandem recurrendu[m] est. *Ea buxo honorata*, ut ait Plinius, *raro crispans nec nisi in radice, duritie ac pallore commendabili[s]. In igne quoque duritia quæ ferro, nec flammâ nec car[-] bone utili.* Eadem *spississima & gravissima, ut i[n] aquis non fluitet*, sed subsidat: propter duritia[m] Vermibus non arroditur, & propter amaritudi[-] nem, undè Ennius dixit - *amaro corpore buxum*. Hæc ferè illi & *Ebeno* propria, Plinius l. 16. cap. 40. *Usus* hinc varius. Nam ut ipsa Buxus *in topia[-] rio opere commendatur*, Viridaria & pulvillos plu[-] rimi

rimis formis ambiens, vel ut Plinius Junior ait, *in mille formas descripta, literis interdùm quæ modò Domini nomen dicunt, modò artificis*, vide Atrium Latin. num. 436. Sic, ut vocat Virgilius - *torno rasile buxum*, Georg. 2. v. 449. ad multa opera utile est, & ob maculas varias, multiplicesque & flexuosos linearum discursus, expetitum. Indè hodiè *cochlearia*, & *cultellorum manubria* fiunt, ut Dalechampius notavit, sed & *pectines*, ut olim, de quibus Martialis, - *Multifido buxus quæ sibi dente datur*. Et *Caput intactum buxo*, Juvenali impexum est. Ebur in laminas sectum buxeis includebatur segminibus, undè Virgilius l. 10. v. 136. - *Quale per artem Inclusum buxo - Lucet ebur*. Indè factus quoque *turbo*,

> *Quem pueri, magno in gyro, vacua atria circum,*
> *Intenti ludo exercent - Volubile buxum,*

Idem lib. 7. v. 382. - undè Persius - *buxum torquere flagello*. Verùm hæc omnia nihil ad Rhombum.

5. Puto tamen invenisse me, *cur Buxus* dici potuerit lignum felix, *ad beatitudinem ducens*, Djs Sacra, & chara? *Causa altera* ex superstitione est: nam non tantùm simulacra Deorum è Buxo elaborata, propter materiæ dignitatem, ut Porta retulit è Theophrasto; quale fuit *Apollinis buxeum capite inaurato*, quod commemorat Pausanias in Eliacis poster. lib. 6. verùm etiam *Tibia Sacra*; ut in Sacris Deûm Matris - *ite per alta*

Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum:
Tympana vos, buxusq; vocat Berecynthia, Matris
Idææ: sinite arma viris, & cedite ferro!

Virgil. 9. v. 620. Ita Ceres ad Matrem, Claudian. 3. de Raptu:

Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt:
Tympana si quatiam, luctum mihi tympana reddunt.

Sic de Junone ejusque sacris Seneca in Agamemnone:

Tibi multiforâ tibia buxo Solenne canit.

Et de Orgiis Bacchæis Papinius 2. Achilleid. v. 153. *Thyasis Ismenia buxus Signa dedit.* Quo pertinet, quod idem de Bacchi turba canit lib. 7. Thebaid. v. 170. quod *imbellis* tantùm *norit*

Nectere fronde comas, & ad inspirata rotari Buxa.

Atque hinc jam manifestè apparet, *cur Buxus Thaassur dicta fuerit?* non quod felix aut beata arbor sit; sed quod in Sacris Idololatricis *concitaret* animos Sacro quodam furore, & ad certas leges modosque *faceret incedere, ad lucos* & illam speratam ex Commercio cum Diis beatitudinem. - *Quater æra Rheæ*, id est, cymbola, *quater Evia pulsant Terga*, id est, Tympana, *manu, variosque quater legêre recursus*,

Tunc

Tunc Thyrsos pariterq; levant, pariterq; reponunt,
Multiplicantq; gradum, modò quo Curetes in actu
Quoq; pii Samothraces eunt, nunc obvia versæ, &c.

atius Achilleid. l. cit. Hoc propriè est *Asser, contare ad gradum*, & Arabibus indè *Exultare.* c Lucretius lib. 2.

Et Phrygio stimulat numero cava tibia menteis.

Turrita turba Parenti, Rheæ sivè Cybelæ, eorum Matri,

Pectora rauco concita buxo
Ferit, ut Phrygium lugeat Attyn.

neca in Agamemn. v. 680. Fuit hic Tibiarum is non ignotus in Populo Dei; nam vicini Phœces *in Adoniis* quoque usi; *Gingras* vocabant & ium *Adonin Gingrem*; utrumque hoc nomen *minum* significat, de quo Bochartus in Cana- lib. 2. cap. 7. *vide quæ dixi in S. Analect. de biarum usu sacro Volum. 1. lib. 1. cap. 7.*

5. Hæc mihi indubia videtur originatio nonis *Thaassur*, ut jam rectè putem antiquissimos erpp. *Buxum* vertisse, quos D. Lutherus oque secutus est. Tremellins *opacam arborem* et, *quod nomen cognatum Ascherah lucum ificet.* Buxus, quamvis non sit opaca Arbor,

ut Lucis umbram poſſet inducere, cùm humilior videatur; tamen *à Luco* aliâ ratione nomen habere potuit. Inter alia Topiarii è Buxis varias ſolebant beſtiarum formas effingere, ad ornatum hortorum, & fortè Lucorum, ut ingredientibus injicerent religionem & ſacrum horrorem. Autor Firmicus lib. 8. Aſtronomic. cap. 10. *Qui hoc Oriente ſidere natus fuerit*, de Cratere loquitur, *erit vinearum & amator & cultor, & qui infœcundis arboribus fœcundos inferat ſurculos, & qui buxeas arbores tondens in belluas fingat.* Potuit etiam buxus in Lucis, inter proceras arbores, aliis de cauſis educari. Sed mitto: nec *altera cauſa* ſatisfacit, ideò fortè *Buxum* dictam arborem *beatam*, quod ex eâ *tabellæ* fierent, quibus cerâ inductis, divina ac humana ſcriberentur. Sic Propertius *de Tabulis perditis* lib. 3. Eleg. 22.

> *Non illas fixum charas effecerat aurum,*
> *Vulgari buxo ſordida cera fuit.*

Inde πυξίον Tabula Scriptoria, δίπτυχος, σανίδιον δίθυρον. Sic Vulgatus Interpres Eſai. 30. v. 8. *Scribe ſuper buxum, & in libello diligenter exara.* LXX. ἐπὶ πυξίου, ut Habac. 2. v. 2. εἰς πυξίον. *Buxa cerata* vocat Prudentius in Paſſion. Caſſiani Martyr.

7. Dixi quæ pro Buxo in mentem venerunt. Quod de *Pyxacanthâ* ſuprà dubius, ante liquidam veritatem, poſui, neque enim, ubi quæritur, quod latet, aliter fieri poteſt, in medio relinquo. Dicam de eâ tamen inter *Atadim*, in ſpinoſis, ſuo loco

Ex iis quæ hactenùs dixi, obſcura illa *Eſaiæ cap. 41. & 60. ll. cit.* ænigmata videntur lucem accipere. Nam cur priore loco, promittit Deus ſe, effuſo Spiritu Sancto per Verbi miniſterium, in ſolitudine ſuſcitaturum *ſeptem arborum* ſpecioſarum *genera*? Reſpondi jam ex Hieronymo cap. 4. num. 6. Quia Eccleſiam Novi Teſtamenti omnibus *Spiritus ſui chariſmatibus* erat donaturus. Ea autem numerantur ſeptem: *Spiritus Sapientiæ & intellectus, Conſilii & fortitudinis, ſcientiæ & pietatis, & Timoris Domini*, ſic Irenæus lib. 3. cap. 10. & 19. & Hieronymus in cap. 11. Eſaiæ, & alii, quos ex noſtris ſequitur D. Cluverus in Apocalypſ. cap. 1. probatque pluribus. Singulis ſua conveniunt hieroglyphica Prophetica: *Sapientiæ* Erez, Cedrus; *intelligentiæ* Sitta, Spina alba; *Conſilio* Myrtus Hadàs; *Virtuti aut Fortitudini* Ez Schemen arbor pinguis: *Tum Scientiæ propter altitudinem & utilitatem* Beròſch Abies; *Timori Domini*, Thidhar ſtrepitu terrens, ſivè Pinus, ſivè Fagus: *& Pietati, quæ mentem concitat, greſſusque dirigit*, Thaaſſur Buxus. Ita *Gloria Libani* ſunt *Abietes* Doctores, ut ajunt, in choro, ſcientiâ eminentes; *& Fagi*, Principes Deúm Timentes, in foro; & *pii conjuges*, quaſi buxi, liberos ſuos ad pietatem, tibiis veluti multiforatilibus, excitantes. Paulò aliter Gregorius M. loco cit. cap. 4. verùm hæc aliis meditanda relinquo.

8. Vin' & alia emblemata? 1. *Pugillares buxei* ſignificant *S. Scripturam*, ex Eſai. 30. v. 8. *Eſt enim*

enim buxus lignum imputribile, in his Deus nobis per Prophetas *diligenter consilia sua edisserit, ita ut nulla sit difficultas lectionis: ut quandò vaticinium fuerit rebus expletum, intelligamus verum esse Prophetarum sermonem*, Hieronym. ibid. Hinc prima fidei elementa discamus, ut pueri, Pollux lib. 4. cap. 2. Hebr. 5. v. 12. *Buxus elementorum apicibus utilis exprimendis, levi materiâ, usum manus puerilis informat. Undè ait Scriptura: Scribe in buxo. Simul ut te ipsa admoneat materia, quæ semper viret, nec unquam foliis exuitur suis, ne unquàm spei tuæ dissimulatione nuderis; sed semper tibi per fidem spes germinet salutis.* Ambrosius 3. Hexaëm. cap. 13. In His Tabellis amantium desideria & querelæ scribebantur.

Irascor, quoniam es, lente, moratus heri:
An tibi, nescio quæ, visa est formosior?

Propertius l. 3. Eleg. 22. Martial. in Apophor. epigramm. 6. Quid in S. Literis aliud nobis à Deo? Et non doleat si quis perdiderit?

Scripta quibus pariter tot periêre bona?

Sunt etiam δίπτυχα, legem complectentes & Evangelium; ac δίθυρα ad felicitatem temporalem & æternam. Pertinent huc duæ Tabulæ Legis, τὰ πυξία τὰ λίθινα, ut vocant LXX. Exod. 24. v. 12. Quasi dicerent; Deum præcepta sua *in Buxo lapideâ* descripsisse, duratura in æternum. Ea *cordibus* suorum, *velut buxo*, se inscripturum promisit Deus, Jerem. 31. 2. Corinth. 3. *Quod utique*

cotidiè

cotidiè facit, dùm cordibus vocatorum ſuam inſerit voluntatem, & ſtilo Spiritus Sancti ſcribit, quicquid in animæ paginis Diabolus invidendo falſavit, Proſper de Vocat. Gent. lib. 1. cap. 8. Hæ ſint Noſtræ *Ephemerides*, in quibus, ut dicam cum Propertio, quisque ſuas - *rationes ſcribit avarus*. 2. *Turbo buxeus* flagello pueri agitatus, denotat hominem impium, ſcelerum ſuorum luentem meritas pœnas, ut dixi ex Eſai. cap. 22. v. 17. Volum. 2. S. Analector. lib. 6. cap. 11. *Exercent ſcelerum pœnæ.* 3. Satyrus inflans *tibiam multiforam*, Saltantesque in orbem Bacchæ, exprimunt, quod ferè dixit ſcitè Gregorius Nyſſenus de Reſurr. Chriſti Orat. 3. *Ubi Timor Domini non continet homines in officio, ibi cum peccato Diabolus χορέυει.* Fiſtula dulce canit! *Væ tibi ſaltanti!* nam mox poſt gaudia flebis. 4. *Buxi, myrti, Rhododaphnæ, meretrices ſignificant, & vanum laborem*, Artemidorus lib. 2. Onirocrit. cap. 25. *Apes* huc advolantes conficiunt - *non mel ſed fel*: Aut ſi mavis *fel melleum, mel felleum.* Sic, ut anonymus Fabulator, quem Accium vocant, dona lividorum ſunt hominum, quos buxus duritiâ & pallore notat:

Quæ dedit infidus mella, venena puto.

5. *Rododaphnen Lauream roſam* dixit Apuleius: nam foliis Lauro, flore roſæ ſimilis eſt: *jumentis, capris, ovibus venenum eſt; homini contra ſerpentium venena remedio*, Plinius l. 16. cap. 20. Sic Verbum Dei, ut ait Apoſtolus 2. Cor. 2. *Odor vitæ & mortis.*

6. *Buxus*

6. *Buxus* perditè amantes notát apud Alciatum:

Pallor inest illi, pallet & omnis amans,


Vide ibid. Claud. Minoëm. - *Facit hunc amor ipse colorem.*

CAPUT X.

De Libne, Populo Albâ, & Styrace Tiliâ.

1. HÆc quoque bis tantùm Legitur, 1. Genes. 30. inter eas, quarum *Virgas decorticavit Jacob*; 2. Oseæ 4. inter eas, *sub quibus nefaria sua sacra peregerunt Idololatræ.* Nomen *ab albedine* habet indubium. Nam *Laban album* significat: undè *Lebana Luna albesens, Libanus* nivibus tectus, *Lebona Thus*, & hæc arbor *Libne* λεύκη, *Populus alba*, vel ut LXX. Genes. 30. *Styrax*, & Æthiopes hanc *Libne* vocant, ut videtur D. Hottingero, eodemque vocabulo *Stacten*, de qua tamen in Aromatibus. De utrâque pauca, de hac tamen prius.

2. Styrax, ut describunt Dioscorides lib. 1 cap. 68. & Plinius lib. 12. cap. 17. & 25. *Arbor est cotoneæ malo similis*, proceritate & formâ, foliis tamen minoribus, & adversâ parte albicantibus ut addit Matthiolus: Flos illi albus, aurantiæ mal non dissimilis: Baccæ è longis pediculis, tenu lanugine obductæ, nucis ferè Ponticæ magnitudine, in quibus officula semen continent. *Ean proxi*



STYRAX.

proxima Judææ Syria, ſupra Phœnicen, gignit, circa Gabala, & Marathunta, & Caſium Seleuciæ montem. Laudatur etiam è Piſidiâ, Sidone, Cypro, Ciliciâ advecta Lacryma, *& ex Amano monte Syriæ Medicis, ſed unguentariis magis.* Ea eſt gummi è ſtyrace manans, Officinarum *Storax:* aliud *ſiccum*, cortex fructus, poſtquam expreſſum eſt oleum: hoc oleum ex nucleis, *liquidum* dicitur, & ſtacte à quibusdam, quæ propriè Myrrhæ eſt: aliud denique quod *Styrax calamites*; quia nobilis lacryma, ne odoris perdat fragrantiam, calamis incluſa, transvecta à Myropolis. *Scoleciten* denique dicebant factitiam, & adulterinam, quod adipe aut cerâ mixta, perque cribri foramina expreſſa, in aquam frigidam, in vermiculorum ſpeciem contrahatur, q. d. *vermiculatam.* Vera igitur *Styracis Lacryma*, ut ait Plinius, *Colore ruffo, pinguiter lenta*, & quæ alia ad Medicos ſpectant. Illud memorabile, & noſtri fori, quod Idem refert: *apud Arabes non alia ligni genera in uſu ſunt, quàm odorata: cibos Sabæi coquunt thuris ligno, alii myrrhæ: oppidorum vicorumq́; non alius, quàm ex aris, fumus & nidor: Ad hunc ergò ſanandum, abigendumque ſuorum faſtidium, urunt ſtyracem in pellibus hircinis, ſuffiuntque tecta. Adeò nulla eſt voluptas, quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat: Eundem* Styracem *urunt ad fugandas ſerpentes, quæ in odoriferis Silvis frequentiſſimæ.* Pingitur Styrax apud Matthiolum: incenſa in pelle hircinâ, denotat faſtidium doctrinæ cœleſtis: cui Hircoſi alicujus ſenis Philoſophi fœtor, unguento Rhe-

to Rhetorico aut Poëtico temperatus, præfertur
Ita Pindarus Davidi, Paulo Ariſtoteles, ut i
Theologiâ Scholaſticâ: Sic caſtæ conjugi ſæp
meretrix fœtida, hircum olens, unguentata. Si
Indi aromatum ſaturi, fœtida malunt odorari, di
xi in Acerrâ Philolog. lib. 3. num. 134. - *ani
mum præſentibus exple Deliciis.* De Serpentibu
inter odoriferas arbores, dici poteſt illud tritum
Latet anguis in herbâ! ſic Scytale Paradiſiaca
miraculo ſui cepit ſtupentem Evam, de quâ So
linus cap. 40. & eſt *ſerpens* notiſſimum *voluptati*
hieroglyphicum, ventre repens, dente mordens
veneno interimens, vide Philon. de Mundi Opi
Remedium, thymiama ex Hirci Piacularis incenſo
qui in Crucis Styrace Deo ſe obtulit, in odorem
ſuavitatis. *Non poteſt regnare peccatum, ubi mor
Chriſti animo circumfertur*, Origenes.

3. Nam *Virgam Aaronis*, quæ amygdola pro
tulit, Chriſtique crucem præfiguravit, *Styrac
nam* fuiſſe quoque veteres crediderunt.

Huc Aaron eſt Virga, crucis quæ germina profert,
Ipſa diſſimilis, Styracis tamen arbore nata
& mox;
Et Virga Styracis fructus nucis attulit: ipſa
Virginis hæc ſpecies, genuit quæ ſanguine corpus:
Conjuncta in ligno ſedabit mortis amarum,
Interius dulcem; fructum - Tertull. 4. ad
Marcion.

*Per Styracem ſignificatur incenſum & ſacrificiu
veſpertinum, quod Deo Patri defertur*, Ambroſi
de Jacob. l. 2. cap. 4.

Ar

Arabibus hæc arbor dicitur *Astarach*, fortè ab Hebræo *Ez* & *Ruach*, q. d. *Lignum odoratum ad respirationem*, quo fine ex Syriâ advehebant Arabes, ut dictum. Hispani retinent nomen, *Estoraque*: hinc Græcum στύραξ, de quo Hesychius. Arabes apud Serapionem, *Stacten*, sive gummi spontaneè stillatitium hujus, disertè vocant *Lubne*, & *ambram*. Itaque *Liquidambar*, ex Occidentali Indiâ, refertur ad Styracem à Bauhino ad Matthiol. l. cit. Neque pluribus hic opus est. Nunc invitat ad se

4. Populus; Ejus *tria* sunt *genera*, *Alba*, *Nigra*, & quæ *Libyca* appellatur minima folio, ac nigerrima, quam supra *Tremulam* dici notavimus. Prior & posterior steriles: media fert uvam, baccas scilicet racematim, plenas albâ lanugine, &c. De *Albâ* hic sermo, quæ Græcis λεύκη, ut *Nigra* αἴγειρος: nostris illa Papelbaum/ Bölenbaum; hæc Aspenbaum. Differt Alba à Nigrâ maximè folio, quod *bicolor*, *infernè candicans*, *& parte superiori viride*, ut apud Plinium legendum, 16. cap. 23. Hinc illi nomen. Neque à *multitudine* Populus, ut primâ brevi, ein Volck/ quasi geminatâ priori syllabâ ποπολύς, *Becmanno in Origin.* Sed, si conjecturæ locus, à בלל *Balal*, confundendo, quomodo *Babel* antiquissima & celeberrima urbs Babylon, quasi *Balbel*, Gregorius Gregorii Lexic. Sanct. num. 8. Populus enim, semper tremula, folia inter se miscet & confundit. Sic *farfarus* videtur dicta *populus*, vocabulo

L fortè

fortè Punico, ex Hebræo בר *Bar*, quod gem
natum pro more, est *barbar*, aut *farfar:* quo
purissimum, nitidissimum, significat, ut 1. Reg
4. v. 23. *Folia farferi, nugæ meræ*, Proverb. Plautu
in Pœnulo, Apulejus &c. *vide Remb. Dodonæu*
in Chamæleuce, & in Populo. Sic etiam Nig
populus ἄιγειρος nomen habere videtur à scin
dendo, *Garaz*, undè mons *Grisim*, Deut. 11.
29. nobilis Templo *Jovis Olympii, cui Populus S*
cra: Neque ex aliâ arbore, quam ex Populo alba
ad Sacra Olympica, ligna cædebantur, patrio ap
Eleos ritu. Credo honorem huic arbori ideò hab
tum, quod eam Hercules primus è Thesprotide
Græciam attulit: neque ille, cùm Jovi Olymp
Sacra faceret, ex aliis lignis victimarum femo
cremavit, ut ait Pausanias in Eliac. Prior. l.
Ergò *Grisim* mons est *ἀιγείρων populorum:* & Te
tia Populus Lybica, κερκὶς, non aliundè origine
repetit, quàm undè *Carcaa*, Josuæ 15. v. 3. qu
vox *pavimentum*, aut *solum* significat; fortè com
posita ex *Karà* & *Raka*, *scindendo & extendend*
Is enim materiei harum arborum præcipuus e
usus, ut secentur in *asseres & laminas*, *quarur*
operimento alia materies vestiatur, ut notat Por
Neapolit.

5. *An vero Alba Populus sit Libne?* non h
beo dicere; dubitandi rationem habeo. Na
Libne ab Hoseâ cap. 4. v. 13. inter *montanas* r
censetur, quæ *bonam præbent umbram.* At Po
pulus aquas desiderat: Virgil.

Popu

Populus in fluviis, abies in montibus altis: &
Ovid.

Quàm Platanus rivo, quàm gaudet populus undâ.

Deindè *umbra Populo nulla, ludentibus foliis*, ut ait Plinius lib. 17. cap. 12. *Folia* enim *pediculo* pendent *tremulo*, *solisque populis sunt inter se crepitantia*, perpetuo agitata motu, Idem. 16. cap. 24. Quo argumento nomen *Thidhar* Populo magis aptum, ut dixi cap. 8. num. 7. Sed à communi tamen sententiâ ægrè discedo. *Amat etiam montes* Populus, ut docet Plinius: umbramque facit, non quidem opacam, gratiorem tamen agitatione foliorum. Virgilius Eclog. 9. v. 41. - *hic candida Populus antro*

Imminet, & lentæ texunt umbracula vites.

& 4. Georg. v. 511. - *Populeâ mœrens Philomela sub umbrâ Amissos queritur fœtus.* Adde, quod Sacra facientibus, & epulantibus, vix alia commodior arbor fuerit. Solebant enim ferè Populo coronari. Primus cùm ad Inferos descendisset Hercules *canâ revinctus populo horrentem comam*, ut ait Seneca; indè bicolor folium. Nam quâ parte sudore Herculeo immaduit, album, superiore verò, fuligine & fumo Acherontis, obscurum evasit. Indè Populus - *Herculeæ arbos umbrosa coronæ*, Virgil. 2. Georg. & Ovidio.

Aptior Herculeæ populus alba comæ.

Ita in Sacro Herculis apud Virgil. 8. Æneid. v. 285.

- *Salii ad cantus, incensa altaria circum,*
Populeis adsunt evincti tempora ramis.

Hæ antiquissimæ coronæ fuerunt, è populo, hederâ, apio, oleastro.

6. Hinc *Hieroglyphica & Emblemata* varia. 1. Tempus significat: *Alba populus dicta, quia folia ejus unâ parte sunt alba, alterâ viridia. Hæc igitur bicolor, habens quasi noctis & diei notas: quæ tempora ortu Solis occasuque constant*, Isidorus Etymolog. l. 17. cap. 7. Adde quod in perpetuo motu est, nec unquam quiescunt folia, etiam cùm silet aura: quodque folia ejus in Solstitio se convertunt, cum Sole, & circumaguntur, ut & Ulmi, Plinius 16. cap. 23. suprà cap. 8. num. 6. Quâ de causâ *Herculi sacrata*; idem enim juxta Orphicam Theologiam *Hercules & Cronus*, ut ex Athenagorâ docui Volum. 2. S. Analect. lib. 5. cap. 2. *Idem Sol*, Temporis arbiter. Et inde nomen: est enim *Sol Heracles*, id est, *Horas cleos*, *Aeris gloria*, ut Macrob. 1. Saturn. cap. 20. Hinc fabula de descensu ejus ad Inferos, & de Populo, de quâ dixi. Servius: *Hercules, cùm ad inferos descendens fatigaretur labore, dicitur de hac arbore coronâ factâ, velâsse caput: undè foliorum pars temporibus cohærens & capiti, abluit sudorem*; [malim, albuit sudore] *pars verò exterior, propter inferorum calorem, nigra permansit.* Nos Davidicum illud addimus; *Tuus est dies, Tua est nox*, Psalm. 74. v. 16. vide Alciati Embl. 213. & ibi Claud. Minoëm. 2. Eâdem ferè ratione perpetuam rerum humana-

rum

rum viciſſitudinem, fortunæque, ut ajunt, volubilitatem denotare poteſt populus, - *Quandoque parens, quandoque noverca eſt.* Hinc *Fortuna biformis*, partim alba, partim nigra, picta, ut docui in Acerrâ Philolog. lib. 5. num. 47. Sic quoque, ut in Tremulâ dixi l. cit.

Noctes atq; dies trepidant malè conſcia corda;
Populeas agitat ceu levis aura comas.

3. *Cygnus in Populeto* canens ad aquas pingitur à Virgilio 10. Æneid. v. 189. *Namque ferunt Cygnum, luctu Phäethontis amati,*

Populeas inter frondes, umbramq; ſororum,
Dum canit, & mœſtum Muſâ ſolatur amorem,
Canentem molli plumâ duxiſſe ſenectam,
Linquentem terras, & ſidera voce ſequentem.

Sic apud Euripidem, Cygnus eſt γέρων ἀοιδὸς *Senex Muſicus.*

Cantator Cygnus funeris ipſe ſui.

Et apud Horum 2. Hieroglyph. cap. 37. *Picto Cygno ſenem Muſicum*, aut & Poëtam, Philoſophum, Theologum, *denotabant Ægyptii.* Tales Cygni fuerunt Moſes, Deuter. 33. David, 2. Sam. 23. Simeon Evangelicus, Luc. 2. &c. *Avibus quidem negatum eſt naturâ, ne eadem ſit & Aquila & Cygnus; ſed homini conceſſum; cui & facundo licet eſſe, & Philoſopho*, ait Syneſius de Dione. Quod *alterum Emblema* præbet: *Tertium* Sulpitius de Lucano ſcribens:

Hæc cecinit Vates, scripturus plura: sed illum,
In medio cursu, jussit mors dira silere.
Accidit ut Cygno, qui fixus arundine, carmen
Mille modis querulum, quod cæperat, inter rumpit.

Sed hæc non sunt hujus loci. Adde tamen lemmata, 1. *Hæc cœlo est chara Senectus:* quæ rerum humanarum instabiles vices recogitans, Terras linquit, sidera sequitur, Deo canit & sibi intùs quasi, ut Aspendius Tibicen. *Nihil est otiosâ senectute jucundius*, ait Cicero: Imò nihil piâ. *ô terque quaterque beatos!* 2. - *Sapiens corde, ore disertus* Hæc duo sunt, quæ eruditum deceant. *Hermathena Academiarum ornamentum proprium*, ut docet Cicero ad Atticum, l. 1. Epist. 2. Mercurius & Minerva σύνναοι monent - *Sapere & bene dicere discas*. 3. *Jussit mors muta silere!* Imago viri Docti, qui morte præventus cœptum opus non absolvit, aut inter scribendum vitam finiit, ut Varro apud Valer. Max. l. 8. cap. 7. *In eodem enim lectulo & Spiritus ejus, & egregiorum operum cursus extinctus est*, vide ibid. - *Inveniant me fata canentem!* Ita *Non usitatâ nec tenui ferar Pennâ*, ut Horatius lib. 2. od. 20.

7. Qui in juventute, 4. pietati studuit, senex defecit, per Populum quoque significari potest: nam *alba vetustate in nigram transit*, tùm fronde, cùm totâ specie, Theophrastus & Plinius, 17. cap. 25. Tales quoque *florum pappis* volantibus comparantur. Hermogenes Tharsensis Sophista,

a, ab ætatis anno XV. floruit laude eloquentiæ. 'ir factus defecit, obiitque tandem ἐν βαθεῖ γήρᾳ nglorius; de quo Antiochus alius Sophistarum ixit: Ἑρμογένης ἐν παισὶ μὲν γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς, Philostratus in Sophistis. - *Quantum mutatus ab illo?* 5. Populo maritata vitis conjugii speciem præfert. Et Porta quidem Neapolitanus lib. 8. cap. 2. contra veteres docet, *inter arbustivas non ulmo, sed populo primas deberi:* quod neque umbram faciat densam & uvis noxiam, neque multo indigens alimento uxori surripiat: cùm ulmus contrà uvas frondibus opacatas non sinat maturescere, locum radicibus compleat, iisdemque vitem strangulet, Zelotypiâ quasi implicatam. *Nam Zelotypiâ uxor demacratur, non alitur,* &c. Maritus itaque nec prodigus sit, nec Zelotypus. *Unanimi fœmina virque thoro!* vide de Ulmo suprà. Aliud simile præbet in Culice Virgilius,

> *- hederæq; ligantis*
> *Brachia, fraternos ne plangat Populus ictus:*
> *Ipsæq; excedunt ad summa cacumina lentæ,*
> *Pinguntq; aureolos viridi pallore corymbos.*

Hoc enim castæ, Virnmque amantis conjugis officium est. - *Rebus Solamen in arctis.* Ut melius intelligatur, nota fabula est. 6. De Phaëthontis sororibus, quas in Populos mutatas, tristi fratris casu, perhibent, ex Ovidii Metamorph. breviter Valer. Flaccus l. 5. v. 430.

Flebant populeæ juvenem Phaëthonta sorores,
Ater & Eridani trepidum globus ibat in
amnem.

Lacrymam populorum ajunt, quæ in Padum amnem defluat, durari, ac coire in succinum, quod Electrum vocant, alii Chrysophoron, ait Dioscorid. lib. 1. cap. 93. ubi *de Succino* plura notat Matthiolus. Est autem Populus resinifera, & ex gemmis ejus protuberantibus vulgò fit unguentum Populeum dictum. Hinc fabula. Nam succinum non esse arboris lacrymam vel gummi, quicquid contrà Bellonius dicat, notius est quàm ut refutari mereatur, vide Matthiol. l. cit. Bellon. observat. lib. 2. cap. 72. Est tamen quod ad pietatem hinc faciat. *Lacrymæ piorum* quid sunt nisi Electra?
Stillataque Sole rigescunt
De ramis Electra novis. Deus annumerat in Sacculum, Psalm. 56.

7. Populus in Glossâ ordin. Hoseæ 4. *hæreticorum virorem notat, qui sine fructu est.* Et ut illa folia circumagit æstivo solstitio; Sic illi vertumni sunt, henden den Mantel nach dem Wind: versipelles & versicolores. Denique ad Acheronta apud Inferos nata primùm fertur Populus, undè *Acheroïs* ab Homero dicta, ex fabulâ de Hercule citatâ. Quid Hæresis nisi Acheronticum βλάςημα; *Cortex populorum particulatim concisus, & sulcis stercoratis mandatus, omni tempore anni edules fungos profert*, Dioscorid. Hi sunt hæreseos fructus, homines *fungino genere*, ut dicam

cum

um Plauto, corda - *pluvialibus edita fungis*, *terræ odium : tanti, quanti fungus putidus.* Ipſa orum doctrina ſubitò nata ut fungus, veſcentes *ώνκντ & δῖκην fungi in morem* ſuffocat, *venenum voluptuarium* vocat Plinius. Irâ Dei naſcitur æreſis;

Ut faciunt lautas optata tonitrua cœnas.

Nam cùm tonat & pluit, repentè fungi proveniunt, terræ matris q. ſputamenta. Tandem 8. am plura mitto, *Populeas Virgas* Geneſ. 10. S. criptura teſtimonia eſſe dixi cap. 4. num. 14. & acit ad rem, quod *Populus utraque lentiſſima, & deò ſcutis faciendis aptiſſima, quorum plaga contrahit ſe protinùs, cluditque ſuum vulnus, ut ferum contumaciùs transmittant*, Plinius 16. cap. 40. taque ſub populo, picto ſcuto, adſcribes - *negat ransmittere ferrum!* Hinc in Onirocriticis *Populus alba viſa Athletis conferre dicitur, propter Herculem*, Artemidorus lib. 2. cap. 25. Lepidum dem habet ſomnium lib. 5. cap. 74. Viderat ſe quis in bifidam proceramque arborem mutatum; quæ ex unâ parte eſſet Populus alba, ex alterâ Pinus. Illi aves omnis generis; huic lari & mergi, liæque marinæ inſidebant. Filii ejus deſignabantur, quorum alter athleta, alter nauclerus evaſit. S. Scriptura & monitis inſtruit ad Sacram Athleticam contra vitia, & ſolatio ceu clavo dirigit nter tot fluctus; ut ſit Chriſtianus - *ad utrumque paratus!* Atque hæc quidem de Populo. Addam aliquid.

 8. De

8. De Tilia: hanc enim pro *Libne* po-
ſuit, Oſeæ 4. v. 13. *D. Lutherus*. Ac mirabitu-
fortè aliquis, quâ de causâ, cum Geneſ. 30. *Po-
pulum* tranſtulerit? Ego verò eximiam eruditio-
nem potiùs. Quærenda fuit arbor, quæ opac-
gratâque umbrâ ad ſe vocaret, inter Sacerrim-
Sacra, fœdis libidinibus operam dantes. No-
alia occurrit aptior quàm Tilia. Nam 1. *nome-*
habet à fonte Hebræo: טלל *talal* enim ſignifi-
cat *texit, obumbravit, umbram fecit*, uſu Chal-
daico, Dan. 4. v. 9. Indè Samaritanis אטלי *At-
lucus*. Noſtris, Linde/ à mollitie & lævore, qua-
re - *Tiliæ molles & læves*, Poëtis. *Eſt enim ma-
teries ejus molliſſima & calidiſſima: hoc argumen-
to, quod aciem ferri hebetat*, & aſcias citiſſimè re-
tundit, 2. Itaquè & hodienum, propter amplitu-
dinem, opacitatem, florumque jucundum odo-
rem, ante Sacras ædes, & ubi frequentes con-
ventus aguntur, ſtat, & ſæpè diætas ac cænatio-
nes ſuſtinet. 3. Sacra fuit *Saturno*, qui ex *Phily-
râ*, mutatus in equum, Centaurum Chironem
genuiſſe fingebatur, ut apud Apollonium eſt lib.
2. circa fin. Ovid. 6. Metamorph.

Ut Saturnus equo geminum Chirona creâri-

Quare ſub umbrâ ejus fœda ſua ſacra meritò per-
agebant *Equi hinnientes*, Jerem. 5. v. 8. cùm mol-
licellis ſuis Philyris. 4. Ipſa arbor geſtire dicitu-
pruritu quodam nativo, & omnium pomoru-
admittere adulteria. *Sic juxta Tiburtes* ait *à
viſam*, Plinius *Tiliam omni pomorum genere om-
ſtam*

'am : alio ramo nucibus , alio baccis , aliundè Vi-e , ficis , pyris , Punicis , malorumque generibus. Sed huic brevis fuit Vita, lib. 17. cap. 16. quod Porta repetit. Hinc fabula, Philyram in sui nominis arborem fuisse mutatam. Quoniam , *à* Rheâ Saturni uxore ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensa, aufugit è Cretâ , variasque per regiones peregrinans quæstum suo fecit corpore, *victima publicæ libidinis*, ut Apollonius l. cit. Hyginus *à Saturno compressam* ait *in Thraciâ*, *cumque Chironem biformem* , Centaurum quippè , *peperisset*, *à Jove precibus consecutam*, *ut in Tiliam mutaretur*, fab. 138. Ac fortassè hinc nomen, quasi dicas φίλην τῆς ὕλης, *Lambda in Rho* mutato, quod non insolitum. Est autem ὕλη antiquissimo usu vocabuli apud Sapientes , quam Theologi vocant *carnem* , è quâ omnes pravæ cupiditates. Adde , quod *Philyra meretricis nomen* , fuit, quam Lysias juvenem adhuc scortari desiisse scripsit, apud Athenæum lib. 13. Qui lib. 12. *Cinesiam* Poëtam , hominem impurum & impium, ab Aristophane φιλύρινον , *tiliaceum* dictum retulit, quod Hesychius exponit, ἀσθενῆ : fuit enim *valetudinarius*, ut inimici ei non mortem sed vitam longiorem exoptarent ; *exemplum futuro, quàm justè & severè contemptum suum Dii*, ut ait Lysias Orator , *ulcisci solerent* : & adeò *gracilis*, ut tabulis tiliaceis corpus cingeret ac muniret , ne incurvaretur. Quæ omnia optimè conveniunt hominibus libidinosis , quos intemperans nequitia graciles, valetudinarios, effœtos , effœminatosque efficit,

efficit, & q. in Philyram transformat. Ac *teredi*-*nem* quidem *negant sentire tiliam*; sed; vos verme tandem & putredo conficiunt, Sirac. 19. v. 3. Esa 50. v. 9. Denique *mirum in hac arbore*, ut habe Plinius lib. 18. cap. 28. *foliorum corticisque succum esse dulcem, fructum à nullo animalium atting*. Sic est fœda illa voluptas, gustu foliorum q. dulc sed fructu ingustabili. Est igitur Tilia multis mo dis libidinis hieroglyphicum. - *Frangit & ener vat vires*.

9. E Tiliaceo cortice aut interiori membrana funes fiebant & coronarum appendices. *Sun enim inter corticem & lignum tenues tunicæ, multi plici membranâ, è quibus vincula tiliæ vocantur tenuissimæ earum Philyræ, coronarum Lemnisci celebres, antiquorumque honore*, Plinius 16. cap. 4 Aliud *Lemnisci* erant, tæniæ aut fasciolæ, ut nun quoque sericeæ, seidene Bändel galanterien *Lemnisci fasciolæ coloriæ rependentes ex coronis*, Fe stus; olim è lanâ: aliud *Philyræ*, bracteatæ vergüldte Flinderlein / ut Plinius l. 21. cap. 3. qua & coronis pendebant, tremulo fulgore coruscan-tes, & quibus ipsæ vinciebantur. Sic *Philyra te-nus*, ut legendum monuit Salmasius, funiculus est ex tenui tiliæ membrana nexus, apud Tertullian. de Pallio. Hæc vincula sunt quibus amentes, nexu libidinis, in exitium ducuntur, *uti bos co-ronatus ad aram & macellum*, Proverb. 7. v. 22. ubi elegans emblema Spiritus Sanctus submini-strat. Nam corollæ, serta, unguenta, & totus ille apparatus superbiæ, quid nisi Cupidinis vin-cula?

ila? - *Hoc stulti fune trahuntur.* Cultus iste
ituraliter libidinis invitator est. Tertulliani ver-
o. Hoc est illud meretricium aucupium, de
uo Plautina illa:

Nunc ab transennâ turdus lumbricum petit.
Pendebit hodiè pulchrè, ita intendi tenus.

10. *Tempora mutantur, nos & mutamur in*
is. Constat, aterna positumque lege est, ut constet
nitum nihil! Ejus rei ipsa nos admonet natura.
am quo die, Sole in Cancro versante, solstitium
:, *verti jussit folia, & esse confecti sideris signum;*
ea ante pedes sata, & tiliæ ad mille usus petendæ,
mi quoque & populi albæ, vitibus nuptarum: Aliâ
rte cœlum respiciunt, quam quâ spectavêre pridiè,
: ait Plinius l. 18. cap. 28. - *Tempus retrò omnia*
ertit. Nostra certè metatio, quod clausis, vel in
tum Homericis oculis liquet, totum versiforme est,
t Tertullianus de Pallio post princip. vide inte-
rum locum. Denique quia *apes è tiliæ silvestris*
ribus mel conficiunt, Pallad. & *in Philyris*, sive
iaceis membranis, *scribere* vetus mos fuit, un-
è & pagellæ papyraceæ hoc nomen acceperunt,
linius: Librorum quoque, & inprimis Sacro-
um, Symbolum est Tilia: Ubi

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

ta enim *apes imitari debemus*, ut ait Macrobius
ræfat. Saturnal. Imperatorum mandata in ta-
bus Philyris perscribebantur; γραμμάτια ἐκ
φιλύρας

φιλύρας vocat Xiphilinus in Commodo, referens *Ulpium Marcellum, Ducem vigilantissimum quo-tidie vesperi duodecim conscripsisse, quæ ad milites nunc hos, nunc illos, per singulas noctis horas mit-terentur, ut Ducem vigilare rati, & ipsi per vigi-larent*, ut & Suidas in Marcello meminit. E Commodus in tali γραμματείῳ, ut ait Herodia-nus lib. I. tiliaceo, quos occidere destinaverat perscripsit. Deus per Prophetas & Apostolos homines utique φιλυρίνους, ἀσθενεῖς, mandata no-bis sua insinuat, ut *Vigilemus!* Notavitque quos irâ suâ dignos, æternâ morte damnare decreve-rit. Hinc tabulas accipiamus, quibus fulciamu quasi gracilitatem, infirmitatemque nostram, u incedamus recti, non proni in terram. O *curv in terras animæ!* Sic de Antonino Pio Imp. Ca-pitolinus: *Fuit staturâ elevatâ decorus: Sed quu esset longus & senex, incurvareturque, tiliaceis ta-bulis in pectore positis fasciabatur, ut rectus inc-deret*, circa fin.

CAPUT XI.

De Armon, Platano, Castaneâ.

I. EX duobus S. Scripturæ locis, neque e[...] alibi occurrit, apparet hanc arbore esse proceram, ramosam, pulcherrimam, præstantissimis in horto Dei parem: aptam b culis pastoritiis, decorticatis, & variegatis: ju gique Gen. 30. v. 37. τῷ *Libne & Luz*, id est P pul

ulo, de quâ modò, & Amygdalo, de quâ deinceps: Ezech. 31. v. 8. Cedris *Arazim*, & abietibus *Beroschim* LXX. priore loco posuerunt πλάτανον: posteriore ἐλάτας, id est, *abietes*: nam pro *Beroschim* habent, πίτυες, *pinus vel picea*: Vulgatus utrobique, *Platanus*: Lutherus, Castaneenbäum / secutus Pagninum, Tremellius modò *Platanum* vertit, modò *Castaneam*. Thargum דלוב *Dulub*, quo vocabulo Chaldæis & Arabibus notari dicitur *Platanus*, ut est apud Schinderum & Hottinger. Sed Rhasis de Simplic. inter nuciferas refert: *Dulb*, inquit, *folia & nuces frigida sunt & sicca: quæ trita & aceto mixta, coque igni adusto, Emplastri modo, imposita, remedium afferunt: Sed & cortex, cum aceto coctus, dentium dolori confert, si os eo colluatur.* Eadem *de Platano* habet Dioscorides lib. 1. cap. 91. quæ non nuces fert, sed *pilulas*, sivè globulos scabros, hirsutos, & semine lanuginoso plenos, qui in Asiâ ad nucis juglandis magnitudinem accedunt. Quare Rhasis Interpres pro nucibus ponere debuit pilulas, σφαῖρια, ut Dioscorid.

2. Quæ cùm considero, non dubito, *Armon* potiùs esse *platanum*: Sed quod ea arbor sit peregrina, nec Germanicum nomen habeat, Lutherus *Castaneam* necessitate coactus posuit, secutus tamen suos autores. Videbimus utramque.

Platanus à latitudine foliorum dicta, vel quod ipsa arbor patula sit & ampla. Nam πλάτος Græci latum vocant. Expressit hujus arbo-

ris

ris Scriptura & nomen & formam, dicens: *Qua-si platanus dilatata sum in plateis.* Est autem te-nerrimis foliis ac mollibus, & vitium similis, *ita Isidorus Orig. l. 17. cap. 7.* Locus citatus legitu Sirac. 24. v. 19. *Quasi Platanus exaltata sum, a aquâ*, Vulgatus addidit: *in plateis.* Ubi & alti-tudo, & situs. In Syriâ non ignotam fuisse in-dicat Siracides, & gaudere aquosis etiam Poëtæ ut Ovidius:


Quàm platanus rivo gaudet, quàm populus undâ,
Et quàm limosâ canna palustris humo.

Quod addit Vulgatus; *in plateis*, non caret ra-tione. Nam & in hortis, & in ædium ambulacris & in plateis stabant plantatæ Platani, propter gra-tiam umbraculi. Sic Martialis de Cordubens l. 9. Epigramm. 62.

Ædibus in mediis, totos amplexa Penates,
Stat platanus, densis Cæsariana comis.

Apud Virgil. in Culice - *pronâ surgebant vall patentes.*

Aërea platanus. - & apud Plinium lib. 12. cap. 1 *Athenis in ambulatione Academia*; quin & *Dio-nysius prior, Siciliæ Tyrannus, Rhegium transtu-lit, domus suæ miraculum*, aut umbraculum, *ub posteà Gymnasium factum.* Clara quoque *in Lycia gelidi fontis sociâ amœnitate, itineri apposita, Do-micilii modo cava, LXXX. atque unius pedum specu saxea intus crepidinis corona, muscosos complexâ pu-mice*



PLATANUS.

sum. Morem ex Oriente in Italiam transgres-
sum, non puto esse dubitandum. Neque aliâ de
causâ *Genio Sacra* fuit, quàm quod - *ministra-
ret gratam potantibus umbram*, Virgil. 4. Georg.
v. 146. ubi multa LaCerda: Sed & *libidinanti-
bus*: Undè Petronio *Platanon*, sive Platanetum,
ubi

Nobilis æstivas platanus diffuderat umbras,

Dignus amore locus. Quare *Platanum Genialem*
dixit Ovidius 10. Metam. Fab. 3. *De Genio* vide
Natal. Comit. l. 4. Mytholog. cap. 3. Atque hæc
fortè causa fuit, cur *per Platanum jurare* solitus
fuerit Socrates, ideò postulatus impietatis: quod
irrisione fecisse crederetur, ut qui *per canem, anse-
rem, Capparim, & Monachi qui per suas botas*, de
quibus dixi in S. Analect. Volum. 1. pag. 20. &c.
Nam per Genium alicujus familiare fuit jusju-
randum.

4. *Adjuncta & proprietates* indicant epithe-
ta: Dicitur enim 1. *alta* Ovid.

Nobilior pomis, Platano conspectior alta.

Et apud Martial. l. cit. - *ramis sidera celsa petit.*
2. *Densa*, opaca, umbrosa: *nemoroso vertice, &
se vastis protegens ramis, arborum instar, agros
longis obtinens umbris*, Plin. l. c. Hinc ab Homero
καλὴ *pulchra*, à Nicandro θερειλεχὴς, quod &
umbrâ & foliis *æstivum præbeat lectum*, à Moscho
βαθύφυλλος, *profunda*, lata, densa habens *folia*
dicitur. Versus Idyll. 5. suavissimi sunt, in hunc
sensum:

Hei

Heu malè piſcator vivit, cui cymbula tectum,
Et labor in pelago eſt, & piſces præda fugaces!
Me dulces, Platano ſub opacâ, carpere ſomnos,
Atq; audire juvat vicini murmura fontis,
Qui blando oblectat ſtrepitu, neque terret agreſtem.

alem deſcribit Platanum Apulejus 1. Metamorph. *haud ita longè radices platani, lenis fluvius, in ſpeciem placidæ paludis, ibat ignavus, argento vel vitro æmulus in colorem.* Aquas enim appetit, & ad eas radicibus ſuis latiſſimè evagatur; t *in Lycéo Athenis novella*, juxta aquæductum, adices trium & triginta cubitorum egiſſe, vel ut linius, *in dodrantes ferè centum progreſſa eſſe*, feraur: Varro ex Theophraſto l. 1. de Re Ruſt. ap. 37. Sic Vatiæ *Platanona* depingit Seneca, uem *medius rivus Euripi modo dividebat*, Epiſt. 6. & in *Pompeia Porticu* ſtabat juxta aquas *creber platanis pariter ſurgentibus ordo*, Propert. 2. Eleg. 32. Ejus platanonis meminit Martialis 3. Epigramm. 19. ac refert, *fictis ferarum ſimulabris* fuiſſe *exornatum* lucum: quas inter *Vrſa*; ujus rictui cùm puer inſeruiſſet manum, à viperâ atente morſus, perierit. Dicitur etiam 3. *ſterilis*, *vidua*, *cælebs*: non tàm quod fructu careat, fert nim, ut dixi, pilulas lanuginoſas, ſed nullius ferè uſus; Sed quod vites arbuſtivæ Platani conjugium ſpernentur, ne luxuriâ foliorum & umbrâ craſsâ enecentur. Hinc de Villâ Fauſtini Martialis 3. Epigr. 57.

Non otiosis ordinata myrtetis,
Viduâq; platano, tonsiliq; buxeto.

Et Horatius - *Platanusque cælebs Evincet ulmos* 2. od. 15. Unde apparet, quid de Ambrosii allegoriâ statuendum sit, quando ait; in *Virgis Jacob* Gen. 30. v. 37. *beatissimæ Trinitatis præfigurata est mysteria. Nam per Styracem significatur incensum & Sacrificium vespertinum, quod Deo Patri defertur, Psalm. 141. 2. Per virgam nucinam sacerdotale munus Christo defertur: hæc enim Virga Aaron quæ reposita floruit, qua sacerdotalis gratia Sanctificationis eminuit: Per Platanum spiritualis fructus significatur ubertas: quia arbori huic vitis annectitur, ut ejus læta consortio, in partus sese uberè effundat. Siquidem Dominicæ munera passionis remissionemque omnium peccatorum, adjuncta Spiritus gratia dare consuevit*, lib. 2. de Jacob cap. 4. Quæ tamen aliâ ratione pulcherrimè constant. Nam *omnium ferè insitione capacissima est* Platanus, ut ex Plinio docet Porta & aliis. Sic - *steriles platani malos gessêre valentes*; Virgil. & juxta Palladium, *Cerasus* Platanum

Compellit gemmis pingere membra suis.

Sic ergò Christo insiti per gratiam Spiritus Sancti omnigenos justitiæ fructus adferimus. Adhæc 4. perdifolia quidem est; *Cretæ tamen ad Gortyniam dicitur platanus esse, quæ folia hieme non amittat. Itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una*, Varro l. c. cap. 7. & Plinius l. c. *Est Gortynæ in Insula Cretâ juxta fontem Platanus una, insignis utriusque*

*triusque linguæ monumentis, nunquàm folia di-
nittens. Indè Græciæ fabulositas, Jovem sub eâ cum
Europâ concubuisse.* 5. *Magnitudinem & ampli-
udinem* ex dictis colligere est; quod specus inte-
ras radicibus amplectatur, multorum hospitum
apaces: *Longævitatem*; quod Delphicam Plata-
um, & alteram in Arcadiâ, Agamemnonis ma-
u satas autores sint quidam Plinio l. 16. cap. 44.
ui post Agamemnonem vixit annis minimùm
D. CC. LX. Hinc allegoricè apud Ezechielem
I. v. 8. *per Cedros, abietes & platanos*, Grego-
ius M. Moral. 37. cap. 18. vel 24. accipit, *illa
irtutum cœlestium proceræ celsitudinis agmina*,
uibus dono Creatoris præcelluerit Angelus ille
postata, Diabolus factus.

5. Atque ex his, aliisque adhuc dicendis,
nulta jam inventu facilia sunt *hieroglyphica &
mblemata.* Denotare possit 1. *Spiritus S. gra-
iam*, autore Ambrosio: quæ extra Christum q.
terilis, malos tamen, ficus, cerasos, fructiferas
ustentat & facit, ejus insitione, succi vitalis fa-
tas participes, Johann. 15. v. 5. 6. Tùm & um-
ram in æstu præbet gratissimam ad se confu-
ientibus; præfigurata ideò per columnam nu-
is in deserto Exod. 13. v. 21. Sap. 18. v. 3. Psalm.
21. v. 5. 6. Sub hac epulari, cubare, dormire,
uavissimum, tutissimum, Psalm. 36. v. 8. 10. & 4.
. 9. Cantic. 2. v. 3. &c. Neque deficit locus,
apax omnium electorum, & ipse Christus pan-
lit brachia, ut recipiat, Matth. 11. v. 28. itaque
etiores in hac cubant, *quàm marmorum nitore,*

 pictura

picturæ varietate, laquearium auro, Plin. 12. ca[p]
1. ſpernuntque ſuperba mundi palatia, & ipſu[m]
cum *aureâ ſuâ platano* Perſarum Regem, Pſal[m]
84. v. 11. Hic *nidus* eſt fidelium, ibid. v. 4. u[t]
Cajus Cæſar Platanum veliterninam appellav[it]
Plin. l. cit. *De aureâ vite & Platano*, qualem Py[-]
thius Bithynus Dario donavit, ſub quâ Perſaru[m]
Reges ſedere, cubare, jus dicere, ſolebant, cùm
ut ait Xenophon, *nec cicadæ uni umbram præbe[re]*
poſſet, multa Briſſonius de Regno Perſar. l. 1. pa[g.]
51. [Quæ ipſa Opum vanitatem oſtendit, - *h[i]*
fruſtrà quæritur umbra! Jacob. 1. v. 10. 11.] Add[e]
quod & *noctuas* fugat & *veſpertiliones*, Cacodæ[-]
monas, omnemque eorum exercitum & appara[-]
tum, ut Eſai. 2. v. 18. 20. Zachar. 13. v. 1. 2. ut pate[t]
facto Chriſto per gratiam Sp. Sancti, toto orb[e]
apparuit terrarum

> *Mortua cùm mutæ ſiluêre oracula Cumæ,*
> *Nec reſponſa dedit Libycis in Syrtibus Ammon*

Meritò igitur colenda nobilis arbor; inprimi[s]
Principibus: faciendumque quod feciſſe *Diony[-]*
ſium Regem diximus, ut ad domus ſuæ regi[æ]
umbraculum transvehatur: & quod *Xerxen* jam
alibi; qui cùm per Lydiam iter faceret cum exer[-]
citu, ita deperire cœpit Platanum, ut totâ di[e]
poſitis caſtris moraretur: diſcedensque aure[is]
monilibus, armillisque ſuſpenſis donavit, reli[-]
quitque unum ex ſuis Immortalibus quaſi amaſi[æ]
ac pellici ſuæ φύλακα, μελεδωνὸν id eſt, *tutorem*
curatoremque, ut ex Herodoti 7. Ælianus l. 2

Variar.

Variar. cap. 14. [Quæ ipsa Platanus sic ditata ele-
ans præbet emblema - *In sacro quid facit au-
um?* Quid utilitatis platano ex monilibus; aquâ
otiùs opus habet, ut scitè & ad rem planè Ælia-
us l. cit. Similis itaque Ecclesia Romana, opibus
nerata, egens aquæ cœlestis.] Nos affuso spiri-
ualis lætitiæ ac gratiarum *Vino* exhileremus. *Tan-
um enim honoris platanus meruit, ut infuso vino
nutriretur, compertumque maximè prodesse radi-
ibus, didicêreque etiam arbores potare vina*, Plin.
cit. *Hortensius platanos suas vino irrigare consue-
vit*, Macrobius 3. Saturn. cap. 13. Denique *vecti-
al* pendere ne gravemur, *censum nostræ Subjectio-
is*, præfiguratum in ore piscis, Matth. 17. v. 27.
& quicquid ad Ministerii sustentationem debetur,
Galat. 6. v. 6. &c. Pinge Platanum, quæ obum-
bret specum, inque eâ aliquot commessantes,
propè rivum. - *Nihil hac jucundius umbrâ est.*
Platani effigiem apud Matthiolum & Dodo-
næum reperies; ramum sed ut apparet graphicè
pictum, apud Castorem Durantium: habet
etiam Tragus & vocat, den schönen Ahorn / oder
Waldeschern Baum: verùm ab *acere* plurimùm
differt, inprimis materiâ, de quâ Porta Neapolit.
& Dodonæus.

6. Ex iis quæ modò attulimus, facilè quoque
apparebit, quomodo Platanus 2. Symbolum esse
queat *Angelorum*, juxta Gregor. M. sed venustiùs
& juxta literalem sensum Ezechielis loc. cit. cap. 31.
3. *Magistratum* in terris. Themistoclis notum
est Apophthegma; *Platanis se similem esse, ad quas*

 tempe-

tempestate deprehensi confugiant, sed succedente sere-nitate eas prætereuntes vellicant & carpunt. - Ho-noretur, cujus nos umbra tuetur! Thren. Jerem. 4 v. 20. Aptum Thema ad concionem funebrem & pro Evangelio Matth. 22. v. 21. Pinge cœlum hinc serenum, illinc pluvium: stat Platanus in medio; alius hinc umbraculo succedat; alius il-linc discedens ramulum decerptum pedibus con-culcet. Ingenium arboris & effecta conveniunt de quibus Durant. in Herbario;

Flumina amat Platanus, fontesq́; : meroq́; rigata
Gaudet, & humorem naturâ & frigora ducit.
Cortex & pilulæ exsiccant, & sordida sanant
Ulcera, tùm scabiem folium lepramq́; re-pellit.

Ita enim ultimum versum corrigo ex Galeno confer Matthiolum. *Vinum* denotare potest quicquid bono Magistratui omni jure debetur Rom. 13. v. 17. Sic Platani quoque, ut Martial lib. 9. Epigr. 62.

Crescit ab affuso lætior umbra mero.

Quod & in picturâ emblematis facilè addi poterit Pergo 4. *Ciconiæ nidus in Platano*, quam fugiant sivè *noctuæ*, sivè *vespertiliones*, elegans hierogly-phicum Ecclesiæ in Republ. Christianâ erit - *Hæc umbra tuetur & arcet!* Ciconia *pietaticul-trix* est, & *pia avis* est ideò dicta. Hæc si nidum invenerit sub umbrâ pii Magistratus, non est quod timeat hostes lucifugas, & occultè per no-

ctem

tem insidiantes, hæreticos, falsos fratres, Ty-
annos. Emblema habes, sed in alium sensum,
pud Sambucum & Pierium Valerian. Solent au-
em noctuæ, avium nidis insidiari, ovaque ex-
ugere, ut Cornicum apud Ælianum hist. Anim.
5. cap. 36. interpr. Gillio: sed eodem interprete
ap. 3. Vespertiliones quoque, solo contactu,
va Ciconiarum sterilia facere perhibentur. Ar-
ent Ciconiæ foliis platani, in nidos suos illa-
is; Sicut hirundines apii foliis blattas, contra
vorum perniciem. *Noctuarum contra aves so-
ers dimicatio, resupinæ & in arcum collectæ rostro
& unguibus se tegunt & repugnant: auxiliatur
ccipiter, collegio quodam naturæ, bellumque par-
itur*, Plinius 10. cap. 17. Sic Tyranni ferè so-
ietatem cum Sophistis, Pseudoprophetis, co-
unt, qui vi & fraudulento ore se defendunt.
imilis simili gaudet! Sin 5. ad statum Oecono-
nicum referre malueris; imitentur Ciconias *pii
arentes*, platani folia nidis imponant, ejus de
uâ Genes. 30. ut suprà cap. 4. num. 14. - *Sic
idos & ova tuemur.* Hæreses *apud eos multùm
alent, qui in fide non valent: nihil valentes, si in
enevalentem fidem incurrant*, Tertullian. de Præ-
cript. adv. Hæret. cap. 2. Pinge nidum Cico-
iæ in turri, è quo undique folia platani depen-
eant, pampinis similia; noctuæ diffugiant.
. Platanus, quia præter umbram nullam ferè ad-
ert utilitatem, vanorum & caducorum hujus
nundi bonorum imago est: quò pertinet Emble-
na Camerarii. *Umbra tantùm!*

Umbram non fructum platanus dat: sic quo[d]
multis
Vanâ alios specie ludere sæpè placet.

Divitiæ sanè steriles & cœlibes Platani sunt, ne facilè cum Vite Christo maritantur, Sirac. 3[1] v. 8. 9. Matth. 19. v. 24. Umbram præbent sed neque securam, neque perpetuam. Nam i[n] hieme folia amittunt, & ubi vis Cœli major in gruit, sternuntur. Laudabiles tùm maximè cùm oleo suo lucent. *Inopia cogit aliquandò lu minum causâ oleum fieri è platani baccis, aqu[a] & sole maceratis*, Porta Neapolit. l. 2. cap. 3[4] Hinc illa Apostoli admonitio ad divites, ne su perbiâ tollantur in altum, aut spem ponant i[n] opibus suis, curent potiùs ut fructuosi fiant pe[r] insitionem Christi, 1. Tim. 6. v. 17. 18. - *Stultum confidere vanis!*

7. Eôdem spectat, quod *Antandri platanu[s] vento dejecta, ramis amputatis, & lateribus cir cumdolata, quasi levata onere noctu resurrexit, & restibilis Sponte facta, vitaque reddita est, longitu dine quindecim cubitorum, crassitudine quatuo[r] ulnarum*, Plinius 16. cap. 32. ex Theophrasto Ita sæpè fit, ut quos onus opum, honorumque depressit, amissio felix ab occasu erigat, vitæque reddat. - *Adversa levant, premunt secunda* - *plena cadunt, sed cæsa resurgunt.* Docet expe rientia; omnium Imperiorum Rerumque Publi carum *ruinæ causa* fuit *nimia felicitas: magnitu dinè suâ cum laborant*, ægrè perstant: levata one re, per inopiam resurgunt. *Tantum Virtutis pau pert[a]*

ertas adversus insolentes divitias habet! Justinus istor. 20. cap. 5. Adde 8. quod Platanus - *oculis adem nocet atq; medetur.* Pulvis enim pilularum oliorumque & lanugo insidens, oculos auresq; ffendit, si incidat, - *vocemq; exasperat*: sed enerrima folia in vino decocta, & illita, ocuorum fluxiones sistunt, tumores & inflammaiones levant: & *pilulæ virides sunt morsibus anuium Auxilio in vino potæ*, Dioscorid. & Duant. &c. Opes excœcant videntes; si rectè utae cœcis visum restituunt. Eædem abusu fiunt enena, recto usu prudentibus curas mordaces & serpentinum virus abigunt. Sed de Platano atis & fortassè nimis multa. Videamus jam uoque.

7. Castaneam. Nota. 1. in Germaniâ nprimis transrhenanâ, quâ Galliam respicit, arbor est: ubi integræ Silvæ castaneta; & hæc alera quasi messis est: Indè apud Athenæum nues hæ ἄμωτα dictæ, lib. 2. ab ἀμᾷν *metendo*, undè & ἄμητος *messis* Quin &

Ex his fit panis, Tritici si copia desit,
Qui multùm nutrit, ut ait Durantius, de quo tamen videndi sunt Matthiolus & Dodonæus. Meminit Plinius: *Moluntur etiam, & præstant ejunio fœminarum quandam imaginem panis*, lib. 5. cap. 23. *Nomen* 2. proprium non habet; generali κάρυα *nuces* & βάλανοι *glandes* appellantur fructus. Utrum magis conveniat? certant. Adduntur tamen, discriminis causâ, epitheta à locis, ubi frequens proventus. Hinc *Castaneæ nuces* à Casta-

à Castano Magnesiæ, vel, ut alii, Apuliæ oppido non procul Tarento. *Patria enim laudatissimi Tarentum, & in Campaniâ Neapolis*, Plin. inde *Tarentina*. Nam qui *à Castitate* dici volunt, ut notat Mylius, eò quod Plinius jejuniis dicatas referat; falluntur, eò quod flatulentiâ Venerem excitent.

Nam caput offendunt, siccant, Venerique vigorem Præstant, ut Durantius habet. *Cur in jejunio fœminarum panis inde confici soleret?* alia ratio est fortè, impurissimis Gentium mysteriis congruentior. Innuit ferè Isidorus, etsi ridiculâ etymologiâ: *Græci*, inquit, *κάςανον vocant, propterea quod fructus ejus gemini* [sæpè etiam trini partus ex uno Calyce, Plin.] *in modum testiculorum intra folliculum, reconditi sunt, qui dùm ejiciuntur quasi castrantur. Hæc arbor semel ut excisa fuerit, tanquàm silva expullulare consuevit*, lib. 17. Origin. Atque hæc fortè ratio, cur Διὸς βάλανοι dicerentur ab aliquibus, teste Dioscoride. Sive, quod *Jovi* essent *Sacra* Genitori, *hominumque Deûmque*; sivè propter præstantiam, de quâ Mnesitheus de eduliis apud Athenæum l. cit. More Hebræorum, qui *Arbores Dei* celsitudine & dignitate præstantes apellant. Ita & *Sardianæ nuces*, quia Sardibus eæ provenêre primùm, ut vult Plinius: & *Euboicæ*, apud Athenæum; & *Heracleoticæ*, apud Macrobium l. 3. cap. 18. dicuntur. Mitto alia. Denique λέπιμοι scil. βάλανοι vocantur, ἀπὸ τοῦ λέπυς quo teguntur, de quo mox. 3. *Genera* diversa sunt, duo tamen summa quasi; *Vulgaris*, & quam

t quam *Equinam* vocant, quod anhelosis & ussientibus equis auxilietur: folio Pentaphylli ut ricini instar multifido: quam in Oriente asci ajunt. Quæ fortè causa fuit, cur pro *Armon* quidam posuerint Castaneam? Sed 4. *an in yria nota ac indigena arbor fuerit*, dicere non abeo. Ratio dubitandi, quod ne apud Araes quidem nomen vernaculum invenerit. *Cael* vocat Serapion, ex Græco, & similia sunt uæ apud Matthiolum, ubi vide. Deinde *Septenionalium locorum incola* dicitur, ut docet Porta luribus. Apulia, quia calida regio, Castanes caret, ibid. & alia. Deinque nescio an leerim Syriacas? *Platanos celsissimas circa Anochiam* legi; & *populos albas ac nigras circa Damascum*; *Esculum* πλατύφυλλον, edulesque landes, sapore castaneæ, crassitie ovi columini, *in Trachonitide*; & pluribus locis *Balani yrepsica* arbores, *betulæ* magnitudine, ramisue similibus, siliquis trigonis intra quas semen, quo oleum conficitur, apud Bellonium obseriat. lib. 2. De hac, ejusque fructu, *glande unuentariâ*, & oleo Dioscorides, & expressit imainem quandam Matthiolus, sed incertam l. 4. ap. 154. Est autem *Betula*, cui hanc tam simim ait Bellonius, ut procul adspicientibus non ia appareat, vulgata, Birckenbaum dicta. Quæ omnia confirmant, *Armon Platanum* esse, on Castaneam.

8. Poterit tamen Castanea quoque nux nonulla præbere elegantia *emblemata*. 1 Circumdat eam

eam *armatum echinato calyce vallum : mirumqu* *vilissima esse, quæ tanta occultaverit cura naturæ* ait Plinius. Quid vilius illâ voluptate, quam ut e Isidoro dixi significare potest Castanea, hirsuto spi nosoque tecta echino? Petrus Gravina ictus Ca staneæ echini aculeo, in surâ tibiæ, cùm sub um brâ meridiaretur, dum vulnusculum temerè sca peret, lethali febriculâ accersitâ, obiit, ut ex Jo vio refert Mylius. Quàm multos ita pupugit Ve nus ut perirent, ante fructum, quem appet verant? Proverb. 7. v. 20. Ut aptè apponas quo habet Böethius: *Habet omnis hoc voluptas!* sci licet, *stimulis agit fruentes*, aut *furentes*. Sic Clau dianus:

Armat spina rosas, mella tegunt apes,

Ut miranda jam non sit Naturæ provida cura, se deploranda hominum salutis suæ incuria. *Qu cupit nucleum, caveat aculeum.*

2. Qui Castaneas torrere volunt sub calidis cin ribus, vulnerant priùs, ut Spiritus latens, igr citatus, per plagæ hiatum evadat: alioqui m gno cum crepitu flammis prosiliunt, assidentiu periculo, Porta lib. 5. extremo.

Castanea è mediis velut exilit integra prunis,
Et flammas, nullo vulnere læsa, fugit;
Sic quoq; Virginitas nullo perit igne pudica,
Illibata manet quandò pudicitia.

Sine Vulnere victrix! Itaque animum corrumpu priùs, qui corpus violare cupiunt. Sic bona co scientia de se - *læsa cremor, non læsa triumph*

Cog

Cogita socios Danielis in fornace Babylonia, usque contrà calefactores, & promissum, Esai. 43. v. 3.

Non cremat integros vitæ, sed vulnere læsos;
Castaneas veluti noxia flamma *nuces*.

De Simia quæ castaneas sub prunis tostas, pro forcipe usa felis pedibus, extraxit, habes lepidam narratiunculam in Acerra Philolog. mea. Hoc est cibum è flamma rapere, & quidem alterius cum periculo. 4. De insitione Palladius:

Flumineam salicem fœcundant ardua membra,
Castanea, & multo pasta Liquore vigent.

Salix *frugiperda* cœlibes denotat, nec Deo sæpè nec hominibus fructuosos, - ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Qui si castæ uxori conjungerentur, fœcundi redderentur cœlo pariter & terris. Contra *impurum cœlibatum*, Sed alia vocant.

CAPUT XII.

De Arabim Salicibus.

QUinquies reperitur hoc vocabulum, & de Salicibus ferè constanter exponitur. Ea itaque loca videbimus, & quæ ad rem videbuntur facere, ex natura Salicis adferemus.

Primus locus est Esai. 44. v. 4. 5. cujus analysin & explicationem dedi suprà cap. 4. num. 7. Promittit Deus Ecclesiæ N. Testam. quod eam effuso Spiritu Sancto miro modo sit fœcundaturus, ut

crescat

crescat fidelium numerus, quomodo *Arabim* a rivulos aquarum. Sunt ergò Salices imago fide lium. Pulcherrima sanè, adeò omnia ferè con veniunt 1. *Nomen:* Undè *Arabim* dicantur, no usque quaque planum est. Radix *Arab* varias ha bet significationes. Propriè tamen & primò signi ficat *miscuit, aptè & jucundè temperavit, apta vit*, &c. undè *Ereb* vespera, ubi lux & tenebr miscentur; & *Arabes, Erembi*, per epenthesin mixtura Populorum; & *Erebus* Poëtarum, ub omnia confusa, per nigram noctem, & *Ore* Chald. corvus niger. Hinc quia temperata gra ta, *jucundus, amœnus fuit*; & indè *Arabah* cam pus, planicies, amœnus locus. Denique, u transeam, quæ huc non pertinent, quia mercatu ra res miscet & permutat, & peregrinando fit indè quoque *Arab negotiationem, oppigneratio nem*, undè & arrhabo, & *peregrinationem* signi ficat, ac demùm *alacrem progressum, itumque* Nam

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Atque hinc tandem Salices *Arabim*, non tàm quo amœnæ aut Campestres sint arbores, quàm quod *alacriter & celeriter eant* in crescendo. Qua re jucunda Linguarum harmonia observatu dign est. Ita enim Græcis quoque Salix ἰτέα, παρὰ τ ἰέναι, *ab eundo*, quia celeriter crescit & cum alac q. impetu, Etymolog. & Salicem Verrus dictam putat, *quo ea celeritate crescat, ut salire videatu* Quod temerè ridet Festus, ridendus ipse. Qu & Belgæ willigen vocant, q. d. alacrem, & spon

iâ promptam. Fuitque Mercator, qui Principi
: Dominæ suæ, in Belgio, amorem suum tectè
gnificaturus, in parietibus ædis suæ, quò sæpè
entitabat pecunias mutuas acceptura, Salicem
inxit, inter duo majuscula D. id sonabat: Dein
illiger Diener: *Servus tuus alacer, & prom-
tus!* ex Guillimanno si ritè recordor: nam nunc
on est ad manum. Denotat ergò Salix celerita-
em & promptitudinem fidelium in crescendo ad
mœnitatem Deo gratam, de utrâque Psalm. 110.
. 3. Tales fiunt Spiritu illo נדיבה *Nediba* exci-
ati & fulti, *voluntario* & spontaneo, alacri servien-
um Deo, Psalm. 51. v. 14.

2. Neque obstat, quod Salix nostrâs & *perdi-
olia* est, & *frugiperda*: Salicum Dei aliud inge-
ium est: nam neque folia amittit, viroremque
dei, ut pleræque arborum in Syriâ, quæ alibi per
iemem nudantur; & fructus fert cum nativos q.
um insitivos. Psalm. 1. v. 3. & 92. v. 13. 14. Quò pul-
herrimè spectat quod habet Plinius: *unam reperiri
ılicem, in Cretâ Insulâ, ipso descensu speluncæ Jovis,
uæ semen ad maturitatem perferat, torvum ligneum-
ue magnitudine ciceris*, 16. cap. 26. & *malus* insita,
omiferam facit, atque, ut Palladius,

Stipitibus gaudet nomen mutare salignis,
Et gratum Nymphis spargere flore nemus,

Ita Spiritus Sancti effusio, & naturam sanat, aptam-
que facit iis operibus, quæ ejus ex viribus proficis-
cuntur, Exod. 31. v. 3. 4. & gratiam superaddit ad
ea, quæ Sphæram naturæ transcendunt, ut 1. Cor.
12. v. 3. &c. Jam si 2. *Ortum* spectes; ut salix non

 ex semi-

ex ſemine naſcitur, quod facilè amittit, *abitqu* *fructus in araneam*, Plin. 24. cap. 9. *ſed in hoc quo*que *providens natura, facilè naſcenti ex depacto ſur*culo, *incurioſiùs ſemen dedit*, Idem, 16. cap. 26 Ita *fiunt Chriſtiani, non naſcuntur*, Tertulliani ve riſſimâ ſententiâ, & Johann. 1. v. 13. Si 3. *Locum* gaudent *fluminibus ſalices*, ut Virgil. & omnia lo ca Scripturæ, ubi earum mentio: gaudent etiam fideles, ut Pſalm. 1. v. 3. Neque alibi fœcundita & perennis viror, aut aliundè, quàm ex Verbi Dei, & aquâ Spiritus, Johann. 4. v. 14. Sine hoc quid nos noſtraque omnia, niſi tela *aranea?* Job 8. v. 14. Sin & 4. *Genera*; Salix alia major eſt *Per ticalis* dicta, alia minor, *Viminalis*; illa pertica emittit proceras jugandis pedandisque vineis; no ſtri vocant Trudeln und Pfähl / Latini *admini cula*, vide Atrium meum Latin. num. 533. Hæ verò *vincula* dat; & ut colore, magnitudine, fo liis, fructu; Sic officio & uſu differt: ex eâ Virg ſunt ſequacis ad vincturas lentitiæ: aut, & ſi fi miores ſunt Virgæ, corbes, Cathedræ, ciſtellæ ac plurima agricolarum ſupellex, fiunt, Plin. 16 cap. 37. Scuta quoque geſtatu leviſſima, & uſu aptiſſima, quia ferrum lentiſſima non facilè trans mittunt, ibid. cap. 40. *Itaque nulla aquaticarum utilior, nec in noviſſimis curanda arbor. Nullius quippè tutior eſt reditus, minoriſque impendii, aut tempeſtatum ſecurior, Itaque Cato in æſtimatione ru ris, poſt vineam, ſi vino multo ſiet, & hortum ri guum, tertio loco ſalictum poſuit, ſaliceſque pratulis oliveto, prato, campo frumentario, ſilvæ cadua*

arbu

[ar]bustis, & glandariæ silvæ; quod uberior earum [f]ructus sit &c. Cato 1. de Re Rust. & Plin. l. cit. [u]bi & de differentiâ, ut & apud Columellam. [Q]uæ qui considerat, in uno salicto, ab ipsomet [C]reatore Deo, nobis pulcherrimam *Reip.* Chri[st]ianæ præcipuè, *imaginem* propositam mirabitur. [Su]nt ibi majores, quorum pedamentis & perticis [ni]titur ac perstat Vinea Dei: & ut inter salices [q]uædam *fructiferæ*, quæ racemos pariunt similes [p]opuli nigræ, ut Bauhinus ad Matthiol. quædam [ste]*riles*, æquè tamen necessariæ & utiles; ita hic [al]ii doctrinâ prosunt, alii regimine, ut quondàm [P]resbyteri in primitivâ Ecclesiâ duûm generum, [1.] Tim. 5. v. 17. ubi vide Ambrosiastrum, & quæ [in] Analectis de officiis Christian. dixi: sic hodiè [pe]*rticales* sunt Hierarchia Ecclesiastica & Politi[ca]. Sed *viminales* & minores sunt, qui in statu [o]economico; hinc vasa domus Dei, & vincu[lu]m pacis, & utilitas infinita, quâ togæ tempo[re], quâ sagi. Cogita, qui voles; habes argumen[tu]m meditatione dignum. Ego si omnia perse[q]uar, finem tu spectabis cum tædio. Fateberis [ta]men non potuisse pulchriùs pingi à Deo apud [E]saiam Ecclesiam.

3. Adde jam & alias proprietates: 1. Quòd [se]*rendæ* sint, *dùm Virgæ silent*, id est, priusquàm [g]erminent; ut tamen *siccæ ab arboribus detrahan[t]ur: nam roscidas si recideris parùm prosperè prove[n]iunt*, Columella. Unde pulcherrima præcepta de [p]iâ liberorum educatione. Nam & maturè à te[n]ero ungueserendi sunt hi surculi, & danda opera,

 ne à ma-

ne à maternâ domo deliciis roscidi in Schola
transferantur, de quibus Quintilianus lib. 1. In
stit. capp. 1. & 2. optimè. Non vacat exscribere
& versatur in manibus, aut certè debebat versari
2. Quod *putatione vivaciores fiunt & fœcundiores*
Itaq; trimæ statìm putatione coercentur, ut sic se i
latitudinem fundant, *ac sine scalis tondeantur*. Sali
enim *quo humilior*, terræque propior, *eò fœcundio*
est, Plinius & ex eo Porta. Humilitas mater est
custosque virtutum omnium. Qui putatione no
coërcentur dùm teneri sunt, tandèm sæpè *in sca*
lis tondentur, auf der Galgenleyter. Ecclesia pe
secutione crescit, ut Salix putatione, ut viti
Succidebantur Ecclesiæ palmites, & fidei fruct
majorem dabat proventum. Nilus hom. 2. c
Ascens. Dom. *Plures efficimur, quoties metim*
à vobis, Tertullian. Apolog. cap. ult. *Non m*
nuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, Le
M. Serm. 1. in Nat. SS. Petri & Pauli AA. 3. Quo
lapsa Salix *resurrexisse* legitur, ut in Philippi
detractâ parte ramorum, quæ in prostratu fuer
confracta: eam ventus stantem dejecit, lapsa
alius ex adverso incumbens, seq; ramis insinuan
iterùm erexit, ut Theophrastus refert lib. 5. c
Causs. Plantar. cap. 4. *sæpè premente Deo, fe*
Deus alter opem. Superbos sternit, humiles exa
tat, 1. Sam. 2. v. 6. - *Hinc cadit, indè resurg*
Proverb. 24. v. 16. Quò pertinet, 4. Quod no
tantùm *cædua salici fertilitas, densior tonsurâ*, Pli
16. cap. 37. Sed & *excisa copiosiùs repullulat*,
- *ad odorem germinat unda*, Job. 14. v. 7. & 19. v. 2

Hæc fidelium ſpes eſt! 5. *Lacryma* triplex: unam exſudat arbor ipſa gummi modo ; altera manat ex plagâ, cùm floret, exciſo cortice trium digitorum magnitudine: tertius ſuccus eſt detruncatione ramorum à falce deſtillans. Uſus multiplex. Vitia cutis emendat in facie, oculos expurgat, &c. Plinius 24. cap. 9. *Folia trita & pota intemperantiam libidinis coërcent, atque in totum auferunt uſum, ſæpius ſumpta*, ibid. Sunt autem amara: indè Virgil. *Florentem Cytiſum, & Salices carpetis amaras.* Nihil ſalubrius eſt lacrymâ fidelis, ſivè ſponte fluat ex corde contrito, ſivè à falce putatoriâ deſtillet. Amarum Dei poculum extinguit pravas cupiditates. Sic *Salus* Æſculapii filia credita in *manu geſtabat pateram, & ad pedes jacebat Draco*, in nummis Pergamenorum. vide Occon. Numiſm. & Macrob. 1. Saturn. cap. 20. 1. Pet. 4. v. 2. Crucis Calix toties celebratus S. Literis, purgat mentem, & renovationem promovet. Hæc eſt ſerpentina prudentia ; Matth. 10. v. 16. Epheſ. 4. v. 22. 24.

4. Ex his cæteris quoque Scripturæ locis, *de Salice*, Lux affundi poteſt. Nam cur *Secundo loco* Levit. 23. v. 40. *Salicis quoque frondes geſtare jubentur Iſraëlitæ* per dies ſcenopegiorum? vide quæ dixi ſuprà cap. 2. num. 24. niſi quia Salix *caſtitatis* ſymbolum eſt. Itaque LXX. l. cit. Levit. accipietis ἰτέας καὶ ἀγνȣ͂ κλάδȣς *Salicis & agni caſti*, ſivè viticis *ramos, ex torrente. Ipſum nomen ligni, quod Græcè dicitur ἀγνὸς, indicat caſtitatem. Ajunt Medici, & hi qui de arborum & herbarum*

 natu-

naturis scripserunt, quod si quis florem salicis siv[e] populi [vel viticis potiùs] *mixtum aquâ biberit omnis in eo frigescat calor, & libidinis vena siccetur utraque filios generare non possit*, Hieronymus in Zachar. 14. Posuerunt LXX. duo vocabula, pro uno, *salicem & viticem*, ut de unâ specie salicis legem præcipuè loqui indicarent. *Nam non multùm à salice vitilium usu distat vitex, foliorum quoque adspectu, nisi odore gratior esset. Græci Lygon vocant, alii agnon, quoniam matronæ Thesmophoriis Atheniensium, castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt. Genera ejus duo; major, alba flore albo purpurascente; & minor, nigra, flore purpureo. Nascuntur in palustribus campis*, Plinius l. 24. cap. 9. Hinc lex juris Pontificii: *ad Divos cast[e] adeunto!* Cicero 2. de Legib. Alex. ab Alex. lib. 4 cap. 17. Nostri Schafftmülle vocant, vel Keusch baum. *Folia suffita aut substrata arcent venenata illita serpentum morsibus medentur. Virgam si qui iter faciens manu gestet, negatur sentire intertriginem*, Dioscorid. 1. cap. 116. [exulcerationem quam nostri appellant, einen Wolff / vide Camerarii Herbar.] Quare *Priapo* quoque *falx saligna* in manu, quæ monere potest, castitate circumcidendum esse cor, ur apud Pier. Valerian. lib. 52 Nescio, quàm εὐστόχως. Nam & meretrices Priapo *salignas verpas* dedicabant, quibus nihil minùs curæ, quàm [ca]stitas. Fortè sterilitatis voto potiùs, & *ut careat r[u]garum crimine venter.* inde Salix Homero ὠλεσίκαρπος, *frugiperda*; *quia semen amittit ante maturitatem*; *& ut scelere su[o]*

secut[a]

ſecuta ætas interpretata eſt, quod ſalicis ſemen mulieri ſterilitatis medicamentum eſt, Plinius 16. cap. 26. Sed hæc obſcæna & impia mittamus!

5. *Tertius locus* eſt Pſalm. 137. v. 2. Ad flumina Babylonis *de ſalicibus ſuſpendimus organa noſtra.* Dixi de hoc loco non pœnitenda, Volum. 1. S. Analect. lib. 1. cap. 23. Multa movet contra literalem ſenſum Hilarius h. l. illud inprimis: *Quæ hiſtoria illud locuta ſit, cum omni Muſico apparatu Iſraëlem victoribus ſerviſſe? quæ ſalices in mediâ urbe fronduerint, ut illic, tanquàm in publicâ Muſicorum apothecâ, organa ſuſpenſa penderent?* Verùm reſponſio facilis eſt. Cantores & Levitæ imperio hoſtium coacti ſunt, ſecum ferre ſacra illa organa, ut jam non Deo Patrio, ſed hoſtium voluptati ſervirent, ut textus clarè indicat. Neque intra urbem Babylonem; ſed ad Euphratem aliquandiu, & in ſuburbanis campis hoſpitabantur captivi: & hic eſt *fluvius* ille *Salicum*, de quo *Loco Quarto* Eſai. 15. v. 7. de captivitate & prædatione Moabitarum, ubi Hieronymus: *Torrentem ſalicum Babyloniæ accipe flumina*, At cùm & aliæ ibi eſſent arbores, & inprimis *myrti* frequentes, Zachar. 1. v. 8. cur de ſalicibus potiùs ſuſpenderunt, quàm de myrtis? Poſſis facilè reſpondere: quia ſalices proceriores, aptiores erant, & credibile eſt ſub iis caſulas & ruſtica mapalia ſtruxiſſe captivos. Hæc erant illorum palatia tùm & magnificæ ædes, pro Hieroſolymitanis. Sed *allegoriæ* tamen Patrum non ſunt ſpernendæ. 1. Quia exulum in mundo hoc, *qui ſe in Adam extorres eſſe factos Cœle-*

ſtis Hieroſolymæ, *meminerunt*, *per Continentiæ ſtu-dium q. in Salicibus ſuſpendi debent* [& q. crucifigi] *corpora:* hæc enim noſtra ſunt Muſica organa ita Hilarius. 2. Quia *Sanctos & fideles hæc arbo ſignificat*; quod idem probat autoritate Eſaiæ, cap 44. v. 4. &Levit. 23. v. 40. ubi tabernacula ex ſalici bus facta; quia *ex conventu Sanctorum cœleſtis Ta bernaculi perfecta futura eſt lætitia.* Nam *ut Salice arefactæ aquis vireſcunt, & reſectæ, in humido ra dicibus ſeſe ipſæ demergunt*; quomodò aliâs nempe arbores curâ, per demerſionem talearum aut ra morum inſtar arcus curvatorum, propagantur vide Laurenberg. Horti cult. lib. 1. cap. 21. &c *Sic electi Dei naturâ mortui, peccatis aridi, à prio ris vitæ radice in Adamo deciſi, eloquio Dei, & Sa cramenti Baptiſmi vitalibus aquis reviviſcunt* Aliter 3. Gregor. M. in cap. 40. Jobi, de quo mòx: *In ſacro eloquio ſalicum nomine aliquandò pro viridi-tate boni, aliquandò pro ſterilitate reprobi ſignifican-tur.* Inter iſtas ſalices ſteriles, *Prædicatores ſancti organa ſua non exercent, ſed ſuſpendunt, & lugen-tes potiùs ſilent*, vide Amos, 5. v. 10. 13. Matth. 7. v. 6. plura dabit Hieronymus Lauretus in Sil-vâ Allegor. *de Salice.* Breviter: aliæ ſunt ſalices populi Dei; aliæ Babylonis. Quare in ſcenope-giis cùm geſtarent Iſraëlitæ ſalicum frondes, can-tabant & lætabantur coram Domino: ſed ad flu-mina Babylonis inter hoſtes inſultantes & ludi-brio habentes conticuerunt. Et hinc explican-dum eſt ænigma, *de Behemoth cubante ſub ſali-cibus torrentis*, Loco *Quinto*, Job. 40. v. 17. de quo

uo Gregor. M. l. cit. de quo mox in hieroglyphi-
is. Atque hæc ſunt loca illa Scripturæ.

6. Hinc ergò multa hieroglyphica & emble-
nata: 1. Salictum ad aquas denotat fidelium Ec-
leſiam, ut dixi numer. 1. & 2. Sic pictus ſub
alicibus dormiens aliquis, inter aves canoras,
ε ad lene murmur prætereuntis aquæ, dicet cum
Davide: *In pace dormiam*, Pſalm. 3. & 4. ut apud
Ovid. in Faſtis - *umbroſæ ſalices, volucresque ca-
ora Fecerunt ſomnos:* & Durantius in Herbario
e Salice:

Conciliat ſomnum, callos clavosq́ repellit.

Nusquam ſecurius eſt vivere & mori 2. Myrti in-
er ſalices ad Babylonis fluenta ſignificant ex Pſalm.
37. & Zachar. 1. v. 8. ſalubre crucis & ſolatii tem-
eramentum. *Dolor & voluptas invicem cedunt*,
Deus

Et cum blanditur Pater, & cum punit is idem eſt:
Sic homo ne pereat, deficiatve facit, Proſper.

Amara miſcet dulcibus, lætis triſtia. *Nulla eſt
incera voluptas! - medio de fonte leporum ſurgit
mari aliquid, quod myrtis angat in ipſis.* 3. Viato-
em pinge, qui geſtet in manu viticis aut Elæagni,
el agni caſti ramulum, floribus ſuis ornatum,
uem fugiant ſerpentes: adſcribe - *Virus fugat atq;
olorem:* Caſtitas nempè & continentia, conſcien-
iam ſervant illæſam, ne ſentiat intertriginem &
rcent Dæmonum hominumque nequam inſi-
ias. 4. Salix ipſa florens per ſe, vel *hæreticum* ſigni-
cat, cujus *verba nitorem eloquentiæ ſine fructu
eritatis habent*, Hieronym. in Eſai. 44. vel *Do-*

ſonem aliquem, qui ad promittendum alacris
cùm præſtet nihil: vel quod habet Camerarius i
Emblem. - *Neglecta juventus.*

Perdere virtutum fructus cum flore juventa,
Frugiperda Salix ne vocitêre, cave:

vel *præcox illud ingeniorum genus, quod*, ut a
Quintilianus, *non facilè ad frugem pervenit.* Ci
creſcit Salix, ſed & brevis vitæ eſt. Quod ci
fit, citò perit: vel *hominem*, qui divitiis ſuis neſc
uti, & quem copia perdit, niſi ſubindè puter
quaſi: Weydenköpff und ſtoltze Bauren/ muß m
in drey Jahren einmal behauen / Proverbiu
apud Mattheſium, & Mylium in Horto Philo
h. l. *Cadua fit melior!* Aliud dabit Alciatus, ſ
obſcurum & obſcænum. 5. Lupus ore præfere
ſalicum faſciculum, trahensque ad ſe capras; i
enim aſtutum facere ajunt, ut Albertus M. apu
D. Franzium, deſignat ſeductorem. - *Sali*
carpetis amaras. Capra laſcivum animal, & ſt
lidum, meretricum & qui contra Deum forn
cantur, Oſe. 1. v. 3. imago eſt. Huic Salix dulci
ut & Oleaſter:

Barbigeras oleaſter eò juvat usq; capellas,
Diffluat ambroſiâ quaſi verò, & nectare tinctus.
At nihil eſt homini fronde hac, quod amarius exte

6. Citharæ & id genus è ſalicibus pendentes, Mu
ſicam in luctu intempeſtivam notant, Sirac. 2
v. 6. Itaque in publico luctu pauſa indicitu
Beati, qui lugent! Nam quid vita hæc niſi peren
ne exilium? 7. Elephas, qui Hebræis *Behemoth*
quaſi *jumentum jumentorum*, in loco paluſtri, inte
careꝆa

carecta, & sub umbrâ Salicum, Job. 40. latens ac jacens, *Diaboli* hieroglyphicum habetur, vel & *Antichristi*, Lauretus ex Gregor. & Hieron. Confer Psalm. 68. v. 31. ubi *Fera arundinis*. Potest denotare quemlibet *Tyrannum*: qui nisi mansuefiat, hominemque accipiat rectorem, quasi à Dracone tandem *erutis oculis* captus interficitur, vide Diodorum Sicul. Ælian. Plinium, &c. Sed hæc alius sunt loci. Palus palatium est quasi, cænosum & lutulentum; Salices perticales, quæ circumstant & tegunt, aulici ministri. - *Tali se jactat in aulâ!* Pergamus.

Caput XIII.

De Elah, & Allonim, glandiferis, item Alno, & Terebintho.

1. VAriant Interpp. in exponendo Tria hæc cognata arborum nomina, אלה *Elah*, quæ & אלה *Allah*; Item אלון aut אילון *Elon*; ac אלון *Allon*, ut apud Schindler. Conjunguntur *Elah & Allon* c. 6. Esai. v. ult. ubi Chald, *Butma & Beluta*: LXX. τερέβινθος καὶ βάλανος, ut & Vulgatus, *Terebinthus* & *Quercus*: Pagninus, *ulmus & Quercus*: Tremellius, *Quercus & Robora*: D. Lutherus Eyche und Linde. Arias Montanus in Nat. Histor. ex affinitate nominum conjicit, *Elah esse vel alnum, vel ulmum, vel Ilicem*: Avenarius contrà ex eâdem ratione, *Allon esse alnum, quæ in aquis non facilè corrumpatur* Ellenholtz. Sic Josuæ cap. 24.

v. 26.

v. 26. *Haallah*, aliis *Terebinthus*, aliis *ilex*, *pinus* *abies*, *ulmus*, *castanea*, ut notat ibid. Serarius Sed & *Tiliæ* nomen non abludit, & *Butma* Chald quidam ita vertunt, ut notat Hottingerus. Ita pro *Elon* Judic. 9. v. 6. alii *planitiem* posuerunt, quod refutat Serarius, alii *plateam*, ut Vatablus, eo dem ferè sensu: LXX. βάλανον, Vulgatus *quer cum*, Lutherus, hohe Eyche. *Allon* verò, ut ha bet Marinus, interpretantur *Pinum*, *aut Quer cum*, *Robur*, *aut*, *quod* ipse præfert, *Castaneam* Neque de nominum originatione una omnium sententia est. Alii ab איל *El* derivant, quod *for titudinem*, robur, potentiam; & adjectivè *fortem* robustum, potentem; indè per antonomasiam *Deum*, aut quod Dei est, ac per catachresin, *ido lum*, significat: alii ab אלה *alah* jurando, cùm dirâ imprecatione: nempè, vel quod arbor sit fortis, vel quod diris devota, ne cæderetur, ut Marinus.

2. Ut viam inveniamus ad veritatem, in his in certis; videndum est, quomodò S. Scriptura has arbores describat? Constat autem utrumq; voca bulum denotare arbores 1. *robustas*, Amos 2. v. 9. Esai. 2. v. 12. 13. amplitudine & altitudine præstan tes. 2. *Umbrosas*, Oseæ 4. v. 12. & comis, frondi bus, ramis densas ac implicatas, 2. Sam. 18. v. 9. Ad hæc 3. *perdifolias*, Esai. 1. v. 30. & 6. v. 13. Quin & 4. *fructiferas*. ut Esai. 6. l. cit. & Dan. 4. v. 9. 18. & 5. *Materiâ durabili*, undè idola & remi, Esai. 44. v. 14. Ezech. 27. v. 6. Jam 6. *gaudere aquis*, Ezech. 31. v. 14. & 7. *frequentissimas in Palæstinâ* fuisse, tot

loca

oca indicant, quibus celebres fuerunt, ut dicam: Quodque 8. ad rem maximè puto facere, primitùs nemoriæ rerum magnarum dicatas, ut ad posteros, propter longævitatem, & longè lateque conspicuam proceritatem, duratura essent monumenta: inde paullatim orta *superstitio & cultus*, ut sub his sacra fierent, juramenta & exsecrationes, Regum naugurationes, & id genus celebrarentur, quærerentur Oracula, &c. Quæ ex locis S. Scripturæ mox explicandis, manifesta erunt. Quæ descriptio cùm *glandiferis* optimè conveniat, non dubium esse debet, quin eæ his vocabulis ab Hebræis ppellatæ fuerint. De *Pinu*, *Ulmo*, *Tiliâ*, *Castaneâ* dixi, quantum satis erat. Neque *Alnum*, eque *Terebinthum* huc pertinere, paucis ostenendum est.

3. Alnus, *quod amne alatur* dicta, Isidoro 7. Origin. *Proxima enim aquæ nascitur, nec facilè xtra undas vivit: hinc & tenera & mollis, quia in umecto loco nutritur.* Sic Vitruvius *perpetuò in uviis generari*, & Plinius *non nisi aquosis provenire*, - *crassisq; paludibus nasci*, Virgilius, testanur. *Sterilis* ferè est, scopis tantùm nascens, atque deò infelix damnataque religione, Plinio. *Radice enui*, nec quàm laurus majori, ac per summum espitem; *caudice* recto & procero, sed mediocris crassitudinis. *Materia fabricæ inutilis, sed necessaria, si humidus locus, ad accipienda fundamenta, alandus est*, Palladius. Nam, ut Vitruvius, *quæ on potest extra terram paullum durare tempus, ea n humore obruta permanet ad diuturnitatem, & substi-*

ſubſtinet immania pondera ſtructuræ; ut *Ravennæ, ubi omnia operà, & publica, & privata, ſub fundamentis ejus generis palos habent.* Quæ ſi quis comparet cum iis, quæ de *Elah & Allon* dicta ſunt, ac poſteà dicentur, longiſſimè ab iis diſtare Alnum facilè animo advertet: niſi quis has noſtras Regias & divinas quaſi arbores, procul & *obiter tantùm inſpexerit*, ac ut Athenienſium habet proverbium, *quaſi ab alno.* Græcè tamen dicunt: ἀπ' αἰγείρυ θέα, apud Suidam. Eſt autem αἴγειρος *Populus Nigra*, ut ſuprà cap. 10. num. 4. Talis ſtabat in foro Athenis, undè eminus erat proſpectus in Theatrum. At Alnus nec tàm alta, & Græcè κλήθρη dicitur à κλείω, quod vectibus & repagulis eſſet idonea, ſepibusque & contra amnium eruptiones, quaſi muro riparum, in tutelâ ruris excubaret, Plin. Porta &c. Cavantur alni in lintres nautarum, & in tubos aquæductuum. Quamobrem non poſſunt iis Principes & Potentes, ut Allonim à Prophetis, ſed *Vulgus* potius hominum comparari. Noſtri alnum vocant Erlenbaum/ oder Ellernbaum/ foliisque naturâ glutinoſis & rore matutino madentibus ſpargunt cubicula, ad capiendos pulices, quos viſco quaſi implicitos ſcopis deindè everrunt. *Pulices* autem, ut notat Pierius Valerianus in Cuculo lib. 25. *vanas ſordidasque curas ſignificant*, quæ animum mordent, ut quietis eſſe non liceat: idem in Onirocriticis notant *pediculi & cimices*, Artemidorus lib. 3. capp. 7 & 8. *culices* verò, homines improbos, clam ſugillantes, ibid. Huc facit Proverbium: *Qui cum*

cani

[c]inibus dormit, cum pulicibus surgit. Hoc est, [q]uod Psalm. 77. v. 7. juxta Vulgat. dicitur, *Sco[p]is purgare animum* : cui simile illud Plautinum; [s]copis dejicere & perdere aranearum operam & tex[tu]ram improbam. Hoc erit - *curarum remedium.* [N]eque spernendum illud Teucri apud Horatium [li]b. I. odâ 7. consilium: - *Nunc vino pellite curas!* [Q]uàm ut Idem Horatius: *dissipat Evius curas edaces.* Certè id quoque monuit mater Regis sapien[ti]ssimi, Proverb. 31. v. 5. 6. Poculum hilaritatis, & [sc]opæ conscientiæ curas abigent improbas; illud [s]piet, hæ expellent. Lucretius;

Quantæ conscindunt hominem cuppedinis acres
Sollicitum curæ? Quantiq́ perindè timores?

[F]ugienda tamen deinceps quoque prava sodalitia. [It]a etiam è vilissimis rebus argumentum aliquod [m]agnæ Sapientiæ peti potest.

Sed & ipsa *Alnus* picta in mediis aquis, *animi [co]nstantis* Symbolum præbet; tùm quòd cæsa den[si]us repullulat, & innumero hærede prodest; [tu]m quod sub aquis durescit, & lapideam quan[da]m induit naturam. Hinc *cotes ex alno*, hültzene [W]etzstein. Ergò - *Perfer & obdura!* Indè Statio *[A]lnus amica fretis*; & Lucano - *fluctibus aptior.*

4. Terebinthus *non est, quæ Hebræis Elah; [ne]c enim neque aquis adeò gaudet, ut Elah, nec ita pro[li]xos tendit ramos, nec tantam præstat umbram, ut [sa]cra facientibus sufficeret*, ait Arias Montanus. [V]alidiora argumenta dabit descriptio: in quâ po[ti]ssimum notanda 1. Quod *in Syria circa Dama[sc]um magna sit arbor*, & decora: alibi, ut in Mace-

donià,

doniâ, & circa Idam in Troade, fruticosa, brevis
contorta, ut Theophrastus & Plinius. Bellonius
in itinere Bethlemitico, *vastam* ait *se reperiss*
Terebinthi arborem: sub quâ Diva Virgo quiesce
re solita fuerit, cùm ex Bethlehem Hierosolymam
iret: agrum juxtà rotundis lapillis, magnitudine e
formâ ciceris obsitum: vulgus referre quendam, cum
illac iter faceret B. Virgo, cicer serentem, interr
ganti illi, quid ageret? respondisse; Lapillos sero;
eo tempore solum hoc lapillos parere. 2. Amat erg
loca calida, sicca, saxosa, ut oculatus testis d
cet Matthiolus: ejus *resina ex Arabiâ Petraâ defe*
tur, Dioscorides. In montibus & collibus, etia
inter dirutorum ædificiorum rudera, nasci fe
omnes consentiunt. Jam 3. *ramos* fert multos qu
dèm & oblongos, sed neque densos, neque in
plicitos: nec *folia* tàm vel lata, vel conferta,
magnam faciat umbram: *Ea* 4. etsi in Hispani
Galliâ Narbonensi, & alibi fortè, decidua sin
tamen *in Syriâ non decidunt*, Plinius 16. cap.
5. *Baccas* fert, quales juniperi, resinosas, racem
timque: & inter ramos *Cornicula*, sivè folliculo
caprarum cornibus non absimiles, quibus ape
tis erumpunt animalcula quædam, ceu culice
velut *ex utero*. Hinc 6. Arabes Hebræo vocabu
Boten, & resinam *Albotin* vocant, quod uteru
significat, de quo in *Botnim*, id est, *Pistaciis* c
cam. Denique 7. *Resinifera* est, primæ, post le
tiscum & mastichen, dignitatis. Cætera linqu
mus Medicis. Quæ omnia satis demonstran
Terebinthum hanc non esse Elah, quæ & aqu
am

imat, & frondibus densa, & perdifolia est, fructusque fert edules feris, avibus, hominibus. Nam quod *Terebinthi fructu* refert *homines vesci, Persasq́, o, ante panis usum, vitam sustentâsse,* Bellonius observat lib. 2. cap. 96. id Clusius rectè observavit, non de hac *resiniferâ*, sed de alterâ *nuciferâ Terebintho* accipiendum esse, de quâ suo loco.

5. Augustinus super Josuam, Quæst. 30. per Terebinthum *Crucem Christi* significatam ait; sub hac sepulta sunt idola Gentium, Genes. 35. v. 4. & lapis positus est testimonii, Josuæ 24. v. 26. de quibus in Elah mox. *Terebinthi lignum medicinalem lacrymam exsudat, quæ arbor à LXX. Interpp. hoc loco posita est; quamvis secundùm alios interpretes Quercus legatur,* ita ille. Solet autem caudex vulnerari, ut resina fluat, quantòque profundiora vulnera sunt, tantò fit arbor fœcundior, *Porta.* Ea resina lepras tollit, ulcera expurgat, vulnera recentia glutinat. Baccæ contra phalangiorum morsus in vino bibuntur, *Dioscorid. & alii apud Matthiol.* Quæ tàm ad Sanguinem Domini, quàm ad lacrymas in cruce, piè referri possunt. - *Una hæc medicina malorum est.* Poterant hæ lacrymæ scabiem & psoram Judæorum tollere, & hæ baccæ cæruleo - virides, talis enim Terebinthinarum color est, qualis sereni cœli, expellere venena; Sed *abscondita erant ab oculis eorsum*, Luc. 19. v. 42. Ambrosius lib. 2. de Jacob. cap. 7. legit *sub lentisco sepelisse eum idola*: ubi Vulgata habet, sub terebintho. *Quæro* inquit, *cur sub lentisco? Certè genus istud infructuosum est. Ibi ergò sunt Dii Gentium, ubi nullus*

fructus est. Poterat de Terebintho jucundius re sponderi. Nam κεράτια illa, sive cornicula, etsi tu meant amplo ventre, & odore non ir suavi quod dam quasi *Amalthea cornu* promittant; tamen præ ter culices, & fuliginem, ut notat Clusius in Hispan cis, lentoremque resinosum, sed improbatum, nih tandem emittunt. - *Nihil intus!* Pertinet huc illuc

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Quàm multi sunt, qui in omnes *parata tollunt co nua*; quibus intùs nec mica animi, &c. Hispa quidam Terebinthum *Cornicabram* à corniculi ut existimo, vocant, *Clusius lib. 1. Hispan.* cap. 2 Sic - *magna minantur inanes!* Thun sich gross Streich aus / und ist nichts darhinder.

6. Superfunt ergò Glandiferæ. *Nom* Hebræum *Elah* aut *Allon*, à fortitudine, unde *Robora* Latinis. Græcum Δρῦς, commune oli omnium arborum. Inde Δρυμὼν, σύνδενδρο τόπος, arbustum. Ἀδρύω *erumpo*, propello, qu in altum erumpat. *Quercus, quod Dii Gentium eâ responsa darent quærentibus*, Isidorus. vel à *qu quero*, aut *quercero*, quod significat magnum qui & grave: unde *Febris Querquera*, ἀπὸ τοῦ καρκάρ à tremore & frigore, cùm crepitu, Festus & Scal ger.

Species multæ sunt: quædam semper virent, *Ilex & Suber*; quædam calvescunt, ut *Quercus Robora*, quò pertinent *Cerri*, & quæ *Haliphlœus* d citur. De *Esculo & Fago* dictum suprà.

Ilex folio est aculeato, unde Germanis Stec eyche: semper viret, glandem habet spinoso caly incl

ıclusam, nucleo intùs candido, saporis non ingrati. Itaque *per Hispanias mensis secundis infertur*, linius. Hodiè quoque Venalis, ut in foro Salmancensi, nec minùs grata, quàm nobis castaneæ & vellanæ, Clusius in Hispan. lib. 1. cap. 5. Hinc *ab igendo* dictam autumant. *Hujus enim arboris fru-um homines primùm ad Victum sibi elegerunt*: undè oëtæ illud;

Mortales primùm ructabant gutture glandem,

idorus in Origin. l. cit. Græcis πρῖν@, ut in ragm. Dan. à πρίω fortè, ut ibid. indicatur cap. 13. 59. *à secando*: undè *πρίων serra.*

Est & alia Ilex minor & humilis, quæ *coc-um* gignit, granum infectorium, Scharlachbeer: rabibus & officinis *Alchermes*, quo tinctæ vestes, *rmesinæ & Scarlatæ* dicuntur. Ejus grani genus uoddam *Scolecion*; quoniam se celerrimè mutat Vermiculum, Plin. 24. cap. 4. Nascitur enim in occo exiguum animalculum, quod simul erupit, olat culici simile: Colligitur itaque priusquàm aturescat, ut sanguine illo vermiculi lanæ & seri- tingantur, *Pausanias* in Phocaicis; pluribus deribit Clusius l. cit. cap 6. Psalm. 22. v. 7. vermicus iste Coccineus dicitur תולעת *tholaat*, à *thilla* bricando, de quo in Passionali meo, & Volum. 1. Analect. lib. 3. cap. 29. Nasci in exiguis arbuscu-, ad Lacum Galilææ, quod Mare Tiberiadis votur, refert Bellonius, & ex eo Dodonæus.

Suber, φελλὸς, undè nostrum Pantoffelholtz/ uasi dicas παντόφελλον lignum, ilici similis arbor t, mediocri magnitudine. Cortex crassus sponte

 in fragmen-

in fragmenta fatiſcens, detrahi ſolet: noti uſus, i
piſcantium tragulis, & hiberno fœminarum calceati
Detracto cortice arbor fit melior: craſſeſcens eni
ſtrangulat, ſuprà cap. 2. num. 11. 12. Sic anima
corpus; quo malè habito, illa fit melior. Itaq
percutit Deus illud, ut hæc ſanetur, Oſe. 6. v.
Veteri cortice detracto, novus ſuccedit, qui i
ſigniter rubet, *Dodonæus.* Sic in ruborem d
Deus, ex peccatorum agnitione, quos caſtig
Sic *exterior homo corrumpitur, interior renovatu*
2. Corinth. 4. v. 16. & ſæpè corporis morbus, an
mæ fit medicina. Eſſe igitur poteſt hæc arbor pu
chra Renovationis imago. Lignum corticis ἀβά-
πτιστον, quod neque mergi poteſt, neque quæ ſuſt
net mergi ſinit, multa quoq; notat. 1. *In Sagenâ Ver*
Divini ſuber eſt quaſi promiſſio Vitæ æternæ: plum
bum, comminatio ſupplicii æterni, Salmeron in P
rab. Evang. Tract. 12. num. 7. *Hinc premit, in*
levat. 2. Bona externa, ut proverbium habet ap
Strabonem, κουφότερα φελλοῦ σκιᾶς, *leviora ſu*
ſuberis umbrâ. Et tamen quàm multos ſtrang
lant? Dei beneficium eſt, aliquandò detrahe
Pauperior melior. Contrà de Siculis & Italis ve
verbum eſt: *tantò nequior, quantò quisq; eſt ditio*
Plato in Eryxia, inter Dialogos nothos. 3. Ulyſſe

Dùm ſibi, dùm ſociis reditum parat, aſpe
multa
Pertulit, adverſis rerum immerſabilis *undis*.

Horat. Suberi ergò ſimilis vir fortis, vide Eraſ
Adag. *Subere levior*, ἀβάπτιστος ὡς φελλὸς ὑπ
ἕρκος ἅλμας, Pindarus Pythior. 2. Sic Virtus

doct

loctrina, gestatu levia, idem præstant, quod *Myr-ili clypeus* : de quo Græcorum Proverbium & mblema Alciati, 161. C. Pontius à Camillo mis-us in Capitolium, cùm Galli obsiderent, ut Tibe-im nando feliciter trajiceret, φελλοὺς πλατεῖς pe-tori suppoſuit. Plutarch. de Fortunâ Roman. *cubans cortici, secundo Tiberi ad urbem defertur*, ivius lib. 5. Hæc illa *bona* sunt, *quæ unâ è naufra-o possunt enatare*, de quibus celeberrimum Ari-ippi monitum notum est, ex Vitruvii lib. 6. præ-t. - *nec mergor, nec sino mergi!* Sic 4. Bona con-ientia, & paupertas læta. *Prorsus ad vivendum, lut ad natandum, is melior, qui onere liberior. nt enim similiter etiam in istâ vitæ humanæ tempe-te, levia sustentatui, gravia demersui*, Apulejus in pologiâ. Posses pios vocare *Phellopodes*; quos *in ula Phello* habitare refert Lucianus 2. Verar. Hi-or. habere pedes suberinos, cætera omnia nobis iles: itaque intrepidos decurrere super fluctus ris, nec demergi : urbem eorum ὑπὲρ μεγάλου στρογγύλου φελλοῦ sitam esse. Credas hominem pium, pro more, ridere miracula Evangelica, hann. 6. v. 19. & Matth. 14. v. 29. Dei civitas, nquàm vilis & contempta mundo, - *fructuat, nunquàm mergitur*.

Quercus propriè dicitur ἥμερος, & Macedo-us ἐτυμόδρυς, glande dulci & maximâ, è longo iculo pendente: non adeò vulgaris. In Mauri-iæ Regno Fessano frequens, fructu quàm Casta-e dulciore, Scaliger Exerc. 181. Sect. 26. Robur

verò Quercus ἀγεία glande inguſtabili. De h
mox plura.

CAPUT XIV.

De Quercu & Robore.

I. UT magis appareat *Elah*, *Elon*, *Allon*, e
Glandiferas, præcipua S. Scripturæ lo
videamus. Sunt autem Celebres

1. Elon More, Geneſ. 12. v. 6. dicta à ה
Raàh vidit, q. d. *Quercus viſionis*, *ſive apparit*
nis: quod Canaanitidem ingreſſo Abrahamo p
mùm ibi apparuerit Dominus. Quare ibid
primam ille aram extruxit, eamque dedicavit,
ſcripto Titulo: ליהוה הנראה אליו *Lajho*
Hannirèch elav, *Domino qui apparuit ipſi!* Vul
tus vertit, *Convallem illuſtrem*; D. Lutherus,
Hain More / quod non una ſola arbor; ſed Lu
eſſet & Quercetum. Fuit propè Sichemam, &
iſta Arbore *Elon* tota vallis *Aulon* dicta, de quâ
Bonfrerius. Mentio fit ejusdem Geneſ. 35. v.
ubi dicitur *Haëlah quæ eſt juxta Sichem*, illa ſc
cet ipſa, ut *He demonſtrativum* præfixum indic
ubi Abrahamo primùm apparuit Deus. Q
cauſa impulit nepotem ejus Jacobum, ut ibi *id*
& inaures, id eſt, *Phylacteria Deorum alienor*
Auguſtin. in Geneſ. Quæſt. 112. quæ idololatra
ſuis geſtabant auribus, in honorem Deorum ſ
rum, pro amuletis; defoderet & ſepeliret: pr
ſtatus hoc ipſo facto, ſibi poſthac ſuisq; omni

non alium esse colendum quàm Deum Abrahami: Gentium verò idola, omnemq; idolorum apparatum esse ἀνάθεμα, rem exsecrabilem, abominationem Deo: Quare verisimile est, illa idola, & Phylacteria, confracta priùs, ignique liquefacta & abolita fuisse, quod & posteà lege peculiari constitutum, ac capite sancitum, Deuter. 7. v. 25. Josuæ 6. v. 18. & 7. v. 1. & 1. Paralip. 15. v. 12. Exod. 32. v. 20. 2. Reg. 18. v. 4. De eâdem *Quercu propè Sichem* legitur Josuæ cap. 24. v. 26. quod Josua moriturus, cum populum ad Dei cultum constantem hortatus esset, fœdusque cum Deo renovâsset, *Lapidem prægrandem*, in fœderis hujus monumentum, *erexerit subter Quercum, Haallah*, eam ipsam tot nominibus nobilitatam, *quæ erat in Sanctuario Domini*. Quomodo in Sanctuario, *Bemikdasch?* R. sive quod tempore istorum Comitiorum Tabernaculum Domini, Silunte, quæ non procul aberat, Sichemam transferri jusserit Josua; ut voluit Abulensis; sive quod ipsa Silo ad agrum Sichemiticum pertinuerit, ubi tùm Sanctuarium, & in ejus Atrio hæc quercus, Serarius & D. Walther in Harmon. sive, ut equidem eò inclino, ea ipsa *arbor*, jam olim *Sanctiva*, & ante legem atque tabernaculum divino cultui dedicata, *Mikdasch & Sanctuarium* quoddam Dei habita fuerit. Neq; quia vetuit Deus Deut. 16. v. 21. *ne Lucus plantetur juxta altare Domini*; ideò prohibitum fuit, ne ad Arborem istam sacri conventus celebrarentur, aut ad eam erigeretur Tabernaculum Domini: quippè quod ea ipsa esset avitæ religionis, fideique Patriarcharum,

 celeber-

celeberrimum monumentum. Quâ de causâ Josu quoque non alibi, quàm juxta hanc arborem, Co mitia sua celebrari voluit. Denique sub hac ips Quercu, auspicii causâ, Rex Abimelech à Sichemi tis creatus & unctus est, Judic. cap. 9. v. 6. ubi ite rùm *Elon* vocatur: nec videtur verò absonum quod sub hac quoque Quercu *Haëlah*, consederi Propheta, qui Bethelem missus contra Idololatrar Regem, per aliam viam indè regressus legitur 1. Regum. 13. v. 14. Ex quibus conficitur, hanc ar borem, 1. fuisse Religioni & publico exercitio divin cultus consecratam, 2. Sacris conventibus & pere grinationibus frequentatam, cùm nondùm locur certum destinâsset & designâsset Deus: 3. posteri quoque diu venerationi fuisse: 4. ætate longævissi mâ; nam ab Abrahami adventu in Canaanitider usq; ad mortem Josuæ, anni sunt fermè *Quingenti* usq; ad Abimelechum, *Septingenti*; usq; ad Jero beamum, si paucos addideris *mille*. 5. Eandem dic modò *Elah*, modò *Allah*, modò *Elon*, nec adeo hæc nomina differre; & 6. Quercum fuisse, und & à LXX. ὑψηλὴ δρῦς & ἡ βάλανος dicitur.

2. Secundo loco Elon Mamre, una fort eximia inter alias, quæ habitaculo Abrahami im minebant, gratam hospitibus præbentes umbram ubi memorabilis illa Dei Filii apparitio facta, Ge nes. 18. v. 1. Hanc *usque ad Constantini M. tempora* peregrinationibus & annuâ festivitate celebratan testatur *Sozomenus lib. 2. cap. 3.* abfuisse Hebron stadia Quindecim: extitisse adhuc quædam ædifi cia ab Abrahamo circa Quercum exstructa, pu

teumqu

eumque ab eo effossum: convenisse quotannis, religionis & mercatûs gratiâ, non Judæos tantùm & Christianos, sed etiam ipsos Paganos: & hos quidem varia immolâsse Sacrificia, solitosque projicere in puteum varia libamina, vinum, placentas, nummos, unguenta, incensosque odores, ardentesque imponere lucernas, &c. *Brochardus* dimidiâ Leucâ sitam ab Hebrone, visam sibi refert, sed ex mortuâ renatam: *de cujus ligno,* inquit, *& fructu mecum tuli: folia ejus paullò majora sunt quàm Lentisci, sed fructum prorsus habet ut quercus.* Sic Ilicis Cocciferæ *folia lentisco similia* esse Pausanias ait, de quâ Clusius in Hispan. cap. præced. num. 6. qui in Pannonicis commemorat; visam sibi Quercum in Angliâ, in Horto Regio ad Westmonasterium, *quæ folia orbiculata, nullis horrentia aculeis, & buxeis interdum non ampliora, habuerit,* lib. I. cap. 5. Ubi illud inprimis notatu dignum: Has Quercus, de quibus modò diximus, glandiferas quidem, foliis tamen *Lentiscinis* aut *Terebinthinis*, & nostris dissimilibus fuisse. Quâ causâ Interpp. modò *Quercus*, modò *Lentiscos*, modò *Terebinthos* vertisse, non dubium est. His adde 3. Allon Bachut, *Quercum fletus*, die Klageyche/ ad radices urbis Bethel, sepulchro Deboræ, quæ nutrix fuit Rebeccæ, nobilitatam, Gen. 35. v. 8. Ita 4. Quercus Rogel, ad meridiém urbis Hierosolymæ, celebris fertur sepulchro Esaiæ, jussu Manassis impii Regis serrâ dissecti, de quâ Adrichomius in Jerusalem. 5. Famosa quoque in Ophrâ, ubi Angelus Gedeoni

 appa-

apparuit, *tachat haëlah*, Judic. 6. v. 11. 19. videturq; & illa Religioni jam tum dedicata fuisse. 6. Memoratur quoque Elon Thabor, in tribu Benjamin, in viâ quæ Bethlehem ducit à Sepulchro Rahelis, 1. Sam. 10. v. 3. Saul enim unctus jam in Regem, cùm à Samuele digressus Ramâ, Gibeam tenderet, ad Patrem de filio suo sollicitum; veni ad Sepulchrum Rahelis, propè Bethlehem, in confinia Tribus Benjamin; indè ad Quercum Thabor, ubi ei occurrerunt Tres viri, itinere adverso Bethelem profecturi, vide Bünting. Itinerar. h. l. De hac Quercu nihil certi afferunt Interpp. Quidam in monte Thabor collocant, ut Serarius & Corn. à Lap. sed illa tum non potuisset redeunti Sauli objici. Thaborem enim in Tribu Zabulon ponunt, ex Hieron. de locis Hebr. ut observa Sanctius. Neque quidquam certius habent Rangolius & Mendoza. Petrus Martyr refert, quosdam statuere hanc fuisse Quercum, sub quâ sepulta fuerit Debora, de quâ modò ex Genes. 35. v. 8. Sed & illa remotior, & proxima fuit urbi Betheli. Quare eò tandem deventum; *Thabor* nomen esse proprium Viri, qui fuerit possessor hujus Quercus aut certè loci, sed incerti, ut apud Sanctium. Quanquam etiam appellativè dici potuerit *Quercus Thabor*, quasi d. *purificationis*, lustrationis. *An in monte Thabor Domini Transfiguratio acciderit?* non consentiunt Interpp. In Libano potiùs putat Franc. Lucas, Brugens. ad Matth. 17. Quem refutat Cornel. à Lap. verùm solâ nixus autoritate & communi opinione.

3. Cele-

5. Celeberrimæ ſunt quoq; Allonè Baſan, *Quercus Baſanitica.* Fuit autem *Baſanitis* regio trans Jordanem & mare Galilææ, montibus Galaad; Seir & Hermon, incluſa, nomine à pinguedine ſoli & ubertate indito. Eò pertinebat Gadarena & Geraſena, ubi multi porci Matth. 8. v. 30. Nam quia glandiferæ regiones, multas ingentesque Quercus ferebant, hinc *Suarii* frequentes ibi; alebanturq; porci non tantùm à Gentilibus Græcis, qui mixtim ibi habitabant; verùm etiam à Judæis ipſis, lucro deditis: ſive quod alere non eſſet lege prohibitum, ſed mactare & veſci: ſive quod Gentium mores imitarentur, undè Hircani temporibus conſtitutum; *ne Judæo porcum alere liceret.* Quod tamen poſteà licuiſſe, Auguſti Cæſ. dicterium indicat: *male ſe Herodis eſſe porcum, quàm filium.* Fuit etiam quædam alendi neceſſitas, ad ſuppeditandam Romanis militibus annonam: undè multa Suariis conceſſa privilegia, ita Franc. Lucas, Brugens. & Grotius in Matth. l. cit.

De his Quercubus Eſaias cap. 2. v. 12. 13. *Dies Domini Exercituum ſuper omnem Excelſum & Superbum: Super omnes Cedros Libani ſublimes & elevatas, & ſuper omnes* Allonè habbaſan, *Quercus illas in Baſan.* Ubi Hieronymus: *Quercus Baſan, quas Aquila δρυάς, Symmachus & Theodotion βαλάνες interpretati ſunt; glandiferas novimus: quæ etſi fecerint fructus, porcorum ſunt alimenta non hominum. Baſan eſt regio Arabiæ, cui imperavit Og, qui appellatus eſt Rex Baſan, & interpretatur αἰσχύνη, id eſt, ignominia. Super omnes ergo qui erigun-*

tur

tur in superbiam, & faciunt opera ignominiæ, atqu in cœno libidinum volutantur, Domini vindict consurget. Intelligit autem diem judicii, non u multi, sicut ait, universalis; sed particularis in Hierosolymam. De eodem Zacharias cap. 11. v. 7. *Ulula abies, quia cecidit Cedrus*, id est, per epexegesin, *quoniam Vastati sunt* אדירם, *addirim, fortes*, magnifici: D. Lutherus, das herzliche Gebäu ist verstöret; Templum & urbis celsissima ædificia ex Cedris constructa, Castrius. Nec causa fuit cur D. Tarnovius Lutheri versionem repudiaret. Per Metonymiam tamen rectè intelliguntur quoque Μεγιστᾶνες, ut LXX. Pergit Propheta: *ululate Quercus Basan, quia succisus est* Hajaàr habbazir, *saltus ille munitus*, ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος, silva cædua, Pagnin. Silva vindemiæ, Tremellius satis obscurè: monstrat autem Propheta digito quasi indice, urbem Hierosolymam, ut Matth. 24 v. 2. Luc. 19. v. 44. *Hæc autem completa sunt per manus Romanorum, expeditione Vespasiani & Titi, Tunc enim Quercus Basanitica Sacerdotes & Populi Rectores populum Hierosolymitanum, totamque regionem hostili irruptione quasi securibus excisam, meritò planxerunt*, ita Cyrillus h. l. Comparantur ergò Quercubus Magnates & Primores Populi. Sic Amos 2. v. 9. *Amorhæi* propter altitudinem *Cedris*, & propter fortitudinem *Roboribus*, Allonim: quibus & fructus sursum & altæ radices deorsum tribuuntur. Fuêre autem ut Cedri Libani: qualis illa apud Plinium in Cypro *triginta pedum longitudinis, & crassitudinis ad trium hominum complexam*, lib. 16.

ib. 16. cap. 40. ita Quercus in Basan ingentes, qualis illa Ovidiana, 8. Metamorphos. - *mensuraque Roboris ulnas quinq; ter implebat.*

4. His adde alia loca S. Scripturæ, è quibus apparet, has arbores esse 1. *umbrosas*, in montibus & collibus nasci solitas, *Sacrificiis frequentatas*, quæ peragebantur sub *Allon veeláh* Robore & Quercu, Oseæ, 4. v. 12. Sub *Elah Abutha*, quercu implicatâ & densâ, Ezech. 6. v. 13. Hinc Elon Meonenim, *Quercus Augurum*, die Zauber-Eyche / propè Sichemam, Judic. 9. v. 37. ex superstitione, *quod ibi oracula quærerentur, ut in Dodonæis Quercubus*, Arias Montan. Quæ qualis fuerit, nemo, quem viderim, exposuit. *Tunc*, inquit Cornel. à Lap. *nota fuit, nunc ignota.* Mihi à Gaale, Sichemitarum contra Abimelechum tunc Duce, sic dicta videtur illa ipsa, sub quâ Abimelechum Regem inauguratum dixi, num. 1. quasi d. *Quercum non Moreh* Divinæ apparitionis, *sed præstigiatorum*, ubi Tyrannum Diabolico auspicio fecitis Regem. Nec dubium abusos eâ Magos, & divinos, atque adeò evenisse, quod vernaculo proverbio dicimus; *ubi Ara focusq; Dei, ibi Sacellum condit Diabolus.* Religio sæpè vertit in superstitionem, & ex optimo vino fit pessimum acetum. Ita eodem loco, ubi collata fuit à sceleratis Sichemitis pessimo homini Summa potestas, cædis & cladis factum est initium: & ubi Regem fecerant contra Deum, justo ejus judicio Tyrannum sentire cœperunt. Quare Quercus idololatriæ Symbolum esse potest: & ut David opilio Goliathum

vicit

vicit *in valle Elàh*, 1. Sam. 17. v. 2. 19. Sic Chri-
ſtus Diabolum inter Gentes idololatricas, in vall
tenebroſâ, Luc. 1. v. 79. Fuit iſta vallis, der Eych
grund / in Tribu Juda, inter duos montes, prop
Philiſtæorum confinia, ut notat Adrichomius
Conſtat deindè 2. eſſe *perdifolias*. Indè Eſaia
cap. 1. v. 29. 30. *confundentur*, pudefient מאילים
Meelim à quercubus, quibus delectati eſtis: Vul
gatus, ab idolis, quibus ſacrificârunt: Legiſſe vi
detur *Elilim*, quomodò Idola dicuntur, vel quo
eſſent *Al - El* non Deus, vel quod eſſent Dii Li
gnei, ex Quercu facti, &c. Pergit Propheta; q
eritis כאלה *Keelah, ſicut Quercus defluentibus foli*
Ubi ex antitheſi manifeſtum, *Elim* in verſu præce
dente eſſe Quercus: Sub Quercubus idola coli
iſtis; itaque quaſi Quercus eritis per hiemem nud
& pudefacta. Explicat Propheta cap. 6. v. 13. ul
impiis & occæcatis Judæis comminatur Deus, tar
tam deſolationem, ut vix decimam partem re
licturus ſit; & hanc tamen ipſam è patrio ſol
diſperſum iri, prædæque futuram omnibus Gent
bus, ut cadente Quercu omnes ligna colligunt a
focum: Servaturum tamen reliquias, ſemen San
ctum, de quo Roman. 11. cap toto. *Sicut*, inqui
Elah & Allon, Quercus & Robur, quibus in dejectio
ne, ſcil. foliorum, wann die Blätter abfallen/ D. Lu
therus, ut & Vatabl. Corn. à Lap. &c. quando ar
dos, nudosque *ramos expandunt*, Vulgat. vel
apud Hieronym. *quando fructus ſuos, glandes, a*
jecerunt: quinimò etiam cùm rami & brachia fer
dejecta ſunt; *tamen adhuc* Mattsébet *ſtatio e*

Sie haben noch den Stammen/ ut neque funditus orruant, & regerminare possint cum tempore: *um defluunt folia, videntur quasi aridæ, adhuc ta- nen retinent humorem, quo semen ex eis sustentetur*, Chaldæus. Atque *hæc statio*, subsistentia, hoc ger- nen residuum, juxta Aquilam, hæ reliquiæ erunt *emen Sanctum*: quia de Apostolorum germine unctæ Ecclesiæ germinabunt. Hieronymus. Distinguit Propheta disertè inter Israëlem repro- um & electum: Illum, ait, ad incitas iri re- actum, & quotquot excidio superfuerint, toto rbe dispersos, prædam, dirumque spectaculum & men futuros esse omnibus Gentibus, *in ostensio- em*, in deprædationem, ad incendium. Vulgat. Hieron. &c. Hunc verò fore Semen Sanctum, ra- icem & stipitem quasi novi Populi, qui Israël Dei icitur, ex Judæis & Gentibus. Nihil igitur hic e universali, aut singulari aliquâ Judæorum disper- orum, ante finem Mundi, conversione.

Puto, manifestum jam esse, *Elim & Allonim* sse arbores cognatas, silvestres, montanas, um- rosas, densas & implicatas, perdifolias, altè radica- as, robusto stipite, fructiferas, & quidem *βαλά- νων*, glandium, ut LXX. Esai. 6. v. 13. Sacras idolis, c idololatriæ. Unde & doctissimi plerique Interpp. *Quercus*, *Ilices*, *Robora*, interpretantur. Videa- mus ergò quid de his externi Scriptores, S. Literis conveniens, tra- diderint.

CAPUT

CAPUT XV.

Quercus Crucis Christi.

1. UT de unâ quasi fideliâ duos dealbemus parietes; eâdem operâ exponemus, *Quâ ratione Crux Domini per quercum significari potuerit*: Hæc enim est. *Quercus illa More*, in quâ Dei Filius apparuit; *Quercus Fletus*, Quercus *sepulchralis* fidelium, & quæ cap. præcedenti plura diximus. Breviter Hieron. Lauretus: *Quercus, sub quâ apparuit Angelus, crucem Christi designare potest, sub quâ nobis est præsidium, Judic. 6. Josue 24. Quercus fletus, sub quâ sepelitur Synagoga*, Genes. 35. adde: è quâ oracula petenda fidelibus: sub quâ Goliath prostratus est: in quâ triplici hasta confossus periit, Deicidio suo, rebellis ille Absalom: &c. Quæ si omnia, ut facile esset, persequi vellem, quem finem habitura esset hæc Commentatio? Ac Veterum sanè quidam Crucem è quadruplici ligno compactam fuisse tradiderunt:

> *Pes crucis est* Cedrus, *Corpus tenet alta* Cupressus,
> Palma *manus religat, titulo lætatur* oliva.

Alii aliter. Sed in tanto tumultu & festinatione nec libebat, nec licebat crucifigentibus adeò esse occupatis. Tumultuarium opus fuit Crux illa, non exasciatum, non affabre factum, rude, indolatum, & obvium lignum. Altissima fuit *Crux Hamanis*, quinquaginta cubitorum, id est, pedum fortè LXXV, Esther. cap. 5. v. 14. & 7. v. 9. & studi

udio fabricata, ut ignominia tantò esset conspe-
tior, more Persarum, qui & in altissimis crucibus,
: editissimis montibus suspendebant cruciarios
ios: quin & usu receptum videtur aliquandò, ut
rux dealbaretur, honoris scil. causâ; quomodò
urifex Alchimista ille in deaurato quodammodò
atibulo pependit, de quo notissima historia est.
ed Crux Domini nec tàm accurata, neque tàm alta
iit: lignum quippè, quod ab homine gestari pos-
:t, & in quo crucifixi pectus lanceâ, & os hastili,
ut baculo hyssopi, tangi, de quo suo loco. Itaque
Quercu fuisse recentiores ferè consentiunt, vide
.ipsium de Cruce lib. 3. cap. 13. & Alphons. Ciac-
on. apud Stengelium in Pomonâ cap. 29. &c. Eò
espiciebant tot Typi Quercuum. Est autem *Quer-
us* cum cognatis, *arbor*;

1. Adspectu infausta:

2. Nam & cortex è rufo, & folia è viridi nigri-
ant. Indè Poëtis passim *nigra & tristis*. Seneca in
Thyestâ: *Nulla quæ lætos solet*
Præbere ramos arbor - - -
Sed taxus, & Cupressus: & nigrâ Iliçe
Obscura nutat silva: quam suprà eminens
Despectat altè Quercus, & vincit nemus.
v. 655.

Accedit, quod medullam quoque nigram habent,
μελάνδρυον dictam, Theophrasto. Quin etiam
cineres, & assulæ madefactæ nigrore inficiunt, &
ex Gallâ optimum fit atramentum. Quare crucia-
rii in nigrâ & infaustâ arbore suspensi: nec aliud

Absalomi patibulum esse debuit, 2. Sam. 18. v. 9. 14. aut Tyrannorum, quos Josua Dux, cap. 8. v. 29 & 10. v. 26. - *diro suspensos robore latis*
Ostentabat ovans populis - Silius.

Adde, quod, ut ait Persius Satyr. 2. - *cùm tonat ocyus Ilex Sulphure discutitur sacro.* Inprimis illa quam ἁλίφλοιον, id est, *salsicorticem* vocant. Nam *fulmine sæpissimè icitur: quamvis altitudine non excellat: ideò Ligno ejus nec ad Sacrificia uti fas habetur*, Plinius lib. 16. cap. 6. Jam cogita I. Quid crux per se spectata, nisi infame lignum? Targum in Esther cap. 5. quod indè repetit Sanctius, causam indicare vult, cur in Mardochæi supplicium crux parata fuerit? Nam *neque in ignem mitti debuisse neque in aquam, neque in lacum leonum; quod ex igne Abraham, ex aquis Moses cum populo Israelitico, ex lacu Leonum Daniel, salvi emerserint: sed qui è cruce salvus evaserit, reperiri neminem.* Fuit quidèm alia causa, cur exosum Mardochæum suspendi optâris Haman? neq; enim propter lentam mortem aliud *crudelibus*, neque propter dirum spectaculum *ignominiosius* supplicium fuit. Neque dubium est, quin Hebræi hanc causam in opprobrium Domini crucifixi commenti sint. Et tamen vide, ut recutiti *suis asciam illidant cruribus.* Quod Haman in Mardochæum cogitaverat; hoc illi in Christum morte pessimâ voluerunt occidere, è quâ nemo posset eruere, quod & de iis prædictum erat, Psalm. 22. v. 9. & 41. v. 9. Sap. 2. v. 18. 20. verùm ut in Hamanum *rediit*, quod contra Mardochæum meditatus erat *scelus*; sic *in* Judæos *autores*, quod illi

lli machinati contra Dominum. Pendent ſceleſti
am annis mille & ſexcentis, omen & opprobrium
mnibus gentibus: Dominus regnat gloriâ & ho-
nore coronatus, Eſther. 8. v. 15. Ipſi illi infenſiſſimi
hoſtes, etiam inviti, præcones ſunt majeſtatis ejus,
Eſther. 6. v. 11. dùm, *ſcriniarii quaſi Chriſtiano-
rum*, Oracula Prophetarum circumferunt, ſuoque
ſupplicio tàm diuturno majorum de perfidiâ palàm
teſtantur. Vellent crucis abolitam memoriam,
ut olim *quotannis in recordationem Hamanis cruci-
fixi*, in feſto Purim, *crucis adſimilatam ſpeciem Sacri-
legá mente ſolebant exurere*, donec imperialibus re-
ſcriptis prohiberentur, Cod. de Judæis, Tit. 12.
lib. 1. L. 11. adeò gloria crucis excruciat, & ſudes eſt
in oculis, intimisque medullis.

3. Vide 2. Arbores juſtitiæ nos Deus plantave-
rat in Paradiſo; Per lapſum evaſimus Nigræ Ilices,
& Salſicortices, *fructu amariſſimo, quem præter
ſues nullum attingat animal*, Plin. l. cit. Hinc *fulmi-
nantis Sæva Dei manus!* Pinge talem Quercum,
fulmine ictam, ſub quâ glandes devorent porci,
ſubulco Diabolo: Peccatorum & Mundi immundi
pinxeris imaginem - *Telluris inutile pondus!* 3. *De
Abſalomo*, cui crines, quibus gloriabatur, pro la-
queo fuerunt, fabulantur Hebræi; *pendentem non
auſum ſe extricare, aut ferro, quò accinctus erat, reſe-
care implexas ramis comas, quod ſub pedibus cernere
ſibi viſus eſſet terram dehiſcere, orcúmque immani
hiare rictu: ita exſpectâſſe triplicem Joabi haſtam*,
ut, ut R. Salomo habet, *Sagittam*. Ita pendent re-
belles Dei filii, ſcelerum ſuorum religati laqueis!

patet ingens subtus hiatus! Neque nos alia manebat sors omnes; Esai. 1. v. 4. Proverb. 5. v. 22. Psalm. 7. v. 14. &c. sed ô adoranda Dei *justitia*: suspenditur pro rebellibus obediens Filius, jam suspensos ut eximat supplicio! ô admiranda suspensi *victoria*; vincit enim victus, cùm occubuisse videretur, suspenditque suspensores, Diabolum, Peccatum, Mortem! Coloss. 2. v. 15. Maledictum factus, credentibus benedictionem impetrat & impertit, Galat. 3. v. 13. verùm pergamus:

2. Fructu multifera.

4. Fert enim *glandem*, *coccum*, *gallam*, *pilum*, *viscum*, *agaricum*, *mella*, *olivas*, *pyra*, & sui generis *uvam*, ut alia taceam, quæ apud Ruellium lib. 1. cap. 83. & 86. Portam Neapolit. lib. 3. Villæ cap. 6. &c. De singulis aliqua.

1. Glandem primo victu aluisse mortales, quàm est tritum, tàm non æquè simpliciter verum. Poma Paradisiaca Dei munere primum cibum hominum fuisse, posteà panem non sine sudore parandum, constat. *Glandium nullus usquàm esus fuit apud Hebræos*, ait Renatus Moreau, doctus & nuperus interpres Scholæ Salernit. pag. 283. Neque adeò in S. Literis nomen proprium extat, quod recorder. Lxx. apud Esajam cap. 6. v. ult. ponunt: *Erunt sicut glans*, ὡς βάλανος, *quæ excidit* ἐκ τῆς θήκης αὐτῆς, *ex thecâ suâ*. Barbaros quosdam fuisse βαλανοφάγους, ut Arcades, facilè assentior. Sed & hodiè non raro, in annonæ caritate, moli glandes, ac pinsi in panes solent. Quia tamen cultis

quoq;

quoque nationibus, glandium quoddam genus in deliciis & inter bellaria est, *ut cap. 13. praced. num. 6.* de iis libenter accipio, quod dicunt Poëtæ, de primis hominibus;

Arbuteos fœtus, montanaq; fraga legebant,
Et quæ deciderant patulâ Jovis arbore glandes.

Arnobius non crudis glandibus, sed tostis sub cinere vesci solitos indicat. *Itaque seculis antiquis cibus erant, aut ex cinere caldo glandes, aut ex ramis silvestribus baccula*, lib. 2. Ita dulciorem esse glandem asserunt, Bruyerinus de Re Cibar. lib. 11. cap. 42. Cereris beneficio, ut ajunt, hominum genus

Chaoniam pingui glandem mutavit aristâ.

Ita, ut Ovidius, - - - *Correcta vetustas*
Quernaq; glans victa est utiliore cibo:

ferinoque pabulo, ut Apulejus, *mitis cibus* successit. *Nec reprehendi debent priora secula, quod inventis frugibus glandes spreverint & repudiaverint arbusta*, Arnobius l. cit. quod Gentibus antiquitatem objectantibus respondet. Contrà excusari non debent, qui *glandibus adhuc vescuntur post inventas fruges: ut similes habeant labra lactucas.* Ita faciunt Judæi, de quibus Claud. Minos in Alciati *Quercum:* ita spreto Dei verbo, quotquot hominum doctrinas & commenta avidè deglutiunt. Porcorum hic cibus est, calyce foris spinoso, pulpâ intùs amarâ: panem qui filiorum Dei aspernantur, illo pasci oportet. Sic asinis cardui, subus glandes conveniunt. Est igitur glans Symbolum 1. Legis. - *Glans nocet, umbra juvat!* Sic Minos in Alciatum:

Umbra licet nobis lex sit Vetus atq; Prophetæ;
Sed nova lex Christi verior esto cibus.

2. Silvestris, Philosophiæ profanæ & curiosæ - *homines non decet iste cibus!* Dicam verbo;

Quid juvat è spinis peramaros carpere fructus,
Cum sint pane Dei plena canistra domi?

3. Eadem, Veneris impuræ. Undè glans in obscœnis, vide Pierium Valerianum, in Quercu. - *Amor amaror!*

Ut spinosa foris glans est, & amarior intùs:
Sic jacet in spinis, nil nisi amaror, amor.

4. At mitis, & quæ Διὸς βάλανος, *Jovis glans*, cibum salubrem, nucleumque suavem præbens, sine aculeis, rara inventu, deliciæ primorum hominum, priscam doctrinæ cœlestis simplicitatem denotare potest. *In simplicitate fides est, in fide salus*; ait Hilarius.

Miscuimus spinas inventis frugibus: olim
Simplicitate fides prompta, salusq; fuit.

5. Et uti glans sub calido cinere tosta; sic verbum Dei - *Suâ cruce dulcescit.* Vel, ut versu quoque dicam;

Glans uti dulcescit cineri supposta calenti;
Sic Domini Verbum sub cruce dulcè sapit.

Nempè *vexatio dat intellectum:* & ubi dilucescit, ut ait Augustinus, ibi dulcescit. 6. Proverbium est apud Aristophanem: ἐγὼ ἐμαυτῷ βαλανεύσω: quod Zenodotus exponit; *Ego mihi glandes excutiam* & torrebo, cibum facilem paratu, vide Erasmi Adagia. Poterit hoc aptè respondere Simplex Christianus;

Ipse

Ipse mihi excutiam glandem: vos pascat arista,
Spinarum è vallo parta, labore gravi.

anè in Jovis Panegyri glandes solebant apponi, ut
ı memoriam revocarent priscam frugalitatem:
ıdè Proverbium de Sene: *multorum Jovis Festo-*
um glandes comedit. Non in solo Pane vivit
omo!

1. *Dant Sacræ quercus glandes, dant roscida mella:*
Nil mihi vobiscum est; Bacche, Ceresq; vale!
2. *Glans aluit Sanctos immortalesq; Parentes:*
Post Cererem demùm mortis aperta via est.
3. *J labor & sudor, cum frugibus: at mihi glandem*
Sponte suâ Tellus donet, & alma quies.
4. *Cur homines citiùs moriantur, percipe causam;*
Casibus innumeris mortua grana vorant.

ed quô dilabor. Multa alia argumenta inveniet,
ui *Glandes Paradisiacas* frugibus præferre volue-
t. 7. *Glandes è thecâ suâ dilapsæ,* sparsimque jacen-
's, quas sues vel devorent, vel pedibus concul-
ent, *Judæorum dispersionem* significant, ut ex LXX.
sai. 6. dixi. 8. Atheniensium mos fuit, ut cùm
onsa domum duceretur, boni ominis causâ,
ıer patrimus ac matrimus præiret, *spinis corona-*
ıs ac glandibus, qui vannum præferret, aut cunas
ınibus onustas, caneretq; subindè: ἔφυγον κακὸν,
ῦρον ἄμεινον, *effugi malum, inveni bonum!*

Sint procul hinc curæ tristes, & turpis egestas:
Pane domus scateat, lite vacetq; thorus.

Sic Suidas & Erasmus in Adagiis. *Mutatio in me-lius* indicatur.

Sunt steriles spinæ & glandes in cœlibe vitâ:
Prole thorus cunas, tectaq; pane replet.

Memini in Epitaphio sermone Virginis, ad bea-tam in morte commutationem transtulisse: ho sensu;

Effugi glandesq; suum, spinasq; malorum;
Nunc satior sponsi pane beata mei.

Sed de glande satis.

5. De Cocco 2. jam dixi in Ilice Coccife-râ, cap. 13. num. 6. Vermi, qui in cocco nascitur, se comparat Messias Psalm. 22. v. 6. *Ego vermis sum non homo!* Ergo dicam;

Vestes Coccineus vermis roseo inficit ostro,
Me Christi vestit sanguis, & ornat amor.

Cur rubra sunt vestimenta tua, Esai. 63. v. 2.

Coccina nostra tuo splendescunt Sanguine; JESU.
Et pro te sanguen fundere cur pigeat?

Saul filias Israël vestivisse dicitur *Coccino in deliciis*, 2. Sam. 1. v. 24. Quas? quando? credibile, quod Sponsas in festivitate nuptiali: vide Sanctium ibid. Quod ad rem facit quàm maximè. Cætera de Cocco, sunt enim plurima in S. Literis, non exsequar.

Sequitur, 3. Galla: ejus genera varia; *solida, perforata, alba, nigra: major, minor. Crescit uno die candidior, & si æstu excepta est, arescit protinùs, neque ad justum incrementum pervenit. Nigra diutiùs viret, crescitque ut interdùm mali compleat magnitudinem.* Plinius l. 16. cap. 7. & l. 24. cap. 4.

Usus,

Usus, in tincturis lanarum, & in medicinâ: inprimis Sanguinem sistunt, & siccant fluxiones, Dioscorid. & Galenus. Græci κηκὶς, & cum epitheto ὀμφακίτις, præstantior, quæ solida nullo pervia foramine. At ὀμφακὶς *calyx* dicitur; è quo glandes excidunt, *Cupula* vulgò, Matthiol. Gallæ nomen Itali, Galli, Hispani, & Germani retinent: Gallapffel/ quod posses interpretari *malum felleum*. Solidæ, non perforatæ, intùs alunt bestiolas, ut in omnibus reperire sit, pro anni & aëris diversâ constitutione, vel muscam, vel vermiculum, vel araneum: Si volat *musca*, futuri belli; si repit *vermiculus*, annonæ penuriæ; si currit *araneus*, pestilentium morborum præsagium est, Matthiolus. Causam hujus præsagitionis indagat Peucerus de Divinat. & repetit in Horto Mylius. Est ergò *Malum malum*, è quo omnia mala, quale extitit illud Vetitæ arboris in Paradiso.

Poma sumus fœta insectis, & fellea gustu:
Sic sunt, quæ Dæmon dat, mala mala, malus.

Quæ glandem ferunt, omnes & gallam; alternisq; annis glandem: sed gallam Hemeris Quercus Mitis, ἥμερος dicta, cap. 13. extremo, *optimam*. Crux Christi aliis *odor vitæ*, aliis *mortis*: 2. Cor. 2. v. 16. 1. Corinth. 1. v. 23. 24.

Mellitas glandes Quercus, fellitaq; mala;
Crux aliis vitam fert, aliisq; necem.

Nigra galla dum viret formam pomi & magnitudinem ostendit. Ita - *decipit frons prima multos*, ut ait Phædrus. Fallimur adspectu!

Mala vides blandâ ſpecie, ſed fœta veneno:
Fallaci adſpectu neu capiare, cave.

6. Quod 4. *Pilum* appellant ex Theophraſto deſcribit Plinius: *Naſcuntur in Robore & pilulæ, nucibus non abſimiles, intùs habentes floccos molles, lucernarum luminibus aptos; nam & ſine oleo flagrant. Fert & aliam inutilem pilulam, cum capillo, verno tamen tempore, melligeni ſucci. Gignunt & alæ ramorum ejus pilulas, corpore non pediculo adhærentes, vario colore pictas: nam umbilicis candicant: cætera nigra varietate diſperſa: media cocci colorem habent: apertis amara inanitas eſt.* Ita multa promittunt, nihil præſtant. Vide quæ de pomis Sodomiticis dicam. - *Nimiùm ne crede colori!* Videamus 5. Viſcum, eychen Miſpel. *Druidæ Gallorum nihil habebant arbore, in quâ natum, & ipſo viſco ſacratius. Hoc è Cœlo miſſum putabant, & ſignum eſſe electæ à Diis arboris. Omnia ſanantem ſuo appellabant vocabulo;* [quaſi d. Allheil: Italis *Pania* dicitur, apud Matthiolum: quod fortè Druidum vocabulum fuit. Græcæ originis, ut alia Gallorum veterum: πανία, ab ἰάομαι, ſano, ut ἀνία, mœror incurabilis.] *Ideò poſt Sacrificia præparata, Sacerdos candidâ veſte cultus, arborem ſcandens, aureâ demetebat falce, ſagoq; candido excipiebat. Tum deindè victimas immolant, duos Tauros candidi coloris, precantes ut ſuum donum Deus proſperum faciat, his quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari cuicunq; animali ſterili arbitrantur, contraque venena omnia eſſe remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio eſt*, Plinius l. 16. cap.

44. *Bac-*

14. *Baccæ* ejus avium quarundam cibus sunt, quas *Oenades* Græci, apud Athenæum, interpretes *Vinagines* vocant; item Turdorum, merularum: *nec aliter nasci creditur, nisi semine per alvum illarum reddito.* Indè Virgilio dicitur - *Viscum brumali frigore,*

Fronde virere novâ, quod non sua seminat arbor.

Nec dubium quin ideò Germanis Mistel dicatur, etsi quidam Mispel Scribant, quasi d. *plantam stercoream*, è fimo notam. Sed hanc esse vulgi fabulam acutissimè & elegantissimè probat Scaliger, exercit. 168. *sic educi viscum ex arboribus, quasi cornua ex ossibus animalium. Quamobrem*, inquit, *Ion Poëta Chius, in fabulâ Ceneo, viscum dixit esse sudorem Quercus.* Vide cætera, & videtur vero vincere. Equidem assentior, ac puto visco, miraculo naturæ, ad multa saluberrimo, hanc turpis originis abstergendam esse maculam. Baccæ quidem noxiæ sunt homini, & *glutinum* indè excoctum lethale, ut ex Nicandro docet Dodonæus: sed si cum rutâ decoquatur, intrò assumptum haustu, sudorem expellit, ac Epilepticis prodest, ut Camerarius. Ligni & tenerarum frondium multiplex usus est. Non tamen sine superstitione ani, è Druidum traditione; itaque pro amuleto alligatur puerorum collo, contra epilepsiam, *exiguo, imò nullo, cum fructu*, ut ait Dodonæus: contra veneficia & sagarum fascinationes, impiè, ut Tragus. Durantius de Visco:

Huic cedunt Vertigo simul, morbusq; caducus.

7. Te

7. Tenet me viſcum, ut diſcedere tam ci[illegible] non valeam. Druides multa antiquæ ſapientia πατροπαραδότε, retinuiſſe certum eſt, ex iis, qu[illegible] de eorum doctrinâ & inſtitutis habet Cæſar, & qu[illegible] ex aliis addunt Merula Coſmograph. P. 2. lib. cap. 11. & inprimis Schedius de Diis Germano[illegible] rum Syngramm. 2. cap. 1. &c. *Undè ergò venerat tanta erga viſcum Quercinum?* Ex Judæorum *Ca[illegible] balâ*, undè & alia: quod quanquam primò neg[illegible] Schedius pag. 257. tamen poſteâ diſertè affirma[illegible] pag. 411. *à Patribus accepiſſe primævis, Germen ali[illegible] quod Jehova in ſalutem omnium gentium aliquand[illegible] eſſe naſciturum. Nec mirum, hoc Celtis innotuiſſ[illegible] cùm etiam crederent Deum ex Virgine naſciturum* ait: de quo tamen nihil dicam. Sic Camerarius i[illegible] Emblem. - *Rara juvant!*

Robore ab annoſo viſcum, ſanare caducos,
Quod valet, eſt Chriſti viva figura Dei!

Conveniunt miracula naturæ. Nam 1. ſine ſemi[illegible] ne naſcitur; & quanquam in baccis ſemen habet tamen *non Propter generationem: itaque nec in ull[illegible] terrâ ſatum provenit, neque in quâvis arbore*, ut do- cet Scaliger. 2. Quare de cœlo miſſum Dei mu- nere rectè putabatur. 3. Pendet ex arboribus Quercu inprimis, antiquiſſimâ religione Deo ſa- cratâ, ut docui cap. præced. 4. ramuſculos omne[illegible] habet *cruciformes*, quod & obſervat Matthiolus. 5. Folia buxea ferè, *linguarum inſtar* oblonga ha- bet, Idem. 6. Eaque per hiemem vernant, & vi- rent, etiam in arboribus quibusdam perdifoliis, ut in Malis noſtratibus, Scaliger, contra Theophra- ſtum.

um. In Quercu tamen decidua sunt. Quasi na-
ırâ Magistrâ, semel mori debuisse Salvatorem.
His adde Salutarem efficaciam, & quæ de avium
bo, aliaque jam dedimus. 8. Neque *glutinum*
ıstrâ: quo capiuntur aves, implicantur erucæ, ne
·imas vitium gemmas erodant, in Hetruriâ: ubi
:stes hæ frequentes: quod prospiciens Natura,
mnium rerum parens, visci multum Hetruriæ lar-
ta est, ne ob hanc pestem vino destitueretur, ut
t Matthiolus: quâ causâ silvæ visci feraces ma-
ıo ibi pretio locantur, iis qui viscum, gluten
ɔnficiunt: nec sine magno Vitæ periculo id ex ar-
ɔribus decerpitur, ut petentes funibus alligati in
:re pendeant. Idem. Ita Crux Domini multis
andalo est, & implicat ingratos ac incredulos,
sai. 53. v. 2. Mattth. 11. v. 5 &c. Sane contra *mor-*
um caducum, ex Adami casu hæreditarium, quem
:rè *Sacrum* dixerimus, *& Herculeum*, Soli Hercu-
monstrorum domitori vincibilem, una hæc me-
cina est θεόσδοτος. Mitto alia. Nec tam amens
m, qui statuam hæc Gallorum Magis perspecta
isse: id puto, accepisse παλαιῷ λόγῳ, Mundi sa-
ıtem olim promissam, & à Sapientibus Gentilium
ıoque obscurâ spe exspectatam, in Visco Querci-
ɔ quandam habere imaginem. Hinc cultus ille,
crique ritus in legendo visco, ex Plinio citati, &
ɔsteà superstitio ac abusus. Sit ergò *Viscum* Sym-
ɔlum 1. Crucis, aut Christi crucifixi. - *Planta*
mnia sanans! 2. Ea mundâ fide decerpenda est.
ısta placent superis. - Purâ cum veste venite! San-
a Sanctis! vide Acerr. Philolog. meam l. 1. num.
146. Ima-

146. Imago S. Euchariſtiæ. Falx aurea, fidei ma-
nus eſt; Sagum candidum pura conſcientia: Sa-
crificium Laus & gratiarum actio; addendæ pre-
ces: cavendum ne in terram decidat. Nam & i-
lud inter leges eſt, ne viſcum, cùm legitur ex ar-
bore, terram attingat. 3. *Turdus ipſe ſibi malum
cacat*, proverbium eſt. Sic qui fimo peccatorum
arborem collutulant ſalutarem, glutine illo ligan-
tur: Vogelleim dicimus: *quo avium ligantur pen-
næ: ſi libeat inſidias moliri*, Plinius l. cit. ſic mo-
litur auceps infernalis; *blanditiæ* mundi, volupta-
tes, & ſua cuique ſcelera, *viſcus merus!* ut ait Plau-
tus. Eſt tamen 4. etiam *Aucupium* quoddam De
idque duplex: *juſtitiæ*, quo irretiuntur peccatores
Amos. 3. v. 5. & *gratiæ*, quo capiuntur Turdi, deli-
ciæ Dei & Angelorum. Martialis:

Inter aves Turdus, ſi quis me judice certet,
Inter Quadrupedes, gloria prima, lepus.

Hi viſco amoris & fidei adhæreſcunt. Indè ping
ſolet Chriſtus cum virgâ viſcatâ aucupis inſtar, cum
epigraphâ:

Ein Vogelfänger bin ich: reine Hertzen fa[ng]
ich!

*Auceps ſum, viſco illaqueans, ſine crimin[e]
mentes.*

5. *In Palæſtina ferunt eſſe oleas, quæ rubentibus ba[c]-
cis viſcum* ferant: *addunt, illas eam ob cauſam ſter[i]-
leſcere. Nos à noſtrati ſcimus arborum etiam vita[m]
exhauriri*, Scaliger. Pulchrè. Crux Chriſti cruc[is]
mortiſq; noſtræ vim vitamq; omnem exhauſit. S[ic]
Matrem peremit ſua Proles! Undè illud Vulgatum

Mo

Mors mortis morti, mortem mors morte redemit.
Sed tempus est digredi ad alia.

8. Pergamus igitur 6. ad Agaricum. *Fungus est candidus, odoratus, antidotis efficax, in summis arboribus nascens, noctu relucens, quo signo in tenebris decerpitur. Galliarum glandiferæ arbores maximè ferunt*, Plinius l. 16. cap. 8. Fabulosè quædam, ut solet. Nam in coniferis nascitur, ut in Cedris Ciliciæ, Dioscorid. & in Cisalpinâ Galliâ, montibusque Tridentinis, in Laricibus, nec fortè in aliis, Matthiol. undè nostri vocant, *fungum laricignum*, Lerchenschwamm / ut Itali, *Fongo di larice.* Nec noctu relucet, ut ad Plinium Dalechamp. quanquàm fieri potest, ut vetustior reluceat, sicut putre lignum. Democritus *familiarem medicinam* dixit; contra omnes morbos ex obstructione ortos, Cerebri præcipuè, ut morbum Comitialem, apoplexiam, vertigines, & id genus, Matthiolus. Puto hinc nomen habere, Syriaco Araricum, à radice גרע *Garà*, Ajin fortiori cum halitu expresso, quasi d. medicamentum, quod *diminuit, incidit, humores educit*, de quâ virtute idem ex Dioscor. & Galeno. Mauritani *Garich* vocant. Qui in cocciferis, ilice & Quercu, nascuntur fungi, lethales perhibentur à Nicandro: In larice præter agaricum, nasci solent *edules, in cibis gratissimi, sapore inamaro, colore aureo, sæpè triginta librarum pondere*, Matthiolus in Dioscorid. 4. cap. 8. Verbum Crucis, *Medicina verè familiaris.*

Nocte nitens escam dat Agaricus, & medicinam:
Sic Verbum Crucis, est lux, medicina, cibus.

Super

Superest 7. Mel, quod in Ilice apes conficiunt
- *Examina condunt.*

Corticibusq; cavis, vitiosaq; ilicis alvo,
Virgil.

Et constat *melleos rores, è cœlo cadentes, non ali magis insidere frondibus*, Plin. l. cit. *In Hircaniâ fre quens arbor faciem Quercus habet, cujus folia mult melle tinguntur: Sed nisi Solis ortum incolæ occupave rint, vel modico tepore succus extinguitur*, Curtiu l. 6. Histor. Galenus de Simpl. Medicam. refer suo tempore aliquandò, in æstate, in arborun herbarumque foliis, plurimum mellis fuisse reper tum, ut gaudio exultantes rustici canerent. *Jupite mella pluit.* Plura de melle aliâs. Sic aureum secu lum describunt Poëtæ, quod fuit olim, ut Tibu lus: *Ipsæ mella dabant Quercus:* & quod exspecta batur ex oraculis Sibyllinis:

Et duræ Quercus sudabunt roscida mella;
Virgil.

Sic Claudian. *Rorabant Querceta favis.* Et Ovidius

Flavaq; de viridi stillabant ilice mella.

Ea Palæstinæ felicitas fuit, 1. Sam. 14. v. 25. 26. est Ecclesiæ Christianæ, in quâ de Cruce perenn mel manat. - *Prævento Sole legendum*, Sap. 16. v. 2

Aërium cupiens mel Solis prævenit ortum:
Maturato opus est, si sacra mella petis.

8. De uvâ Quercina breviter; excremen tum quoddam fungosum est, ad radices nascens, *f ris purpureo, intùs candido colore* & q. lactifero: sic catum in pulverem redigitur, utilissimum contr dysenteriam & sanguinis fluxus; succus illitu Podagr

Podagricos juvat. Uva dicitur, quia fungi iſti, figurâ ferè cordis, velut acinatim cohærent.. Depingit Bauhinus in Dioſcorid. l. 1. cap. 121. & deſcribit Camerarius in Herbar. Sponſus noſter crucifixus *Candidus eſt & rubicundus*, Cant. 5. v. 10. Inde Paſſio ejus Malo Punico comparatur, à Caſſiodoro, vide quæ dixi Volum. 1. S. Analect. lib. 5. cap. 14.

Purpurea eſt Querna uva foris, quæ candicat intus:
Candida ſic crucis eſt uva, cruore rubens.

Hac ſiſtitur ſanguinis fluvus, Pſ. 51. v. 15. Luc. 8. v. 43. & genua debilia roborãtur, Eſa. 35. v. 3. Heb. 12. v. 2. 4.

Adde quod *Pyra* per inſitionem Quercus tuliſſe bona viſa ſit, Ruellius lib. 1. cap. 22. *In quodam Heræ luco Oleæ & Ilices erant, ex unâ eâdemq; radice prognatæ, nullo humano artificio*, Pauſanias in Arcadicis. Mirum! cùm Quercus, juſtitiæ arbor, Oleæ pacis adeò ſit inimica, ut juxta poſitam enecet. Adde *Suber* natantibus utile, de quo ſupra cap. 13. &c. Quæ omnia ad crucem facile eſt transferre. Hæc nobis omnia eſt: cibus, ornatus, lumen, medicina: Viſcum, quo Diabolus ligatur, qui ſibi ipſi malum creavit: alveus apicularum mellificum: mellis jugiter deſtillantis ſcatebra: fructuum ſuaviſſimorum mater: Tabula, quâ naufragi enatamus ad litus æternæ ſecuritatis. In quâ, ut David canit, *Juſtitia & Pax ſe oſculantur*, Pſalm. 85. v. 11. Miro temperamento, divino artificio!

Quercus atq; Oleæ ſtabili ſe fœdere jungunt:
Cerne crucem; Pax hic juſtitiæq; rigor.

Superſunt multa. Itaque ne caput hoc prolixitate tædio ſit, in ſequens rejiciemus.

CAPUT XVI.

Quercus Materia, usus, cultus, antipathia.

1. PErtinet igitur hoc quoque ad Crucem Domini, quod Quercus est

3. Materiâ firmâ.

Cariem vetustatemque non sentiens, durabilis etiam in undis, inque ipso mari nasci sueta; ut in Rubro, & *in Lusitaniâ glandifera, quibus Thunni, porci quasi marini, pascuntur,* Athenæus lib. 7. ex Polybii lib. 34. histor. - *Quid non effreni Captus amore ausit?* Ovidius.

Ut medio glandes venantur in æquore thunni;
Sic ruit in vetitum captus amore nefas.

Haud timet mortem: cupit ire in ipsos obvius enses, Seneca Medeâ. Haud procul Cauchis, Germaniæ populis, *navigant Quercus cum insulis,* marinis fluctibus avulsæ litoribus; territæ sæpè Romanorum classes, prælium adversùs arbores navale inibant, Plinius lib. 16. cap. 1. - *sors incerta vagatur!* Lucanus!

1. *Ut Quercus, avulsa solo, fert insula circum;*
   Sic natat instabili vita caduca salo.
2. *Sic incerta sui, rapidis ruit obvia fatis*
   Vita hominum, ut Quercus sæva procella rapit;

Hinc ergò est quod æquè, *Quercus*, aut magis, quàm alnus vel ulmus, inter *aquarum potatrices* recensetur, Ezechiel. 31. v. 14. Et ut à robore nomen habet,

habet, sic fortitudinis Symbolum habetur, ut dicam deinceps. Talem cuneis adactis fissam, cùm immissis manibus divellere conaretur *Milo Crotoniates*, tentus ipse, excussis cuneis fissurâ cöeunte, hæsit, pabulumque lupis de se præbuit, A. Gellius & Valer. Max. Confisus - *Viribus ipse suis periit.* Vis consilii expers mole ruit suâ.

Præda lupis fit dira Milo, dùm findere Quercum
Tentat; sic Domini qui sacra ligna, perit.

Ecclesia est *Lapis Probationis*, in quo vires suas quotquot experti, dirupti sunt, Zachar. 12. v. 3. De quo ex Hieronymi Commentario dixi in Theologiâ Symbolicâ. Adde quod Quercui Vita immensa, ut dixi lib. 1. & moles par, Plinius l. 16. cap. 44. Scilicet stat crux Domini æterna: neque folia defluunt, sed semper virent, ut in Ilice. Et, ut versibus Virgilianis dicam, 2. Georg. - *quantum vertice ad auras*

Ætherias, tantùm radice in Tartara tendit.
Ergò non hiemes illam, non flabra, nec imbres
Convellunt; immota manet, &c. quæ sequuntur.

Tale est Regnum Crucifixi. *Regnavit à Ligno Deus!*

Fixa solo, vicina Polo, stat Quercus in ævum:
Frustrà concutiunt flabra hiemesq; Crucem.

In Luco Dianæ Tusculano Ilex erat, xxxv. pedum ambitu caudicis, decem arbores emittens, singulas magnitudinis visendæ, Plinius l. cit. Crux - *Sola facit silvam!* emittens innumeras Quercus Justitiæ. Esai. 61. v. 3. quæ nec aquis vinci possunt, nec in mari putrent, Cant. 8. v. 7.

Sola facit Silvam Sobole, vastissima Quercus:
Sola facit Silvam stirps generosa crucis!

In eodem Luco arborem eximiam Passienus Crispus, Orator, bis Consul, amavit: Osculari amplectique solitus, non modò sub eâ cubare, vinumque illi affundere, Plinius l. cit. *Amor meus Crucifixus est!*

Hic recubare juvat, lacrymarum hîc fundere vina,
Et dare sacratis oscula corticibus.

Sic Aquila in Quercu pingitur, cum lemmate: *Requies tutissima.*

Sub crucis hîc umbrâ recubo, Christiq; sub alis:
An requies usquam tutior esse queat?

Solent autem Aquilæ in altissimis Quercubus nidulari; exemplum dedi in Acerrâ pag. 182. Aquila exta rapiens è manu avo Galbæ, fulgur procuranti, eaque in frugiferam Quercum conferens credita fuit familiæ ejus summum sed serum protendisse imperium, Sueton. in Galbâ cap. 4. *Crux via ad Regnum!*

Corda Sacrata Deo Crucis altâ in stypite, Regna
Sera quidèm spondent, sed sine fine data.

4. Usu ad multa idoneâ:

2. Puta, ad habitacula, supellectilem, naves, pontes, trophæa, coronas, & alia. Dicam paucis. 1. Primi mortalium in Quercubus habitabant: Durum genus. Undè *Silices & Quercus* tales dicti Propertio: quibus *robor & æs triplex circa pectus:* Horat. Hinc Homericum Proverbium;

Non etenim è Petrâ, nec duro es robore natus.

Habet

Habet autem Quercus umbram salubrem & gratissimam. Neque alia materia ædificantibus magis expetitur. *Habet enim, cùm terrenis operibus obruitur, infinitam æternitatem*, Vitruvius l. 2. cap. 11. De Cruce optimè dixerimus: - *hic habitare bonum!* Matth. 17. v. 4. & ex Cant. 2. v. 3.

1. Hic cubo dilectæ Quercus secura sub umbra,
Et dulces condo gutture hiante cibos.

2. Prima cavâ Quercu struxêre habitacula quondàm;
Sub Cruce, Christe! tuâ nos habitare juvat.

2. Ex ilignâ & quernâ materiâ fiunt *axes* plaustrorum, *mallei*, *dentalia* aratri, *Lyrarum juga*, Porta è pluribus. *Crucis ampla Suppellex!*

Hac vehor, hac durum tero cor, glebasq; resolvo:
sustinet hæc gratæ fila canora lyræ.

Ex eâdem navium carinæ & tabulata in lacubus & fluviis: ex Quercubus Remi Tyriorum, Ezech. 27. v. 6. - *Per lignum Salus!* 1. Pet. 3. v. 20.

Hac navi residens, spe remige freta fideq;
Ingredior certum læta salutis iter.

Sic in Arcâ Nohæ *per Lignum redemptio crucis figuratur*, Prosper 2. de Vocat. Gent. cap. 14. Indè Gregorius Nazianz.

Quæro Nohæ navim, mortis quo flumina vitem, &c.

Ut *Ulysses*, *cùm in dulce* Sirenarum *naufragium incidisset*, *cerâ sociorum auribus insertâ*, *se ad malum navis religavit*, ut seque & illos servaret: Sic *omne hominum genus de mortis periculo crucis arbor eri-*

 puit.

puit. *Ex quo enim Christus Dominus religatus in cruce est, ex eo nos mundi illecebrosa discrimina velut clausâ aure transimus. Arbor in navi, est Crux in Ecclesiâ. In hac navi, quisquis aut arbori crucis se religaverit, aut aures suas scripturis divinis clauserit, dulcem procellam Luxuriæ non timebit*, hæc & plura B. Maximus Taurin. de Pass. & Cruce homil. 4. Hæc est crucis victoria! *Fides vincit mundum!* 1. Johann. 5.

In cruce qui religans se, surdâ præterit aure;
Illecebras Mundi naufragiumq; cavet.

3. Romæ *sublicius Pons* ex ilicis materiâ fuit: sine ferro, ære, clavis, subscudibus, ita compactus, ut trabes eximi possent. Sacer habitus, à Pontificibus factus & sæpè restitutus fuit, Plutarch. in Numâ, Dionys. Halicarn. l. 3. cap. 9. Varro de LL. &c. Virtute Horatii Coclitis defensus, *cùm iter penè hostibus dedisset, ni unus vir fuisset*, ut ait Livius lib. 2. *Hác iter ad Cœli Capitolia!*

Unus homo pontem diâ virtute tuetur:
Hoc ponto ad superos, hoc Duce, certa via est.

§. 4. *Cruces intestina fuerunt Trophæorum*, Tertullian. Ita enim Quercus decisis undique ramis efformabatur, ut Crucis præferret imaginem. Hinc *Crucis Trophæum* toties nostris celebratum, è quo non hostium arma tantùm, sed & ipsi simul suspensi, ut Josuæ 10. v. 26. Coloss. 2. v. 15. Tale sibi *Trophæum* in Carmelo, nam in montibus erigi solebant, fecit *Saul*, 1. Sam. 15. v. 12. Vulgatus habet, *arcum*

arcum Triumphalem : Saxeam molem fuiſſe autumant Rangolius & Sanctius, ut 1. Sam. 7. v. 12. & 2. Sam. 18. v. 18. Hebræi *fornicem ex palmis, olivis & myrtis contextum*. Sed Quercus erant in promptu, truncarique aliqua ingens facilè potuit in tranſitu, quæ exuvias hoſtium ferret, titulumque Regis dedicantis : *Hæc eſt manus Saulis* ! Nos dicamus ;

Hæc manus eſt Chriſti cruce fixi ! cerne trophæum,
Et memori grates concine corde Deo !

Orthyades Spartanus in morte erexit trophæum, ſuoq; ſanguine inſcripſit : *Lacedæmonii de Argivis* ! narravi hiſtoriam in Acerrâ, pag. 275. Sic-*JESUS de Morte* !

Sanguine ſubſcripſi Victor de Morte Trophæum !
Neu timeas : tutum carpe, fidelis, iter.

Finis Trophæorum fuit, ut ad poſteros eſſent monumenta victoriæ, gloriæque tam victorum, quàm Deorum, quorum beneficio viciſſent, ut docet Pauſanias in Arcad. Quare ne hoſtibus quidèm, religione prohibitis, fas fuit amovere, ut Vitruvius de Trophæo Artemiſiæ, quod captâ Rhodo conſtituit, lib. 2. cap. 10. - *JEHOVA NISSI*, Exod. 17. v. 25.

Sacra Trophæa Deo vincenti nemo moveto !
Æternum vigeat gloria honosq; Crucis.

Hinc inter finitimos ſæpè inimicitiæ immortales, ut Exod. cit. v. 16. ita Victor noſter - *Ponam inimicitias* ! Geneſ. 3. v. 15.

Erecto Christus, victo serpente, Trophæo,
Dedicat æternæ signum inimicitiæ.

Macedones itaque nulla excitabant, ut hostibus ad reditum in gratiam locum relinquerent: admonito divinitùs, ut ajebant, Carano, regni autore. *Nam cùm victo Cisseo*, qui finitimis imperabat, *Trophæum erexisset, Leo ex Olympo monte erumpens illud evertit*, Pausan. in Bæoticis. Cùm Chabrias Thebanos quosdam prostravisset, ac Trophæum erexisset, Epaminondas deridens; *Hic sanè* inquit, *Hecatæum potiùs erigi decebat!* Sic Hecates statua dicebatur in Triviis posita, aut in gratiam sepultorum. Tale erexit Dæmon de Adamo - *Non Trophæum, sed Hecatæum*. Leo de Cœlo veniens evertit, Apoc. 5. v. 5.

Rex Erebi prostrato Hecatæum erexit Adamo;
Sed Leo de Cœlo proruit adveniens.

De Trophæis plura Alex. ab Alex. 1. Genial. cap. 22. & Tiraquellus ibid. Lacerda in Æneid. 11. &c.

4. Jam 5. notum est, quod habet Alciatus;
Servanti civem Querna corona datur.

De coronâ civicâ, quâ donabatur, *qui civem in prælio servâsset, hostemque occidisset, locumque suum retinuisset*, Plinius lib. 16. cap. 4. & A. Gellius lib. 5. cap. 6. multa quoque Pier. Valerian. in Hieroglyph. &c. Erat è foliis ilicis esculi, quercus, custodito honore glandis. Aberat aurum, ne Salus civis pretio mercabilis videretur. Putabant enim; *hominem servari*

vari lucri causâ nefas esse. Magni tamen hono-
res collati simul: acceptâ perpetuò uti licebat. Lu-
los ineunti assurgebat Senatus. Sedendi jus erat
n proximo Senatui: Vacatio munerum omnium
psi, Patrique & avo paterno. Nec dabatur, nisi
ervatus civis ipse testimonium perhiberet; aliâs
estes nil proderant. Mos laudatissimus, & ater-
nitate dignus, è quo multa priscæ Sapientiæ, fru-
galitatis, modestiæ, mutuæque Pietatis docu-
nenta libare liceat. Causæ cur fronde glandiferæ
rboris constaret, variæ afferuntur, quas habet
Plutarch. in Quæst. Rom & ex eo Porta quoque
Neapolit. l.3. Villæ cap. 5. Boxhornius ad Plutarch.
. cit. &c. Potissima tamen ac fortè sola vera, ex
ntiquissimâ religione: quia Quercus credita fuit
primorum hominum Parens & alumna, quæ vitam
& dederit & sustentârit: quâ causâ Italia, *numine
Deorum electa, ut esset terrarum omnium alumna
& parens*, ut ait Plinius, folio querno assimilari
lebuit. Indè A. Gellius hanc coronam dixit, *te-
tem dari vitæ salutisque perceptæ* Quæ ferè omnia
d eum honorem, quem Crucis suæ merito nobis
alvator comparavit, venustè queant transferri.
Qui Civem fratremque servat, qui periculo proxi-
num eripit - *æternæ*

Allectus urbi municeps,

Gestat Coronam civicam,

t de S. Laurentio canit Prudentius hymn. 3. Peri-
teph. sub fin. Ea tamen non aliundè, nec merito
ostro, paratur; sed ex Cruce venit Dei ac Domi-
i nostri. Hinc Lucanus:

Servati civis referens insignia Quercus.

& Claudianus 2. de Laud. Stiliconis:

Mos erat in Veterum castris, ut tempora Quercu
Velaret, validis qui fuso viribus hoste,
Casurum potuit morti subducere civem.

Hæc Regum *felicitas, multis salutem dare, & a[d] vitam ab ipsá morte revocare, & mereri clementi[a] Civicam. Nullum ornamentum Principis fastigi[o] dignius, pulchriusque est, quàm illa Corona: O[b] CIVES SERVATOS!* Seneca lib. 1. de Clement. extremo. Legitur hæc inscriptio in num[is]mis antiquis, in quibus ex una facie Imago Imperatoris, ex alterâ Corona Querna visitur. Und[e] multa emblemata fingi possunt. 1. *Ob Cives servatos:* vel - *Servati præmia Civis!*

Qui fratrem servat Casurum datq́ salutem,
Huic Crucis è folio Querna corona datur.

2. *Non nobis, Domine, non nobis!* Psalm. 115. v. 1. *Deus sua dona coronat!*

Civica, servanti fratrem tribuenda, corona,
Non nostris meritis, de Cruce, Christe, venit.

3. *Gratis accepistis, gratis date!* Matth. 10. v. 8.

1. *Quisquis amat purè, pretium non quærit amoris:*
Gratis, à Domino quæ data, danda salus.

2. *Grande nefas, hominem lucri defendere causá:*
Qui servat; poterit perdere nonne, dato?

4. *Fa-*

4. *Facite vobis amicos!* Luc. 19. v. 9.

1. *Ut cœlo capias Servati præmia Civis;*
Serva, quos Testes tunc tibi adesse velis.

2. *Præparat in terris felix opulentia Testes,*
Queis sine, de Cœlis Civica nulla datur, &c.

5. *Leges coronæ civicæ.*
Premia vis; serva cives, hostesq; trucida,
Et positus fueris qua statione, mane.

Sed progredi oportet. Est Quercus

5. Religione Sacra.

5. Cœpit illa paulò post mundum è diluvio renatum. *Origo* fuit divina in Quercubus apparitio, dataque indè SS. Patribus Oracula. Jam tùm elegerat Dei Filius arborem, in quâ olim suam majestatem, in summâ humilitate passionis suæ, esset revelaturus: ubi, ut S. Paulinus canit,

In Cruce fixus homo est, Deus è cruce terruit orbem:
Mortem homo, verùm mors ipsa Deum patitur.
In cruce pendet homo, Deus è cruce crimina donat:
Et moriens Vitam criminis interimit,

In Obit. Celsi. Hinc mos ad Gentes deditus, causâ tamen ignoratâ. Indè *Sacra Jovi Quercus, de Semine Dodonæo*; atque *habitæ Grais oracula Quercus.* Solebant enim Dodonam ire, ut Homerus habet.

Ἐκ Δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακοῦσαι,
Ut Jovis acciperent de celsâ oracula Quercu.

Dabant

Dabant autem ibi reſponſa *Columbæ*, Pauſan. Achaicis. Sic dicebantur fœminæ *Sacerdotes*, fat dicæ: ex alluſione vocabulorum Syriacorum, ut do cet Bochartus in Canaan p. 822. Nam חמאם *hemam* Columbas, אמאם *Emam* Sacerdote ſignificat. Unde *Semiramis* quaſi *Serimamis*, Co lumba montis, ibid. Fuit hoc oraculum in Græci antiquiſſimum. Origo tamen è Phœniciâ, undè ad volâſſe dicebantur iſtæ Columbæ. Nam Phœnici navi advectæ ſagæ, præſtigiis ſuis perſuasêre, rudi bus tùm & divinarum rerum ignaris, Pelasgis, pro pè Dodonæam Quercum, juſſu divino, Jovis ora culum condendum eſſe, ut multis Herodotus in Euterpe l. 2. *Columbæ* dictæ ſunt, non tàm quod eſſent barbaræ, Syræ quippè, ut putat Herodotus; neque quod alluſione nominis eſſent Sacerdotes etſi non rejicio; aut quod Diabolicis artibus Co-lumbis uterentur, reſponſa daturæ: quomodò Corvi quoque oracula edidiſſe leguntur apud Cle-ment. Alex. Protrept. & Cornices prodigio locu-tæ, &c. Sed quod, Pater Novi generis humani, No-ha jam in diluvio, primum quaſi felixq; augurium à Columbâ accepiſſet: quæ jàm tùm Spir. San-ctum præfigurabat. Ita æmulante ſemper Dei glo-riam Diabolo. Vide, quæ breviter dixi *de Colum-ba Duce Argonautarum, & Æneæ* in Accrrâ l. 2 n. 204. Pinge Columbam in Quercu, & adſcribe: *Hinc vera oracula diſce!*

Non dubia è Cœlo quicunq; oracula quæris;
Diſce, quid è Quercu ſacra Columba canat.

Nam, ut ait Auguſtinus in Johann. *Lignum cui affixa*

fixa sunt membra patientis, Cathedra fuit Magistri centis. Contrà Diabolus ex nigrâ Ilice quasi spondet, ut homines in errores & scelera sedu-t. Hinc illud:

Sæpè sinistra Cavâ prædixit ab ilice cornix.

apud Horatium l. 3. oda 17. - *aquæ augur Anno-Cornix*, atque iterùm oda 27. *Imbrium divina is imminentum:* quam Euphorion ideò dixit τομάντιν. Sanè cùm nigra ista & garrula cornix, r serpentem, cum Eva sermones sereret, potuis- hæc jam tùm prævidere secuturas tempestates *si mens non læva fuisset.*

> 1. *Eva cave! nigrâ responsa dat Ilice cornix:*
> *Decipit auguriis illa sinistra suis.*
> 2. *Absuge! ne nigrâ te fallat ab ilice cornix:*
> *Hac tempestates voce ciere solet.*

sset quis piè cogitare, arborem vetitam Glandi-am fuisse: ut in eodem ligno expiatum admis-nq; fuerit peccatum. Neq; deessent argumenta. n aliam elegit magis semper Diabolus, in quâ mines seduceret: neque alia magis placuit Deo, quâ suos ab errore revocaret.

Sic ergò *religio Symbolica Quercus* in supersti-nem vertit, & ex Oriente navigavit *in Græciam:* lè per orbem sparsa, *ad Druidas Gallorum* perve-. *Nihil illi habebant robore sacratius*, Plin. 16. . 44. Hæsitq; diu posteris Germanis: *Sanctiva bor* dicebatur, adorabaturq;: vix ut Zelo stu-que summo Christianorum doctorum exscindi es arbores, evellique animis superstitio potuerit, e Serarii histor. Mogunt. l. 3. in Vita S. Bonifa-

cii,

cii, & Miscell. Vitam Kiliani. Multa de hac Sche
dius de Diis Germanor. Syntagm. 2. cap. 24. inte
alia hoc more dedicatam Sanctivam Quercum
Luci pulcherrimam eligebant Druides: ramo
utrinque duos extantiores sursùm religabant ad sti
pitem: ubi coibant illi, inscribebant *Thau*, signun
salutis, in summo stipite; in medio nomen *Thara*
mis; in dextro *Hesi*, & in sinistro ramo *Beleni*. Si
ait, SS. Trinitatis Mysterium adumbrare voluiss
Non credo tàm fuisse catos & doctos: confict
à Christianis, veri videtur similius. Non nego ta
men ineffabile illud arcanum, Patribus quoq; olir
fuisse cognitum, potuisseq; ad istum modum, visi
bili quodam Symbolo, rudibus exponi. - *Nos*
Deum via sola salutis! Epigramma dabit Prospe
Aquitan.

Quod Pater, hoc verbum Patris est, simu
hoc utriusq;
Spiritus, hic Deus est unus, & una fides!

Hoc ante Evangelium prædicatum nescivisse Dru
das, nemo puto negaverit. Plus tamen de prima
vâ Traditione retinuisse, suisq; discipulis *in arcan*
specubus tradidisse, per manus ad posteros prop
gandum, ut docent Cæsar & Pomp. Mela, mult
sunt argumenta. Lucanus tàm celebres fuisse ind
cat, ut judicatum fuerit; *aut Solis illis nosse Deos &*
Cœli Numina concessum; aut Solis negatum fuiss
Adeò singularem ipsorum Theologiam fuisse opo
tet. Atque id primò certum habebant; *animas no*
interire: deindè *Unum semper Deum inculcarun*
ut Origenes docet in Ezechiel. Huic tamen dive
sa i

indita nomina, & distributa munia. Hinc *Tara-nis, Hesus, Belenus:* quæ nomina Syriacæ Originis se demonstrat Bochartus in Canaan p. 735. & seq. quasi his nominibus colore voluerint *Jehovam To-nantem*, à רעם tonitru dictum: *Fortem Bellato-rem*, עזוז *Hizzuz* Psalm. 24. v. 8. dictum, & *Belum*, Dominum, quem Galli Βέλιν, Lacones Βέλα, Cre-tenses 'Αβέλιον dixêre, Apollinem interpretati. Quod Galli hodierni tradunt: *Druidas in celebri Basilica Carnutensis Crypta aut specu, Aram sacrâsse Virgini, quæ Deum paritura esset*, ut habet post alios Ægidius Bucherius in Belgio Rom. l. 5. cap. 3. mitto. Sacrificia humana, quibus - *immi-tis placatus, Sanguine diro, Teutates* ut cæteræ gen-tes, immani Diaboli fraude, ex corruptâ antiquâ fide, de Sacrificio crucis, acceperunt. Sed in viam redeundum est.

8. Sed & *in Italiâ* antiquissima fuit Quercuum religio. *Vetustior urbe fuit Ilex in Vaticano: in quâ titulus, æreis literis Hetruscis, religione jam tùm di-gnam fuisse significabat. Titulus* ergò inscriptus, ut vis, *Apud Tiburtes quoque, qui originem multò ante urbem Romam habent, tres exstabant Ilices, etiàm Tiburte conditore eorum vetustiores, apud quas in-auguratus traditur:* Ut Abimelechus sub Quercu Sichemiticâ, dixi suprà cap. 14. num. 1. hæc ex Plinii l. 16. cap. 44. Atq; hac causâ fortè Socrates per Quercum jurare solebat, &c. Nobis Crux Sancti-ssima Arbor est, non illa lignea, aut ad ejus exemplum facta; sed quam Dominus Sanguine suo dedica-vit: passio crucis, spes fidelium. Absit ut Idolum

facia-

faciamus ex Trophæo, quod de Idolis eorumq; autore victo fixit Dominus, Zachar. 13. v. 2. Pagana superstitio *ex Quercu, Ilice, subere prima fecit simulachra*, Esaias 44. v. 14. Pausan. in Arcad. qui ibid. retulit: in suburbanis Orchomeniorum, venerationi fuisse imaginem, Cedro arbori inclusam, *Dianæ*, quam ideò *Cedreatin* dixerint. Quomodò hodiè *Divæ Foyensis imago fictilis*, Virginis nempe θεοτόκου puerulum Jesum gestantis, *colitur: quam in prægrandi & annosâ Quercu inclusam repertam cum succideretur*, ajunt, de quâ Nierembergius de Mirac. Europæ lib. 1. cap. 69. Longobardorum lex fuit: *Si quis ad Sanctivam Arborem adoraverit componat medietatem pretii sui in sacro Palatio.* Qui ex lignea Cruce Sanctivam facit arborem, medietatem pretii sui, quo emptus est à Domino, ligno tribuit. At ille aut totum poscit, aut totum spernit. Sed hæc alius sunt loci. Deniq; ut absolvam, est Quercus

6. Virtute & Antipathiâ mirâ.

9. Nam si juxta *Nucem* seratur, enecatur Quercus; si juxta *oleam*, enecat ipsam. *Serpentem* injectis foliis quernis emori; *Leonem* iis calcatis torpescere, perhibent Pamphilus, Zoroaster, alii apud Portam & Ruellium. Ilex multo flore fructuq; gravis, hiemem diuturniorem significat, Didymus & Cassianus ex Arato: addunt fertilitatem anni portendere. Eadem fulmine frequentiùs icitur, &c. *Nux juxta Quercum*, Judæorum perfidiam denotare potest, ut de Nuce dicam: hac perit

Crux

Crux Domini in pereuntibus, perditque virtutem suam, 1. Cor. 1. v. 23. Matth. 11. v. 6. *Grande spectaculum!* ut ait Augustinus: *Sed, si spectet impietas, grande ludibrium!* hoc est *Scandalum crucis!*

Ut Quercus vicina Nuci deperdit honorem;
Sic crux ingratis nil nisi ludribrium est.

Quod *de serpente & leone* dictum, accipiat quisque ut volet. Christus Crucifixus, Virtute Passionis suæ, Monstrorum domitor, inferorum terror est.

Domuit crux omnia monstra.

1. *Attigit inferni simul ac crux antra Tyranni,*
Mortuus est coluber, diriguitque leo.
2. *Ut folio Quercus serpens perit, & leo torpet;*
Sic perdunt Stygias Cruxque fidesque feras.

CAPUT XVII.

De Quercu Regiâ Danielis.

BAbyloniorum Rex potentissimus Nabuchdonosor Arbori proceræ comparatur Daniel 4. v. 8. 11. Ea in fontibus expresse vocatur אילן *Ilan*, id est, *Elon*, à fortitudine, *Robur*. Ile[...] ratio comparationis ducitur 1. à descriptione, [2.] ab excisione. Ac de hac quidem plura addere non est opus. Describitur 1. *à situs conditione*; quod visa fuerit *in medio terræ*, hoc est, *in civitate Babylonis*, *quæ juxta sententiam Alfragani est in quarto climate. Cosmographi enim terram secundum latitudinem in septem partes diviserunt, quæ appellantur climata: ex quo colliges, quartum clima esse*

 medium

medium terræ habitabilis, ita Hector Pintus h. l. ſubtiliùs, quàm veriùs. D. Lutherus bene vertit: Mitten im Lande: in medio regionis: in Chaldææ meditullio. Nec enim credibile eſt, in ſomnio Regi oſtenſam Terram habitabilem univerſam: & medium, more S. Scripturæ, non adeò Mathematicè accipiendum eſt. Reges Medium occupant regni ſui, undè in omnia extrema proſpiciant, ſuamque potentiam extendant. Suaſit hoc Alexandro *Calanus Gymnoſophiſta:* nam projecto in medium retorrido tauri corio, cùm nunc has nunc illas oras calcaret, cæteræ ſemper aſſurgebant: Sed cum medio inſiſteret, quievêre omnes. Sic faciendum monebat; ſi media regni tenéret, extrema omnia pacata fore & quieta, *Zonaras* 1. Annal. 2. *à ſtatus altitudine*; nimiâ, ut ad cœlum pertingeret, & ſupra omnes alias emineret. De quâ in Cedro. Rex enim in regno eſt, quod Deus in cœlo; hoc ſolo inferior. 3. *à roboris fortitudine*; erat enim amplitudine immensâ, *magna & fortis:* quales Quercus jam vidimus: 4. *a ramorum latitudine*, quà terminos univerſæ regionis amplectebatur; 5. *à foliorum, fructuumque multitudine*, quâ regni ſplendor, opesque ſignificabantur, quibus ſubjecti omnis ordinis ſuſtentabantur. *Folia*, inquit Theodoretus, *vocat decus illud, quod conſpiciebatur in paludamentis, throno, ſatellitibus, &c. Fructus, tributa: animalia ſubtùs: homines, ferino more viventes, barbari: aves ſuprà, qui acutiore & mitiore ingenio.* Hector Pintus; *poteris*, inquit, *per volucres adulatores intelligere, vel homines leves &* *men-*

mendaces; vel qui, dediti vanitatibus, affectant opes & dignitates; vel eos, qui altâ mente præditi, in sublime evolant. Et mox: *belluæ erant in terrâ, aves in ramis; quia apud Reges justi & docti debent esse suprà constituti, in dignitatibus & honoribus: insipientes autem & impii ab omni gubernatione & principatu separari.* Scitè! hoc est - *Specimen florentis Reipublicæ*, ut disciplinarum professoribus opulenta præmia pendantur, *Symmachus* l. 2. Epist. 21.

Si ramis volucres sedeant, animalia humi stent;
Hæc erit imperii lausq́ decusq́ boni.

ta Marbodeus vetus Poëta Gallus de Lapid. preios.

Rex Pyrrhus digito gessisse refertur Achaten,
Cujus plana novem signabat pagina Musas,
Et stans in medio Cytharam tangebat Apollo;
Naturæ, non artis opus - -

Reges erunt Nutritii tui! Esai. 49. v. 23. vide Theoog. Symbol. cap. 150.

Ille Deo similis Rex est quicunq́ Camœnas
Diligit, & digito fertq́ refertq́ suo.

2. *Origenis sectatores* hanc visionem, non de Nabuchdonosore, sed *de Diabolo* interpretabantur; unc post multa secula pœnitentiam acturum, & ristinam dignitatem, ampliorem que recuperatuum docebant. Argumenta erant 1. *Quod fieri nequiverit, ut in delicis educatus septennio toto fœno esceretur: 2. ut tot annis sine corporis laceratione nter bestias vixerit: 3. ut, regnum amenti tamdiu servaretur, & interim absque rege fuerit: 4. aut si tis successerit, quod adeò fuerit vecors, ut cederet*

imperio, quod tanto tempore possedisset. Nugæ meræ, quas neque Hieronymus responso dignatus est, ex quo hæc. Addebant 5. *Imperium Nabuchdonosoris non extendisse se per universam terram: orientis tantùm tenuisse provincias, id est, Asiam: non Europam & Libyam.* Resp. Hieronymus, per hyperbolen describi. At 6. inquiebant, *Chaldæorum historias nihil tale continere: nec potuisse fieri, ut qui de minoribus scripserant, majora reticerent.* Resp. non tacuerunt. Meminit furoris hujus Abydenus apud Eusebium l. 9. Præparat. cap. ult. ubi & Megasthenis fragmentum, & Vaticinium Regis enthei, *de Mulo Persâ*, qui babylonem eversurus sit: vide Josephum & Theodoret. Justum fuit, ut hominis amitteret speciem, qui Deo par aut superior esse volebat, humanamq; mentem ferinâ crudelitate exuerat: maximè ideò, quod Oraculum Danielis sprevisset, Propheticasq́; literas susq́; deq́; haberet! *Quid enim est homo sine literis? nunquid non bos vel asinus?* Augustinus ad Fratr. in Eremo. *Bos Coronatus* ut Alphonsi celebre apophthegma habet. Quod de his literis verissimum.

Qui Sacra contempsit Supremi oracula Regis,
Non Regis præfert, sed bovis effigiem.

Arrianus lib. 8. describit Barbaros quosdam Indos, efferato huic Regi ferè similes: *corpore hirsuto, capitibus & unguibus ferinos. Nam cum ferro carerent, unguibus secare ligna & pisces exossare consuevisse, pellibus ferarum, grandiumve piscium tergoribus vestitos.*

3. *Reges* interim regnaque *proceris arboribus* compa-

comparari non est novum. Laurum, Cedrum, Vitem, Ficumque suis locis videbimus. De Pompejo Lucani elegans emblema est - *stat magni nominis umbra!*

Qualis frugifero Quercus sublimis in agro,
Exuvias veteres populi, Sacrataq; gestans
Dona Ducum, nec jam validis radicibus hærens,
Pondere fixa suo est: nudosq; per aëre ramos.
Effundens, trunco, non frondibus, efficit umbram.
Ac quamvis primo nutet casura sub Euro,
Tot circum silvæ firmo se robore tollant,
Sola tamen colitur, &c. lib. I.

Corippus de laudibus Anastasii Quæstoris,

- - - - stat fertilis arbor,
Sacrorum in medio nemorum pulcherrima visu.
Per mundi spacium ramos quæ tendit opacos,
Fructibus omnigenis, etiam sine tempore, plena,
& nova maturis admiscens germina pomis.
Cujus apex summi contingit sidera Cœli,
Et radix de fonte bibit, Sacrisq; fluentis
Expandit satiata comas, & nubila supra est.

Ita idem de Justiniano defuncto lib. I. de Laud. Justini cap. 13.

Arbor uti mediis avibus gratissima campis,
Annis victa cadens, antiquum robur opacis
Servat adhuc foliis, & corpore fusa supino,
Languida per latas expandit brachia terras:
At circum querulæ volitantque sedentque volucres,

Mærentesq́ dolent sedem cecidisse priorem,
Et quærenda novis arbor placet altera nidis.

Scythæ graviter ad Alexandrum: *Quid tu? ignoras arbores magnas diu crescere, unâ horâ exstirpari? Stultus est, qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide, ne dum ad cacumen pervenire contendis, cum ipsis ramis, quos comprehenderis, decidas!* Curtius lib. 7. cap. 8. Indicat Quercus breviter, 1. *Regiæ dignitatis majestatem*; sunt enim Sacræ quasi & Sanctivæ arbores. Principibus summum rerum imperium Deus dedit. Subditis obsequii gloria relicta est. 2. *Præcellentiæ sublimitatem*; nam à Deo sunt secundi, post Deum primi, Tertull. Apologet. cap. 30. de Tali Quercu notum illud - *Cætera tantum*
Silva sub hac omnis, quantum fuit herba sub illâ.

3. *Potentiæ firmitatem*; non facilè succumbunt.

Duris ut ilex tonsa bipennibus,
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animumq́ casu, Horat. 4. od. 4.

Sacra Jovis Quercus validis radicibus hærens,
Perstat: sicca Noti concutiunt folia.

Alciatus Emblem. 42. ubi vide Minoëm. Hinc Quercus fortitudinis & firmi imperii Symbolum, Pier. Valerian. l. 51. Hieroglyphic. Ferè semper reflorescit & repullulat regum majestas, salvâ stirpe, ut Dan. 4. v. 11. Adde 4. *fructuum utilitatem*; hinc Artemidorus ait in Onirocriticis l. 2. cap. 25. *Quercum significare viros opulentos, propter alimoniæ copiam*: & 5. indè *debitam benignitatem*.

Quare

Quare sub Augusto cœpit mos, ut ante palatii fo-
res *duæ* ſtarent *Laurus, è quibus Corona Querna*, ci-
vica nempè, *dependeret*; Is honor habitus Impe-
ratori, ὡς καὶ ἀεὶ τοὺς πολεμίους νικῶντι, καὶ τοὺς πολί-
τας σώζοντι, ut qui didiciſſet

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Dion 53. Hiſtor. Tertullia. Apologet. cap. 35. De
Lauru Ovidius:

Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos,
Ante fores ſtabis, mediamq; tuebere Quercum.

Staret utinam ante fores omnium Palatiorum! ut
ingredientes monerentur, Rempublicam ſtare
Præmiis & Pœnis.

Quid geminas inter laurus vult Civica Quercus?
Præmia danda bonis, ſupplicumq; malis.

Adde denique 6. *Periculorum gravitatem*; à ferro,
ventis, tempeſtatibus. *Ex Decreto Vigilum Dei!*
ut apud Daniel. *Alta cadunt!* Maximè cuique for-
tunæ minimum fidendum eſt, Livius.

Fulmine diſcutitur Quercus, ſtat tuta Myrica:
Abjectis parcit, ſternit & alta Deus.

Ita veteres dicebant; *Jovem, feralem manubiam,*
quæ vaſtat, ſtatumque mutat publicum & privatum,
non mittere, niſi adhibitis in conſilium Diis Superiori-
bus, Seneca Quæſt. Nat. l. 2. cap. 41. ſic vocabant,
quos Daniel *Vigiles*, & agnoſcebant eſſe Θεοῦ παῖδας,
Max. Tyrius diſſert. 1. ut dicuntur Jobi cap. 38. v. 7.
Ita, apud Victor. Uticens. 2. Vandal. Perſecut.
Paulus Epiſcopus arborem vidit ad cœlos ramis flo-
rentibus extenſam, omnemque ferè Africam opacan-
tem: ſed cum univerſi ejus magnitudine & ſpecioſitate

gauderent; ecce! subitò venit asinus violentus, qui cervicem suam super robur radicum ejus defricans, impulsu suo, mirabilem illam arborem, cum ingenti sonitu elisit ad terram. Arbor fuit Ecclesia Africana: Onager, Hunnericus Tyrannus. *Nisi Dominus custodiat!* Psalm. 127. v. 1.

> *Quam Dominus sevit, nisi custodiverit idem,*
> *Heu facili casu sternitur arbor humi!*

4. Addam pro epithecâ alia quædam emblemata, desinamque *de Quercu* plura dicere, ne quis dicat: ἅλις δρυός. 1. *Quercum Danielis* notant significare lapsum Adami; *- tamen hinc succisa resurgam!*

> *Decreto Vigilum Succiditur arbor Adami;*
> *Sed stirps in melius cœlicâ restituit.*

2. Ecclesia similis est *Querceto natanti*, vide cap. præced. 16. num. 1. *Terribilis, ut Castrorum acies!* Cant. 6. v. 9.

> *Ut natat, ut sævos agitat terroribus hostes,*
> *Quercetum Domini! vis tamen omnis abest.*

3. Northusii cum *Henricus* Thuringiæ Landgravius, *Munificus* dictus, & alio nomine *Malleus*, Equestres Ludos ederet, Arborem in medio statuit argenteam, foliis aureis & argenteis. Ex his dabatur vincentibus brabejum. Fuit non inferior Xerxis Platano - *Henrici argentea Quercus*, de quâ Georg. Fabricius in Marchionib. Misnensibus. Sic de Theophilo, Michaëlis Balbi filio, Græcorum Imp. Glycas p. 4. Annal. *Arbores*, ait, *aureas fecit, in quibus omnis generis aviculæ considentes, melleum quendam fundebant cantum:* addit & alia organa πνευματικὰ effecisse. Brabeutes noster est, *- & cle-*

- *& clemens & justus!*

Malleus est duros adversus Jova rebelles;
Dona auro contrà dans pretiosa suis.

4. Materies Ilicis facilè se frangit & dissilit sponte sua: ob id Pericles Bæotios Ilici similes dixit, quod se ipsos intestinis dissidiis conficerent, *Porta.* Ita vinciri salicibus solet annosa, ne dirumpatur. Hinc illud Camerarii Embl. - *Ne rumperer.*

Consilio moderato animos frenato furentes,
Ut rigidas Quercus vimina lenta solent.

Utinam Christiana mansuetudo & pax diffidentum animos vinciat; *Vincitur, nisi vincitur!*

En Quercus dirupta ruit! jam brachia nutant!
Victa Noto, nisi pax vinciat alma, cadent.

Obsequium juvenum, vita senum.

Annosas Quercus ceu vimina lenta tuentur;
Sic juvenum pietas obsequiosa, senes.

Nam *Quercus propter annositatem senes significat*, Artemidorus.

5. Robur dulcibus aquis demersum nullâ marcoris tabe conficitur; sed mari maceratum, conditumque, putret: quasi dulcibus gaudeat, & salsas horreat aquas, *Porta.* - *Vitam Sacra dulcia præstant.*

Dulci gaudet aquâ Quercus, marcetque marinâ:
Sic Verbi vivit læta liquore fides.

Sed de quercu satis, aut fortè nimis.

CAPUT XVIII.

De Berosch, Abiete.

I. POst glandiferas sequuntur *Coniferæ*, & prima quidem *Abies*, crebrò memorata S. Literis. Nam alias, quarum rarior mentio est, jam dedimus suprà, ubi de *Brutâ*, *Pinu*, *Cupresso*. Esse *Berosch Abietem* propiè, citatis præcipuis S. Scripturæ locis, ostendi cap. 4. Singula excutiemus h. l. Ac de locis quidem Esai. 41. v. 18. 19. & cap. 55. v. 13. & 60. v. 13. dictum citato cap. 4. satis est: ubi *Berosch* recensetur inter eas, quæ in Libano, & desertis aquosis nascuntur, proceritate ac pulchritudine præstantes. Apud eundem Esaiam cap. 37. v. 24. μίμησις est Assyrii Regis, de se gloriantis: *Adscendi super altitudinem montium, ad latera Libani, & succide electa* ברושיו *Beroschav* abietum ejus: Lxx. τὸ κάλλ☉ τῆς κυπαρίσσου. *pulchritudinem Cupressi*: alii, *electas pinus*, aut *fraxinos*, *Quod*, inquit Hieronymus, μεταφορικῶς *de gentibus earumq; principibus, debemus accipere*. Vel de regionibus & urbibus munitis, ut mox v. 26. Respondet Deus etenim; id, *quicquid potuit, suo potuisse arbitrio & justo decreto. Merebantur enim impiæ gentes & infructuosæ arbores, ut per te quasi securim & serram meam succiderentur & caderent*, Hieron. sunt enim - Iræ instrumenta Tyranni.

His veluti ferris abies procumbit humi; cùm
Vindicat irati crimina dextra Dei.

Notandum autem, quod hic quoque, ut aliis pluribus

bus locis, *Beròſch*, ſivè *Abies Cedro* jungatur, tanquàm dignitate proxima. Sic de caſu Regis Babylonii, *lætatæ Beroſchim abietes cum Cedris Libani*, quaſi d. *ex quo tu jaces, jam non aſcendit, qui ſuccidat nos*, Eſai. 14. v. 8. Elegans Proſopopœja. Contrà Zachar. 11. v. 2. *Ulula Beroſch, quia cecidit Cedrus*. Lxx. ὀλολυζάτω πίτυς, quo vocabulo *Picea* intelligenda, non *Pinus*: hæc enim πεύκη, dicitur, ut Dodonæus probat, *de Piceâ* agens: eſtq; ea arbor abieti non abſimilis, ut dicam. Qui Cedris non pepercit, non parcet abietibus; meritò tremunt trabes, cum ruunt columnæ.

2. Ezech. cap. 31. v. 8. dicitur quod *Cedro Aſſyriacæ neq; aliæ Cedri, neque Beroſchim pares fuerint; neque etiam Armonim*: Lxx. habent neque πίτυες, neque ἐλάται: Vulgatus, *neque abietes, neque platani*. Apud eundem deſcribitur *Navis Tyria*, quæ *malum* habuit *Cedrinum* è Libano; *remos quercinos* Baſan; *tranſtra*, Bäncke und köſtliche Geſtühl/ *ex buxis ebore obductis*, ex Italiâ petitis, de quo Bocharus in Phaleg. l. 3. cap. 5. alii aliter; mira enim varietas eſt, de quâ non libet hic agere. Inter alia ait Propheta, quod huc ſpectat; *Abietibus de Sanir ædificaverunt tibi, cum omnibus tabulatis*: ut indicaret; Navem & omnia tabulata ejus fuiſſe abiegna. De Lxx. lege h. l. Hieronymum, quàm longè à fontibus receſſerint. Habent hic palum quaſi, ad quem ſe exerceant, qui hos rivulos fonti præferunt, ut nuper *Iſaacus Voſſius*, vide Ezech. 27. v. 5. ſeqq. Apud Hoſeam cap. 14. v. 9. promiſſio eſt divina: *Ego*, inquit Dominus, *ut Beròſch virens*;

ex me

ex me fructus tuus inventus est. Ubi videtur & perennis viror, & fructus aliquis tribui huic arbori: Lxx. ὡς ἄρκευθος, *ut juniperus*, Vulgatus ut ferè semper *ut abies*, & cæteri similiter. Psalm. 104. v. 17. *Ciconia*, Chasida, *Beroschim domus ejus.* Ubi Lxx. & Vulgatus ex iis mirè: τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν, *Herodii domus dux est eorum*, vel *præsidet illis*, quasi d. altior est omnium avium nidis, quasi sedeat *in capitibus illarum*, uti videntur legisse. *Herodium* Hesychius ait esse εἶδος ὀρνέου Tirinus in Idiotism. num. 11. aliâs *milvum* converti, ut Zachar. 4. v. 9. aliâs *ciconiam*, ut hic & Job, 39. v. 13. Subindè *upupam*, ait. Jansenius: *Suidas Ciconiam putat, aut avem similem: alii Ardeam: Augustinus, fulicam legit, id est, mergum.* Quæ ut omnia sit Chasida, quomodò fieri poterit? In fontibus limpida omnia. Nam etsi dubitet quis quænam sit hæc *Pia avis, pietati-cultrix*, quæ agnomina. Ciconiæ propria? tamen alia esse nequit, quam quæ & laudem habeat pietatis, & nidum in abietibus. Quæ supersunt S. Scripturæ loca *de Beròsch*, agunt de materiâ ligni & usu, suo mox loco explicanda.

3. Ex his apparet, 1. *Beròsch* omnium optimè *Abieti* convenire, quod res mox ipsa docebit: atque ita vulgatum ferè constanter posuisse. Secuti sunt plerique Latini & nostri Interpp. Nam qui *Fraxinum* malunt, & refutari facilè possunt, si quis dicta dicendaque applicet, & non magnis moventur rationibus. *Avenarius* cùm ita disputat; est *fraxinus utilis hastis*: est quoque *Beròsch*, ut audiemus

diemus: Ergò Berôsch est Fraxinus: Ex puris particularibus infert conclusionem. *Marinus*: Ego *Berôsch fraxinum* dicerem, *consentiente voce latinâ*. Sed qui fraxinum â *Berôsch* Hebraico derivaverit, ridebitur. Amontibus *confragosis* dici ait Isidorus; verius à *fragore*. Illud, 2. miror, qui Lxx. eandem vocem tot modis reddiderint, *Cupressum*, *Piceam*, *Juniperum*, *quin & ξύλον* simpliciter Esai. 4. v. 8. Nam quod dicunt, qui hanc versionem quasi θεόπνευστον adorant: *Videri, apud Hebræos pauca esse distincta arborum nomina, eaque significationes habere genericas, & includere multas species, etiam æquivocas*, ut ait Bonfrerius in Præloq. S. Scr. præfixo Commentario in Pentateuchum, pag. 62. id facili responso refellitur: *non videri*. Contrarium passim toto hoc libro apparet. Neque dubium esse potest, cùm Deus de arboribus tàm sæpè doctrinarum exempla acceperit, de notis & certis locutum esse. Et quis credat adeò rudes fuisse hujus philosophiæ, viros omnium, quotquot Sol adspexit, sapientissimos, ut *de cepis* fortè locuti, *de alliis* possent intelligi? Cum tot distincta extent plantarum nomina, non dubium est, quin plura in vernaculo usu fuerint, quæ in S. Codice non extant. Quid ergò? Lxx. Interpp. adeò vel patriæ linguæ, ejq; rusticæ & arborariæ; vel Græcanici sermonis fuisse rudes? an, quod illi admiratores illorum contendunt, *Spiritum Sanctum*, *hæc dictantem*, veram notionem nominum, tàm quotidiano usu familiarium, *vel non potuisse inspirare*, quod cogitatu quoq; blasphemum est; *vel noluisse*, ut crucem

nobis

nobis figeret, & objectâ ambiguitate, hiantes nos dimitteret? quod annon æquè blasphemiæ sit affine dicere, ipsi viderint. An, quod verisimillimum est; dicemus potiùs, *hanc*, quæ ab aliquot retrò, & quidem multis, extat seculis, *Versionem Græcam, non LXX. Interpretum; nec unius, sed diversorum operâ confectam, passim vitiatam, corruptamq; esse?* Quod etiam Vulgatæ versioni, imò & nostræ Germanicæ, accidit alicubi. Hinc tanta varietas. 3. Denique illud tamen non negabo, *cognatis arboribus & parum differentibus, unum esse Hebraicum nomen in S. literis.* Quamobrem, ut nomine *Erez* variæ Cedrorum species, *Elon aut Allon* omnes glandiferæ continentur; sic non negabo, *Beròsch Abietem & Piceam* posse complecti: quæ *adeò inter se sunt similes, ut sæpè etiam fabros lignarios fallant*, ut docet Matthiolus. Nostri *abietem* weisse Tannen/ *Piceam* rohte Tannen appellant.

4. Ut *Abies* ab abeundo; sic ἐλάτη ab ἐλάω: est enim ὀρεγνομένης: crescendo in altum *progreditur*, & cœlum petit recto stipite. *Cedrum*, ut ait Bellonius, *adeò æmulatur, ut dicere possimus Cedrum Abietis esse genus, aut Abietem Cedri*, l. 2. Observat. cap. 10. quod & utriusque ibi picta facies indicat. Quare Rabbini quoque Cedris annumerant: qui nomine *Erez* omnes Coniferas comprehendunt. *Undè nomen Beròsch ductum sit?* incertum est. In Thargo abietes dicuntur ברזין *Berazin*. *Baraz* autem Arabicè significat, *progressus est, processit.* Adeò in nominis hujus notione cardinales linguæ conspirant. Sed & vernaculum Tanne / ἀπὸ τῦ τείνεσϑαι,



ABIES. Mas.

ἐκτεῖνειν, *protendendo*, Tenen / oder Dähnen / esse idetur: unde & *area* Tenne / locus planus & rotensus.

Species Abietis duæ sunt: mascula & fœminea; la flore croceo, conifera: Coni, quàm aliarum, ongiores: in quibus *κόκκαλοι* inclusi, parvi, nuceo ossis cerasi non majores, ut ait Dodonæus: eminarum nuces non habent nucleos, Porta ex heophrasto & Plinio. Corpus, cæpæ instar, mulplici cortice tunicatur, totaque materia his tunicis ontexitur. *Pars inferior, à terra, enodis est & Sanus dicitur: superior nodosa duriorque, fusterna,* linius 16. cap. 39. Varro tamen *abietes & sapinos* stinguit. Et quam Galli vocant *Sapin*, Bellonio ies fœmina est. Stolones non emittit, negataque à naturâ nepotum procreatio, tum siccitate radis, cùm quod toto impetu suo sursùm contendat, orta. Idem Piceæ ingenium. Alciatus:

At picea, emittat nullos quod stirpe stolones,
Illius est index, qui sine prole perit.

sina abieti vitium: undè fructus unus piceæ: eximque sudat aliquandò contactu Solis. E diverso ateries, quæ abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandas, cupasque, & alia pauca secamenta, Plinius lib. . cap. 10. *Situs, in excelso montium, ceu maria fuit:* materia tamen *expetita navigiis*, Ibid. Undè *bies casus visura marinos*, Virgil. Eadem *navie malis antennisque, propter levitatem, præfertur,* n. cap. 39. Est & bonitatis à situ differentia. *mæ infernás abies supernati præfertur.* Ibid. *innas*, quæ in eâ parte Apennini, quæ ad Hetru-

riam

riam vergit, mareque Thuſcum, quod & inferum reſpicit: ubi, quia perpetuos ſoles habet, ſiccitati bus exſucta ſolidatur; & in ædificiis ad vetuſtaten perdurat. *Supernâs* ad mare Adriaticum ſpectans ſeptentrionali regioni ſubjecta, perpetuis umbri augetur magnitudine, ſed venæ humore ſaturan tur, &c. Vitruvius. Hoc quoque habet abies quod *aſpernatur culturam*, hominumque diligen tiâ degenerat: & ut quibusque ſatis *umbra* aut nu trix eſt, aut noverca; ita abietis, quæcunque atti gerit non dubiè *venenum*. Indè Caſtor Durantes

Effugias umbram, nocet Abietis umbra, venen
Inſtar.

Moritur deniq; decorticatione, decacuminatione & cum medulla aufertur, de quibus multa Port Quin & *procreat atque alit termitem*, *ab eoque vitia tur*, Vitruv. Sed *de Abiete* quantum ſatis.

5. Ex abiegnâ materiâ ſtructæ *ædes*: eum i uſum, de Libano miſit Hiram Salomoni *Lign Arazim & ligna Beroſchim*, 1. Reg. cap. 5. v. 8. 10 LXX. κέδρους καὶ πεύκας & ante κέδρινα καὶ πεύκινα Ubi *Beroſch* πεύκη, *Pinus*, ut & 1. Reg. cap. 9. v 11. Romæ abies in fernâs electa, ut dixi. Et in Li bano differentia fuit materiei. Hinc *electæ abiet* dicuntur, 2. Reg. 19. v. 23. Eſai. 37. v. 24. *Navib* expetitas quoque vidimus, ex Ezech. cap. 27. v. Inde Claudiano,

Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.

Ennius, Argo navim *ex abiegnis trabibus* comp ctam fuiſſe retulit; Euripides eam quoque, quâ Pa ris Helenam rapuit. De Malis navium abiegnis vid

ide Plin. l. 16. cap. 40. ubi in Navi Ægyptiâ arbor, *assitudine quatuor hominum ulnas complectentium nplebat. In Ægyto tamen & Syriâ Reges, inopiâ bietis, Cedro ad Classes feruntur usi*, Idem l. c. Hinc yriorum *malus Cedrinus*. Non puto tamen inpiâ abietum, sed luxu, quod Propheta indicat. *lastilia abiegna*, ex Nahum. cap. 2. v. 4. colliuntur; de apparatu bellico inter alia: *habberobim* הרעלו *haralu, abietes concutiuntur*, vel ut rias Mont. *venenata fuerunt*: Lutherus, ihre Spiesse beben: puto optimè: quasi dicat manibus estantium vibratæ, agitatæ, tremuerunt, cum orrore. Lxx. οἱ ἱππεῖς θορυβηθήσονται. Legisse vientur *happaraschim* Equites, ut notat Schindleis, &c. vide Corn. à Lap. ibid. Abies pro hastâ iam apud Poëtas: – *Longa transverberat abjete ictus*. Superest locus de instrumentis Musicis. *udebant coram Domino omnibus lignis abietum*, Sam. 6. v. 5. Lxx. ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις. Vultus: *in omnibus lignis fabrefactis*: at mox. v. 14. *avid percutiebat in organis armigatis*, ubi Lxx. eam repetunt: ἀνεκρούετο ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις. In ntibus nihil tale apparet. *Quæ sint organa armiga*? disputent qui Vulgati versionem tuendam sceperunt: *ex armis* sivè humeris *suspensa* interetatur Sanctius. Mihi nomen Latinum è Græco ctum videtur: *Armigare*, ex ἁρμόζειν, ἁρμογὴ, tè coagmentare. Sed quæ fuerint illa organa Mua abiegna, allerley Säytenspiel von Tennen Holtz/ . Luther. ex textu l. cit. constat, de quibus ichaël Prætorius Tom. 1. Syntagm. Musici. Hinc

de Abiete in Chelyn mutatâ epigramma illud:

Vivebam nemori quondam ſine murmure vocis;
At mihi nunc vox eſt; ſic ego vivo chelys.

Simile illud *de Teſtudine* ænigma Sympoſii:

Viva nihil dixi, quæ ſic modò mortua canto.

6. Varia hinc Symbolorum & emblematum ſeges. Inprimis diligentiùs expendendus locus Oſeæ cit. cap. 14. v. 9. Sic dicet *Ephraim*; *Quid mihi porrò cùm Idolis? Reſpondebo*, inquit Deus, *& dirigam eum*, vel reſpiciam, κατισχύσω Lxx. D. Lutherus: ich will ihn führen: *Ani Kiberóſch raanan:* Vulgatus; *Ego ut abietem virentem:* alii, *Ego* ſcilicet ero illi *abies virens.* Quæritur; *Quem cum abieti comparet Deus?* ſene ipſum? an populum ſuum? *ſeipſum*, putant plures. Quomodò? *Inclinabo me quaſi, ut manu me ſuâ poſſit comprehendere; ſicut abies frondoſa interram inclinatur, ut homo prehendat ramos ejus*, R. Salomo: & non multò aliter Kimchi; *ſicut abietis caput incurvant ad radices ejus; ſic ego qui excelſum & Sanctum inhabito, cum eo qui humilis eſt Spiritu*, ex Eſai. 57. *Et ne timeas, quia abies fructu caret, ex me fructus tuus invenietur*, Aben Eſra. ἐδὲν ὑγιὲς: nam neque abies fructu caret, ut docui; & ramos non emittit à terrâ, ut apprehendi poſſint, ſed in parte ſuperiori, & circa cacumen, vide Dodonæum & quæ dixi num. 4. *de ſapino & fuſternâ.* Itaque Lxx. non de vulgari abiete hæc acceperunt, ſed *de Arceutho. Ego ero ei, ut Arceuthus*, πυκάζων, *denſitate frondium contegens.* Sic dicitur *Juniperus*, ſed hoc loco *major* illa; qualem deſcribit frequentem ſibi viſam, Bellonius,

onius, *in Tauro monte : altitudine Cupressi, fructu* *ulci, nucis ferè magnitudine, gallæ quodammodò* *mili, quo vescuntur indigenæ: quod ex nucleis*, inuit, *hinc indè collectis observavimus, quos qui pul-* *am exederant, abjecerunt : ij sunt longitudine & rassitie nuclei olivæ, adeò duri, ut nisi mallei ictu rangi nequeant* l. 2. observat. cap. 110. *Vasta hæc in lispaniâ, maximaq; ejus baccæ*, ait Plinius. Quæ amen quantum à nostrate differat, vide apud Clusium in Hispan. Stirp. lib. 1. cap. 27. & ea ipsâ *lispanica*, non convenit cum hac *Asiaticâ* Belonii. Inter notha Dioscoridis hæc est descriptio: *Arceuthus magna, quæ Cupressus Silvestris, ut Mnethem*, medicus scil. Atheniensis, qui περὶ τῶν ἐδεσμῶν sæpiùs ab Athenæo citatur, *Romanis Juniperus; upresso similis : nascitur locis asperis & maritimis*. Quare Juniperus aliquâ tantùm similitudine dicta; t & Cupressus. Ad abietum genus, ex Junipero onfusum, fortè referri possit, dictaque proprio omine *Kiberòsch*, & indè Græcis *silvestris Cupres-us*, videatur. Hoc si esset, rectè vertissent Græci ϰεδρον. Sanè descriptio Prophetica congruit; am & semper viret hæc arbor, & fructu dulcaaro non ingrata est palato. Neque obest, quod Virgilius habet; *Juniperi gravis umbra*, quod objcit Ribera. Nam neque simpliciter gravem dicit oëta, sed *cantantibus*, vel ut alii malunt, *cunctanbus*; & quod addit - *nocent & frugibus umbra*, e Abietis umbrâ cumprimis verum esse audiviius, Ecl. 10. circa fin. Creditur tamen *Juniperi um-a caput gravare, & inducere somnos*, ut habet Por-

 ta. Indè

ta. Indè *Lethæum* dici *ramum*, à Valerio Flacco, lib. ſcil. 8. v. 84. quem Apollonius 4. Argonaut. ἀρκεύθινον fuiſſe ait, quo Draco aurei velleris cuſtos ſoporatus fuerit, v. 156. Ubi Scholiaſtes notat, eſſe *ἄρκευθον arborem aculeatam, Apollini propriam.* Verùm alia ratio fuit, cur Juniperi ramo uti voluerit Medea contra Draconem? non quia venenatus ſit, aut ſoporifer; ſed *quia venenis obſiſtat*, ut Hölzlinus notat in Apollon. & ſi *Lethæum* de juniperi ramo dixit Flaccus; fortè id quoque credidit, quod in quibusdam codicibus Dioſcoridis legitur; *ramenta hujus ligni devorata, aut epota homines interimere.* Quod falſum eſſe docet Matthiolus. Verùm hæc nihil ad ἄρκευθον *Syriæ* bacciferam, de quâ LXX.

7. Hoc ſenſu itaque ad Meſſiam Dei filium pulchrè applicatur hæc promiſſio: *Ego ero quaſi Juniperus condenſa, ut ſub umbrâ meâ requieſcat. De hoc ligno*, ait Hieronymus, *factas à Salomone Templi januas*, ex 1. Reg. 6. v. 32. ad quem & Hiram miſiſſe legitur *ligna arceuthina*, juxta LXX. & Vulgatum, 2. Paralipom. 2. v. 8. *Materies* enim *æterna* habetur: ita *Sagunthi Templum Dianæ ex trabibus Juniperi*, Plinius l. 16. cap. 40. Cur ergò de hoc ligno Templi Salomonii oſtia? *Quia*, pergit Hieronymus, *Chriſtus per quem ad Patrem accedimus, hanc habet naturam, ut ſemper floreat, ſemper novos afferat fructus, & nunquam deponat viroremſuum*, in Hoſeæ l. cit. addit Cyrillus; *ita eſſe denſam hanc arborem, ut ſit quaſi manufacta contignatio*; & Theodoretus; *aculeis arcere beſtias.*

Denique

Denique *dat fruges, & non solùm sedentibus requiem, sed & saturitatem vescentibus præbet.* Hieronym. Hæc huic loco pulchrè convenire nemo negaverit. *Omnia nobis Christus est*, ut ait Ambros. de Virginibus.

Commoda Juniperi sunt plurima : at omnia Christus,
Janua, mensa, quies, vis, medicina, salus.

8. Verùm cùm totum locum Prophetæ inspicio, Vulgatum interpretem sequendum duco, qui cum *Abiete Ecclesiam* comparat. 1. Quia versu præced. v. 6. 7. 8. eandem confert aliis arboribus. 2. Quia Deus commodissimè dicere potuit: *Ego*, qui modò me pollicitus sum *rore cœlesti irrigaturum Israëlem*, v. 6. *Ego respiciam, dirigam, educam*, ut rectâ in Cœlum tendat, spretis jam abjectisque humi idolis: *Ego*, inquam, *sic dirigam faciamque, ut sit quasi abies semper virens*, ne posteà iterum ad idola deficiat: *nec deerunt fructus; ex me abit uberes*; quia sine me nullos, Johann. 15. v. 5. 3. Quia de eâ loquitur, in quâ ait *iri inventum fructus :* non ait autem in se, sed ex se in Ecclesiâ: Ergò non de se, sed de hac loquitur. Est autem *Abies* pulcherrimum *Ecclesiæ Catholicæ electorum symbolum :* maximè, si de singulari accipias illâ, quæ baccifera quoque est ut Juniperus: *semper viret* Ecclesia fide, *cœlum rectà petit* sanctâ purâque intentione, *fructus parit dulcamaros* justitiæ; *rami perpetuo ordine, usque ad cacumen, crucis formam exhibent, semper quaterni, ex totidem caudicis lateribus, decussatim sibi oppositi*, vide Bellonii observ. l. c. & Dodo-

Dodonæum, &c. Hæ notæ sunt veræ Ecclesiæ Vaticinium hoc agit de Ecclesiæ per Christum restitutione: Decem Tribus, quæ Israël & Ephraim dicuntur, propter idololatriam & ἀποςασία[illegible] à Deo rejectæ, & dispersæ, ut jam essent, *Lo Ammi*, Non Populus Dei, cap. 1. Hoseæ v. 2. & 9 degenerârant in mores gentium, oblitæ avitæ religionis gentiles evaserant: Per Evangelium vocatæ cum cœteris gentibus, restituuntur, ac mirandâ mutatione redeunt in pristinam dignitatem Causa efficiens Deus est; *Ego*, inquit v. 5. *Quasi Ros ero*: Chald. *Verbum meum quasi ros erit*. Hoc enim Christi beneficium est, qui est VERBUM Patris. *Similitudine roris è cœlo significat, omnia nobis à Patre misericorde contingere propter Filium* Dn. Lutherus in Comment. *Gratia superabundans pinguefaciet. & irrigabit eos cœlestibus solatiis, per Spiritum Sanctum*, ἄνωθεν, Cyrillus ibid. Hinc tam miranda effecta. *Germinat* Ecclesia *ut lilium* aut rosa, *propter fragrantiam bonæ conversationis* Cyrill. & splendorem, qui in candidissimo lilio est. *Huic comparatur anima sordibus peccatorum expiata. & splendidissimâ Baptismi stola ornata*, ut ait Theodoretus. Per hanc regenerationem, fidei *radices agit* profundas; *sicut arbores Libani*, quæ *quantum in auras consurgunt vertice, tantum radicem in ima demergunt, ut nullâ tempestate quatiantur, sed stabili mole consistant*, Hieronymus. Sunt autem arbores Libani, non thuris arbusculæ; sed ingentes Cedri, de quibus plerique accipiunt, & abietes, omnis generis. Indicaturque

Ecclesiæ

:cclesiæ *constantia*, quod non sit, εὐκατάσειςος, Cyrill. *stetque contra omnes Inferorum portas, quia adicata in Petrâ Christo*, D. Lutherus. Sequitur ropagatio & diffusio per orbem terrarum, v. 6. *bunt rami ejus; crescent filiis & filiabus*, Chald. cil. ex Deo natis. *Crescet occulto velut arbor ævo!* ignificatur, *fidelium multitudo*, Theodoret. Adle *fructificationem*: non enim erit velut arbor steilis, sed quasi oliva, ἀειθαλὴς καὶ εὔκαρπος, Cyill. & indè *nominis celebritatem*: odorem *diffunlet ut Libanus*, mons odoratis Cedris & aromaibus plenus. Ita erit ἐνώδης *vocatorum fructus*, Cyrill.

Qualis odor Libani celsis in saltibus halat,
Talem etiam Israël passim spirabit odorem.

Rittershusius in Paraphrasi. Tum vero *conver-entur*, recreabuntur, & ad se redibunt, spiritum reipient, ut D. Lutherus, D. Tarnovius, Sanctis, &c. *Sedentes in umbrâ ejus*, Ecclesiæ, v. 7. ui hactenùs sub umbrâ Idolorum & legis maleictione contabuerunt, animamq; egerunt; uti

- - Arboribus certis gravis umbra tributa est,
Usq; adeò, capiti faciant ut sæpe dolores:
Si quis eas subter jacuit prostratus in herbis.

Lucretius l. 6, Plinius l. 17. cap. 12. illi jam sub umrâ Christi & Ecclesiæ refocillabuntur. *Sola enim Ecclesia contra peccatum, mortem & Sathanam veam habet consolationem*, D. Lutherus. Tunc *vivent tritico*; habitabunt *in umbrâ Messiæ, & vivent, qui prius mortui*, Chald. *vivent in mandatis Dei, quæ roborabunt eos ut triticum*: *idque* ut Ve-

tus habet traditio, *in morem vitis perenne erit, ut non sit necesse quotannis seri, cùm venerit Redemptor*, R. Kimhi. Adeoque *florescent ut vitis, quæ post vindemiam non exarescit, sed & altero floret anno*, Idem, ac putatione fœcundior redditur, ut & Ecclesia persecutionibus crescit. Atque ut *vitis Libani vinum fert præstantissimum, odore, sapore, medicinâ*, ut Idem Rabbinus ex Medico Asaph docet; quale fuit *Byblinum*, ad radices Libani, de quo Cornel. à Lap. h. l. Sic *Memoria* μνημόσυνον LXX. laus & fama, *ejus*, uniuscujusque fidelium, *erit in benedictione*, Psalm. 112. v. 6. *Sicut Vinum Libani*. Tot bonis cumulantur, qui ad Christum se recipiunt. *Quid ergò mihi cum idolis?* ubi contraria omnia? pereant, æternùm conculcentur; ita *Ephraim*. Bene, inquit Dominus! Discite à me, à gratiâ meâ, hæc esse omnia. *Ego respondi, ego dirigam*, gratioso adspectu: *ego vos quasi abietem virentem*! cujus 1. *radix* singularis & simplex tantum descendit, quantum adscendit arbor; radix autem Davidis & Ecclesiæ Christus est: 2. *folia* semper virent; folia autem doctrina fidei: 3. *medulla* vitalis, quâ detractâ moriendum est; medulla hæc gratia Spiritus Christi est: 4. *cortex* multiplex tunicis, ut bulbus cœpæ, quo in orbem undique detracto necantur abietes, quædam citiùs, quædam tardius; cortex & tunicæ charismata virtutum sunt. 5. *Situs*, in montibus; nam

Fraxinus in silvis pulcherrima, Pinus in hortis:
Populus in fluviis, Abies in montibus altis:

Mons

Mons iste Libanus est Ecclesiæ. 6. *Ingenium* hoc, ut Soli exposita abies, æstu & siccitatibus exucta, solidetur; æstus, tribulationes sunt: quin & culturam ac hominum curam respuit, eâque fit deterior; ut Ecclesia hominum doctrinis & inventis, quàm de Cœlo curat Deus Solus respiciens. 7. Hinc *materiæ æternitas*; perdurat enim Electorum cœtus immobili Dei decreto: & 8. *usus multiplex*: nam lecti per casus marinos alios transvehunt in Portum æternæ securitatis, ut *navigia*; inhabitantur à Deo, ut *templa*; pugnant, ut *hastæ*; laudant, ut *citharæ* & organa πνευματικά. Atque his quidem & aliis, quæ apud solum Portam legi possunt, Villæ suæ lib. 2. cap. 8. Abieti vulgari pulcherrimè similis apparet esse Populus Dei. Singulare est, quod *de fructu* additur. Nam etsi abietis quoque aliquis fructus est, tamen non expetitus adeò in cibum. Quare, quod huic Propheticæ fructus peculiaris, Deo hominibusque gratus, tribuitur; vel miraculo par est, undè & Deus sibi adscribit: *ex me*, præter naturæ vim & ordinem, *fructus*; *donum hoc erit benignitatis meæ, non opus naturæ*: *Quemadmodum si quis in abiete fructus inveniat, quales ipsa non solet parturire, beneficium id agnosceret alienum esse, non vim naturæ*, Sanctius optimè, de viribus naturalibus; confer h. l. D. Lutherum: vel certè, de singulari aliquo genere abietis accipiendum est, qualem descripsimus Junipero quodammodò similem. Atque hæc de dulcissimo hoc vaticinio paulò plenius & copiosius.

9. Sit ergo 1. *Abies*, verùm fructibus omni genis onerata, *hieroglyphicum* Ecclesiæ & *fidelium*.

- *Respiciente Deo.*

Fructibus omnigenis, quos nunquàm parturi ipsa,
Stat fœcunda Abies, respiciente Deo.

Sic, ut habet Lauretus in Silvâ Allegor. ex PP abies significat, *viros perfectos, in Domini servitute sublimes, & fortes: mentes electorum, quorum conversatio in cœlis*, &c. 2. Quo pertinet abieti quasi soror *Picea. Ea feralis arbor est, & funebri indicio ad fores poni solita, ac rogis virens: jam tamen & in domos recepta: quæ plurimam tamen fundit resinam, lacrymaq; ejus unicus ferè fructus, & intervenit candida gemma, tam similis thuris, ut mista visu discerni non queat, & indè fraus Seplasiæ*, Plinius lib. 16. cap. 10. Thus illud piceæ memoratur quoque à Trago in Herbario, & in Silvis frequens colligi solet, Waldrauch vocant nostrates. Imago Peccatoris Pœnitentis. *Lacrymæ Peccatorum, deliciæ Angelorum!*

Lacryma, quam Piceæ, Morti Sacra, funditat arbos,
Quis dubitet? gemma est thurea, grata Deo.

3. *Abies non contenta terrenis radicibus, atque aëria vertice, etiam Casus maritimos tuto subitura navigio, nec solum ventis, sed etiam fluctibus certatura processit*, Ambrosius in Hexaëm. - - *Constantia victrix.*

Montibus Oceanas Abies descendit in undas;
Non horret fluctus mens animosa fide.

Sic

Sic ferè Alciatus.

Apta fretis abies in montibus editur altis;
Est & in adversis maxima commoditas.

4. Sic Chelys abiegna
- - *Vivens muta est, at mortua cantat.*

Quæ tacet in Silvis vivens, ea mortua cantat;
Sic quoque mens Mundo mortua, viva Deo.

5. *Picea*, quæ olim ante ædes stabat funestas, indicio funeris; (quod excisa non repullulet, ut alibi dixi in S. Analect.) nostris moribus ibi posita *vinum venale* indicat; ut hedera suspensa. - *non mortis, sed nuncia Vitæ.*

Ante Domum Christi Piceæ quæ ponitur arbos;
Vitæ, non mœsti funeris indicium est.

6. *Juniperi ramus* manu cœlesti protensus, super Draconem humi stratum, Christi de Diabolo victoriam significare potest; - *æterno clauduntur lumina somno:*

Velleris aurati custodem hæc Virga soporat;
Occubuit serpens: gloria parta cruce est.

7. *Serpens*, hiberno situ marcidus, fœniculi succo exuvias deponit, membranamque exuit, à capite exorsus: visuq; obscurato hibernâ latebrâ, oculos marathro ungit, eique se affricat: *& si Squamæ obtorpuêre, ut difficiliùs separentur, spinis juniperi se scabit*, Plinius l. 8. cap. 27. *Estote prudentes sicut serpentes!* Matth. 10. Ephes. 4. v. 24.

Juniperi spinis Squamas scabit anguis, & aufert:
Sic nitidas mentes spina molesta facit.

Vide Psalm. 120. v. 4. Ezech. 2. v. 6. sed de Junipero in *Rothem.*

8. Cico-

8. *Ciconia in Abiete* nidulans, pietatis imago est vide Alciati Emblem. 30. *Pietas homini tutissim virtus!*

> 1. *Abjete ceu celsâ Pietate Ciconia nota;*
> *Sic habitat summo Mens pia tuta polo.*
> 2. *Nidulus in Christo est tutissimus: indè pro cellas*
> *Despicit, & Stygias Mens fugat alta feras.*

9. Abies alta petens semper, *superbiam* denotat hujus umbra satis omnibus venenum est, ut null crescere possit virtus, Lauretus ex Ezechiel. 27 l. cit. - - - - *Nocet & necat umbra.*

> *Ut terrâ natis est abjetis umbra venenum;*
> *Fastus Virtutum sic sata cuncta necat.*

10. Abies ramis suis *cruciformibus*, crucem signi ficat, quæ Navis Ecclesiæ malus est & antenna, - - *Lætum velificantibus omen!* Undè Artemido rus in Onirocriticis notat, hoc genus arborum na vigantibus bonum esse, quod indè naves struantur: cæteris torporem & timorem significare, quod so litudine gaudeant.

> 1. *Carbasa votorum gestat Crucis omnia malus:*
> *Hac Visâ; spes est, omnia salva fore,*
> 2. *Qui crucis adspectat malum, neq; navi gat; illi*
> *Infandâ torpent pectora desidiâ.*

11. *Pityocampæ in piceis nascuntur*, Plinius lib. 29. cap. 4. circa fin. Erucæ sunt refescentes & pilosæ: circa cacumina in extremis frondibus nidificant miro artificio. Nidi, qui tenuissimis in volucris, se rica

ta stamina imitantibus, constant, tàm ampli
nt, ut singuli millia vermiculorum emittant,
atthiolus in 2. Dioscorid. cap. 55. Hinc πίτυς à
heophrasto φθειρόποιος dicta. Imago curarum
umnarumque, quibus vita hæc mortalis scatet,
rac. 41. v. 1. 2. *Omnia habent Vermem suum*, ait
ugustinus.

Ut Piceam Campa; sic Vitam millia diris
Curarum infestant sollicitudinibus.

. *Picea* sepulchrali feretro appicta, id significat,
uod dici solet: *non est spes ulla sepultis!*

Nec picea abs radice excisa repullulat; & nos
Sola potest vita reddere dextra Dei.

d hæc sufficiant. Possem addere in superpon-
um, quod in orgiis Bacchicis δρυὸς ἢ ἐλάτης κλά-
: *Quercus aut abietis frondes* gestarentur, in
norem Bacchi, docet Meursius in Arboreto
. 1. cap. 1. &c. *Quercus* fœcunditatis, *Abies*, steri-
atis symbolum est. *Bacchus & armiger Veneris*
& hostis.

Fœcundos faciunt moderato vina calore;
Immodicè vires frangere sumpta solent.

unc ad alia.

CAPUT XIX.

De Erez, Cedro, inprimis Ezechielis cap. 31. toto.

I. EReZ, quod vocabulum plerique *Cedrum* interpretantur, Hebræi omne coniferarum arborum genus continere ajunt: *Hebræorum alii septem, alii decem, alii viginti quatuor numerant species Erez*, Bochartus in Canaan lib. 1. cap. 35. neque aliter Arias Montan. in Natur. observat. & Buxtorff. in Lexico. Sunt autem coniferæ 1. *Cedrus Major*, quæ & ideò Græcis κεδρελάτη, ac *minores*: 2. *Abies*; *Cupressus*; 4. *Pinus*, cum *Pinastro*; 5. *Picea*, cui affinis 6. *Sappinus*; 7. hæ semper virent, perdifoliæ sequuntur; ut *Larix*: & quæ resiniferæ, non & coniferæ, ut *Terebinthus*, *Juniperus*, *Lentiscus*, *Betula*. Singulas hoc ordine descripsit Porta Neapolitan l. 2. Villæ suæ. Coniferarum, quantum colligi potest, hæc extant nomina in S. literis: *Beroth*, quam dixi *Brutam* esse, Cupresso similem, cap. 5. 2. *Berosch*' quo nomine propriè *Abies* dicitur, fortè etiam πίτυς *Picea*, Abieti similis; & genus quoddam singulare, mixtæ naturæ è Junipero & Abiete fortassis, de quibus cap. præced. 3. *Thirza*, *Cupressus*, ut docui cap. 7. Item fortè 4. *Thidhar*, fagus abiegna, *oxya* Græcis; *Tæda* aliis, ut cap. 8. Tum. 5. annumerant quidam *Oren*, quam *Ornum*, *aut Acerem* esse putabam, cap. 6. quæ ad Coniferas non spectant.

6. In-



CEDRUS Magna.

Inprimis *Erez*, Cedrus propriè dicta, & 7. *Goer*, ac 8. *Sitta*, de quibus deinceps. Cum igi-
r quædam hujus generis arborum, proprium
omen in S. Codice non videantur habere, ut
nus, *Pinaster*, *Sappinus*, *Larix*; non absimile
ro est, tales generali nomine, *Ez Erez* compre-
ndi potuisse. *Pinum* sanè sic Hebræis, Thal-
udicis, Arabibus appellatam; & indè Ebusum,
æ *Pityusarum*, sivè *Piniferarum* Insularum major
, *Eresum* quoque dictam satis probat Bochartus
it. An verò Erez S. Scripturæ alia quàm Cedrus
ικῶς dicta, & nomen hoc, pro aliâ arbore co-
ferâ in eâ positum sit? singulorum locorum in-
ectio docebit. Præcipua, sunt enim perquam
ulta, videbimus. Exorsi *à loco Ezechielis*.

2. Si quis arborem laudare velit, *præcepta* da-
nt Rhetores, ut Vossius lib. 1. Instit. cap. 5.
ct. 37. *Exemplum* h. l. Propheta absolutissimum.
rgumentum totius capitis constat enthymemate
ico, ducto ab exemplo impari majori. Non po-
it stare Cedrus Assyriaca, Ergò multò minùs
gyptia. Antecedens amplificatur expolitione,
xta artem. Est autem *Parabola*; cujus 1. vide-
mus *Corticem*, 2. *medullam*.

Arbor quam laudat Propheta est *Erez* & qui-
m *Libani*, ut præstantissima sui generis intelli-
tur: *Cedrus major*, quæ & *Cedrabies*, Plin. l. 13.
p. 5. Nominis etymologias, quas Græci af-
runt, quibus hæc arbor non fuit vernacula,
itto. Quis non rideat dictam *κέδρον*, quasi *καιο-
ένης δρυὸς ὀπὸν* *arboris humorem ardentis*? Isidor.
l. 17.

l. 17. cap. 7. Similes habes apud Autorem Etymo-
log. M. Ipse sonus vocabuli Hebræam originem in-
dicat. *Kadàr* est nigrescere, tenebrescere. Hin
propè Hierosolymam, urbem inter & monte
Oliveti, *Vallis ac torrens Cedron.* Josephus voca
κεδρῶνα, ut Græcia ἐλαιῶνα, δαφνῶνα, πλα-
τανῶνα, loca his arboribus consita. S. Johanne
Torrentem τῶν Κέδρων, ut omnes Græci codice
Corruptos affirmare nulla cogit ratio, nec pium
videtur, aut tutum. Margines vallis & torrenti
Cedris consitos fuisse nihil prohibet, in quo Gro-
tio puto assentiendum: dissentiant licet doctissim
viri, Beza, Drusius, Franciscus Lucas Brugensis, &c
vide Dn. Dilherri Disp. Acad. 2. Tom. 2. *At Cedr*
inquiunt, *magis gaudent montibus, quàm torrentibus*
Resp. his quoque ac locis aquosis, ut audiemus. *Se*
Cedri nomen proprium est Erez. Resp. γενικὸν, u
dictum. Nam specierum alia etiam fuêre nomina
Neque quia Erez magis usitatum, ideo Kedron, un-
de Græci & Latini mutuati, nullum, vide Grotium
in Johan. 18. v. 1. *At Torrens iste ab obscuritate ma-*
gis apparet dictus. Resp. opponuntur componend
Sic Silva Hercynia ex parte Nigra; der Hartz, und
Schwartzwald / ab umbrarum densitate. *Sed nul-*
læ hodiè ibi Cedri. Resp. esto! neque mirum. *Sati-*
va erant olim stante Templo & urbe, *non nativa*
Ex quo coli desierunt, defecerunt. Sic & in Liba-
no hodiè raræ, ostensæ à Calojeris in summo ver-
tice, ubi Monasterium habent, Bellonio l. 2. obser-
vat. cap. 94. visasque Rhauwolff in Itinerar. A
in Tauro frequentes.

3. Hau

3. Hanc arborem laudat Propheta *ab ornatu*,
3. & iterùm, 7. 8. à *situ*, v. 4. ab *usu*, v. 6. ab
u, v. 9. describitque tandem *interitum*, v. 10. &
q. In quibus præcipui loci Inventionis, ab ad-
ictis, ab effectis, à subjecto, à causà efficiente,
ditis contrariis & comparatis. Adeò Dialecti-
& Rhetoricæ Autor est DEUS, Inventores
ophetæ! videbimus singula, sed breviter, 1. *ad*
atum spectant pulchritudo ramorum, densitas
ndium, altitudo stipitis, & cacuminis. *Pul-*
ritudo apparet *ex comâ* semper virenti & inde-
luâ: *ex cortice*, cujus pars infima, usque ad
mos asperior; reliquus totus glaber & lævis,
er ramos elucet, *colore jucundissimo*; qualis
ti arboris in cœruleum nigrescens, ut nulla
ulos blandiùs excipiat & alliciat, apud Mat-
ol. Accedit *ordo ramorum* mirè concinnus.
m non altè à terrâ incipientes, caudicem
eunt orbiculariter, quantoque surgunt al-
s, tantò decrescunt, ut procul intuentibus
ramidum formam exhibeant, perque inferio-
ad summos, quasi per scalas, facilis sit ad-
nsus. Hinc & *Cedri DEI*, Psalm. 89. v. 11.
opter eximium decus, quasi DEO dignæ.
ondes densitate umbram faciunt, fragrantiâ gra-
m odorem adspirant: *fructus* in iis, conis
ietum non absimiles, læviores tamen, brevio-
sque, nec deorsum penduli, sed subrecti in cœ-
m. *Amplitudo & altitudo* incredibilis. In Cy-
o CXXX. pedum longitudinis, crassitudinis
quinûm hominum complexum: in Syriâ vix

terni homines complecti caudicem queunt. Pul-
chriores & ampliores hortenses & sativæ. Hin
illud; *Quasi Cedrus exaltata sum!* Sirach. 24. v.
17. de quo deinceps. Quin & *radicis* v. 7. me-
minit Propheta, quam Cedrus longè maximam
habet, spatio & plenitudine, Ruell. hæc & ali
ex Plinio & Theophrasto. Denique respectu hu-
jus ornatus hanc Cedrum suam omnibus arbo-
ribus præfert Propheta in Paradiso DEI, v. 8
ipsis etiam *Arazim* Cedris aliis. Supra quas emi-
nuerit.

Quantum lenta solent inter Viburna Cupressi.
Est autem *Cedrus alia*, ut dixi, *major*; aliæ mino-
res, ut *Phœnicia*, quæ & *oxycedros* à foliis acutis; &
Lycia, foliis obtusioribus: illa Junipero similis,
hæc Tamarici, aut Sabinæ: baccas fert utraque;
illa tamen majores, nucis Ponticæ alicubi, aut myr-
ti magnitudine; edules sunt, primò virides, mo-
flavescunt, & demùm rubent, Dodonæus & Pli-
nius l. 13. cap. 5. aliique. Sequitur. 2.

4. *Situs* 1. *in Libano*, ubi olim celebratissi-
mæ, quâ Sacris, quâ profanis Literis. Inde Pro-
verbium; *Cedrus Libani*, Psalm. 92. v. 13. &c. Ho-
diè paucæ superstites, & si rectè numerârunt
qui narraverant Rhauwolffen in Itinerario, vi
XXIV. Sivè quod curâ & culturâ neglectâ de-
generarint; sive Dei maledictione, ut Jerem.
cap. 4. v. 23. Deinde 2. *ad aquas*, ut ait Prophet.
Nam etsi gaudet locis frigidis & saxosis; tamen u
alimentum habeat moli suæ sufficiens, humor
multo opus est. Eum itaque tam copiosum attra-
hit

t, ut & viciniæ impertiat, quantum satis est. Ver-
Prophetæ penitam ejus naturæ peritiam osten-
unt. *Aquæ*, inquit, *nutrierant illam*: non Nili,
Cornel. à Lap. ubi nullæ Cedri celebrantur.
am *maxima Creta, & Africa, & nonnullis Syriæ*
gionibus nascuntur, Vitruvius 2. de Architect. cap.
& montibus gaudent, ut Tauro hodiè & Ama-
: quomodò etiam *Citrus*, quæ & ipsa *Cedri spe-*
s, de quâ *in Thyjâ*, expetita mensis, olim in monte
auritaniæ Anchorario laudatissima. Sed jam
inii ævo ex hausto; lib. 13. cap. 15. Aquæ ergò
itrices hujus Cedri, utique ibi, ubi illa: in Liba-
. Undè autem ibi? Respondet Propheta: *Abys-*
s exaltavit illam: ista scilicet subterranea, ex quâ
nnes fluvii & fontes, occultis è mari meatibus,
cclef. 1. v. 7. Nam *Abyssum Scriptura vocat omnem*
uarum congeriem profundam, quæque in fundo ma-
, & inter abditos terræ recessus latet, Pineda ex
ugustino, in Job. 28. v. 14. Hinc, ut Propheta,
edrus hæc tantum hausit aquarum, *ut flumina*
nbirent plantationem radicum ejus amplissimarum,
sicq; emitteret occultos rivos ad omnia ligna regio-
s. Hinc origo tot fluviorum ex silvosis monti-
us: qui & *in locis desertis, & ubi terra coli desiit,*
bsistunt: ac cum nemora exscinduntur, humor,
i desiit in arbusta consumi, superfusus, lacus facit,
Seneca ex Theophrasto l. 3. Quæst. Nat. cap.
Sic Esaias: *Arida erit in stagnum, & sitiens*
fontes aquarum, cap. 35. v. 7. *inducto scilicet in*
serta Gentium vomere Evangelii, & sarculo Do-
mico, excisis Tyrannis, Amos 2. v. 9. *eruperunt*
 torren-

torrentes divinorum charismatum, *&* *fontes quos Cervus desiderat*, Hieronym. & Cyrillus ibid. Jam, 3. ut pergamus.

5. *Usus*, ad habitacula avium ferarumque v. 6. vide Quercum Danielis, de quâ modò cap. 17. num. 1. Quod addit Propheta, *sub umbrâ hujus Cedri magnas consedisse gentes*, hyperbole est, quâ innuit, se non loqui de Arbore propriè dictâ: alludit tamen ad ædificia Cedrina, & ad illas arbores, quarum una Silvam facit, ut *Ficus Indica*, de quâ in Acerrâ Philologicâ dixi lib. 1. num. 80. & 81. Denique 4. *Ortus* à Deo est, v. 9. qui hanc tam invidendâ speciositate educavit. Ubi eleganti Prophetæ Prosopopœjâ, *arbores Invidere* dicuntur: ut mox *luxisse casum*, & *ad Inferos cum gaudio & consolatione spectavisse*, v. 15. 16. De hoc casu & interitu, non est cur plura addam. Non sunt hujus loci. Satis *de Cortice*.

6. *De Medullâ* Parabolæ quæritur; 1. *Quis per Cedrum hanc intelligi debeat?* Ecce *Assur!* respondet Propheta: nec ab usitato significatu discedendum. Fallitur Cornel. à Lap. *Assurem dici Pharaonem Ægyptium*: nec id rationes, quas adducit, conficiunt. Verum 2. *quandonam ita excisa Assyriacæ Monarchiæ Cedrus?* Resp. Bis ante hæc tempora captâ Nineve, Regni Metropoli, translatoque ad alios imperio. Nam & *Arbaces Medus*, *&* *Phul Belochus*, *Sardanapalo* ad incitas redacto, everterant olim; & nuper *Nabopollasarus Nabuchdonosoris Pater*, auxilio Cyaxaris, aut filii ejus Astyagis, Medorum Regis, ceperat Nineven, novam-

novamque exorſus erat Babylone Monarchiam. vide quæ dixi in Iſagogâ Hiſtoricâ pag. 159. 170. Hanc ruinam ſpectavit Propheta. *Nec de Rege Babylonio ulla fit mentio à Prophetâ, ne in captivum Populum Dominorum provocaret iracundiam: ſed de Rege Aſſyriorum dicitur, qui eo jam tempore captus fuerat à Chaldæis, & omne Aſſyriorum robur Babylonio ſubjacebat imperio*, ut Hieronymus optimè. Quanquàm rectè Babyloniis excidium venturum etiam potuerit inſinuare, à Dario Medo & Cyro, Daniel. 5. cap. 3. *Veteres*, ante Hieronymum, ut docet ipſe, *hoc retulerunt ad finem mundi, quando poſt Aſſyrium Antichriſtum, Pharao quoque infernalis, in Abyſſum deturbabitur*, ut Apocal. cap. 20. v. 10.

CAPUT XX.

De Cedro Ænigma, Ezech. c. 17.

I. ELegantiſſimum, plenam omnibus ſuis partibus *Parabolam* continens. *Proparabola* eſt v. 2. ſequitur *Parabola* ipſa v. 3. & ſeqq. *Epiparabola* v. 12. &c. Agit de Davidicæ Proſapiæ *excidio*, & novo deinceps *exordio*. *De Excidio* nota eſt hiſtoria, 2. Reg. 24. v. 8. & ſeqq. & cap. 25. toto. I. *Aquila grandis* Nabuchdonoſor eſt. Multa hic de Aquilâ Cornel. à Lap. elegantia. Sed quia ad S. ὀρνιθολογίαν ſpectant, præterimus. vide Ravanell. in Aquilâ, & adágia: *Aquila in nubibus*, *Aquilam delegit ſibi Jupiter*, *Aquila cùm eſſe poſſis, ne primas inter graculos habere cupias*, &c.

Itaque Avium Regina, & miro gentium consensu Regiæ dignitatis Symbolum fuit habita: etiam in ostentis, apud Pier. Valerian. lib. 19. Hieroglyph. & in somniis, Artemidorus l. 2. Onirocrit. cap. 20. Hæc Aquila 2. *Venit in Libanum*, quem Salomon Davidis filius Cedris consevit: Ut facilè intelligi possit Hierosolyma, Regni sedes, Regumque domus & Patria. Hinc 3. *abstulit* eth-Zamméret *surculum tenerum & lanuginosum*, qui avelli solet, ut pangatur aut inseratur, ein Propffzweig: nimirùm Regem Jechoniam cum principibus. 4. *Eumque transtulit in Terram Negotiatorum*, Chaldæam: Emblema totalis excidii Regiæ domus; *perit enim Cedrus decacuminata*; ut & *homo gratiâ spirituali ἄνωθεν subtractâ*, Hieronymus. Nam *cum Cedrus rectissimo sit caudice, ac meatum venarum habeat simplicem & inobliquum, facilè vulnus in cacumine ad radicem pervenit. Sic palmæ quoque cerebro vulnerato pereunt, in quo vis vitalis & germinatrix sita*, ut Theophrastus l. 5. capp. 23, & 24. de Causs. Plant. -- *hoc tota peribit adempto!* Pinge, manu cœlesti auferri Cacumen Cedri.

Ut moritur Cedrus si fortè Cacumina tollas;
Sic homo totus obit deficiente fide.

2. Non potuit igitur Cedrus hæc nisi miraculo regerminare. Ejus ἀναγεννήσεως describit Propheta v. 22. & seqq. 1. *Caussam efficientem!* Ego, inquit Jehova, Ego iterùm ponam & plantabo: 2. *Subjectum, quod*; cacumen & quasi medullam illius: de capite ramorum ejus, & quasi de corde, LXX. tenerum surculum, ein zartes Reiß. 3. *In quo:* super

ſuper montem excelſum Iſraëlis: 4. *Conſequens effectum*; erumpet in germen, ramosq; emittet, fructum faciet, in Cedrum ingentem evadet, ſub cujus umbrâ omnes volucres ſecuræ nidulabuntur. *Finis*, gloria Dei v. 24.

3. *Quæritur*; de quonam agat hoc oraculum? *Quidam Judaicè*, ait Hieronymus, *referunt ad Iſraël: quod primo Domini adventu humiliatus & arefactus; ſecundo reſtituetur in priſtinum ſtatum: impleto illo, quod dicit Apoſtolus Paulus: cùm intraverit plenitudo Gentium, tunc omnis Iſraël ſalvus fiet*, Rom. 11. Neque ad ſolum Zorobabelem tàm magnificum Vaticinium ſpectat. Quare *de Chriſto* meritò exponitur, qui è regiâ ſtirpe Davidis prodiit, ut docet S. Matthæus cap. 1. Parallelum eſt Eſai. 11. v. 1. 2. Sic Hieronymus è Pſalm. 2. v. 6. Gen. 49. v. 10. Matth. 13. v. 31. Sic contra Judæos ex profeſſo Theodoretus. Sic Chaldæus & ex eo R. Salomon: *Accipiam Regem Meſſiam, & plantabo eum ſupra montem excelſum*.

4. Eſt enim *Chriſtus Cedrus* 1. dignitate *Regia*; ſtirpis Davidicæ ſecundùm carnem; ampliſſimum habens regnum, Pſalm. 72. v. 8. & ſeqq. Eſai. 9. v. 6. 7. Dan. 7. v. 14. & 9. v. 24. In Americâ ajunt Cedros eſſe tantæ amplitudinis, ut ex iis trabes fiant CXX. pedes longæ, & XII. latæ, Stengel. in Pomonâ cap. 12. Hæc immenſa eſt finemque non habet. *Nullum hic jumentum, nullum reptile, nihil abjectum aut humile: ſed ſi quid alatum eſt, & ad ſublimia naturalem habet impetum. Tales enim ſunt fidei alumni & cœleſtia cogitantes*, Theodore-

tus h. l. Nam hi ſoli vera & viva Eccleſiæ membra, Cant. 2. v. 3. contrà, quàm in regnis fit mundanis, ubi jumenta & feræ, ut Ezech. 31. v. 6. Dan. 4. v. 9.

5. Eſt 2. Situ *Sionia*, in monte Iſraëlis, Eſai. 2. v. 4. *Radix* ejus David, Apoc. 5. v. 5. *Cacumen* & caput, Deitas ejus, 1. Cor. 11. v. 3. *Rami* Verbum gratiæ, Eſai. 57. v. 19. vide Buxtorff. Lex. in נוב Nubh. *Fructus* beneficia. Cornel. à Lap. minorem Cedrum cum majore confundit. Illa baccas fert, non hæc: de quibus Dioſcorides & Plinius cap. præced. Propheta cum fructus tribuit huic ſuæ, non de *conis* loquitur, ſed de edulibus *baccis*: neque genera confundit, ſed hanc ἐξαίρετον & ſingularem fore indicat, eandem maximam, & fructu ſuaviſſimo, ut de Abiete dixi ex Oſeæ cap. 14.

6. Eſt Cedrus, 3. ſtatu duplici *miranda*; humilis eadem & mox ſublimis: arida & ſemper virens: ubi duplex Salvatoris *ſtatus*, Philipp. 2. v. 7. 9. & *adventus*, Tit. 2. v. 11. 12. Ad *humilitatem* pertinent 1. *ortus*, ex arido ſtipite, Eſai. 53. v. 2. 3. deinde 2. *paſſiones*. Nam & cortex Cedri ab imo aſper, donec incipiat brachia quaſi in formam crucis expandere. Eò pertinet *ſudor ſanguineus*. Nam & Cedri materies ſudare ſolet, & indè Deorum ſtatuæ è Cedro, Baptiſta Porta ex Plinio. *Crux* ipſa videtur indicata: nam LXX. eorumque interpres Theodoretus ſic habent: *Suſpendam ipſum in monte Iſraël. Prædicit Propheta ſupplicium quod ſubiturus eſſet Chriſtus: Dei enim permiſſu hoc paſſus eſt: hîc fructum fecit, quem orbis Terrarum vindemians & depaſcens vitam ſperat æternam.* Hic quoque

Deo

Deo se obtulit *in odorem suavitatis.* Nam olim in sacris Cedri tantùm Citrique fumo convolutum nidorem potiùs quàm odorem noverant, nec thure supplicabatur, Plinius lib. 13. cap. 1. Ephes. 5. v. 2. Hic *rubuit Cor Domini* amore, sed & sanguine. Nam Cedri cor rubet & odoratissimum est, Ruellius Hic *manibus pedibusque clavo perfossis*, etiam *rimam* accepit suâ sponte in Sanctissimo latere. Quanquàm Cedrus aliâs nec rimam fissuramque sponte capiat, & clavum adactum non teneat, Plinius l. 16. cap. 40. *Sanguis* effusus *Cedria* est saluberrima. Sic dicitur resina sponte manans; liquida primò, mox in grumos concrescens, Solis fervore. At *Cedrium* pix est, è Cedro elicita, ut in Europâ è tædâ, Plin. l. 16. cap. 11. *Hoc oleo perunctâ materies, nec tineam sentit, nec cariem. Corpora defuncta servantur incorrupta: viventia corrumpuntur: mirâ differentiâ, cum vitam auferat spirantibus, & defunctis pro vitâ sit*, Idem. *Cedrio liquore, quem tædæ sudant admoto igni, ovium vulnera linunt rustici, ut parti, quam forfice deglubunt, medeantur.* Columella. Idem oculis perunctis claritatem conciliat. Scobe Cedri fugantur serpentes. Quo fine solebant - - *Odoratam stabulis accendere Cedrum*.

Galbaneoq́; agitare graves nidore chelydros.

Quin & - *odoratæ nocturna in lumina Cedri* urebantur. *Cedrides quoque*, ita fructus dicuntur, antidotis miscentur: earum succo delibuta corpora, cum cervinâ medullâ, fugiunt serpentes. Quæ omnia Sanguini Salvatoris aptari facilè possunt.

1. *Qui fluit ex Vitæ roseus liquor arbore Christo;*
Vermem, qui lacerat tristia Corda, necat.

2. *Cedria viva necat, defunctaq; corpora servat.*
Vivere vis semper? fac, moriare prius.

Numæ libri Cedrati, sub terrâ defossi, durarunt annis, IↃ X X X V. Plin. l. 13. cap. 13. Hinc illa - *Cedro digna locutus*: & - *carmina linenda Cedro.* Quare V. D. M. I. Æ; quia

Omnia de Christo, per Christum cuncta loquuntur.

Pinge librum respersum Crucifixi Sanguine.

Cur Sacri nunquam possint abolescere libri,
Sanguinis in caussâ est Cedria, Christe, tui.

Hæc ad *Exinanitionem* pertinent: *de Exaltatione* nihil opus est addere, Ephes. 1. v. 21. nihil adspectu jucundius, Psalm. 45. v. 3. nihil odore suavius cant. 1. v. 2. nihil oleo salubrius, Sap. 16. v. 12.

4. Denique 4. Christus Cedrus est duratione *æterna*. Nam *& opera, quæ ex Cedro fiunt, permanent in æternam diuturnitatem. Arbores similes sunt Cupresseæ foliaturæ: materiei vena directa. Ephesi in æde simulacrum Dianæ, & lacunaria ex eâ; & ibi, ac in cæteris nobilibus fanis, propter æternitatem sunt facta*, Vitruvius l. 2. cap. 11. de his plura in Lignis *Sittim*. Atque hæc præcipua sunt, quæ de Cedro dici possunt: ex quibus alia quoque S. Scripturæ loca explicatu facilia. Addam tamen plura.

CAPUT

CAPUT XXI.

De Cedro paralipomena.

I. C*Omparantur* Cedro Pii & Impii. *Pii:* Sic Bileam Populum Dei confert *Cedris ad aquas natis*, Num. 24. v. 6. *Decori & celebres sunt, quasi Cedri juxta aquas, quæ crescendo extolluntur*, Thargum Hierosolym. ibid. ut anteeant gloriâ & diuturnitate imperii omnes gentes. Ita *Vitis Domini operuit arbustis suis Cedros Dei*, celsissimas mundi potestates, Psalm 80. v. 11 Sub Davidis sceptro inprimis & Salomonis, ut notat Basilius in Scholiis. Ita *Arbores Domini*, excellæ, *succo saturantur, ut Cedri Libani quas plantavit*, Psalm 104. v. 18. *Abietes*, Gentium principes, & *Cedri Libani* populi Dei, *lætantur*, quod jacente Sennacheribo, non ampliùs metuant lignatoris securim, Esai. 14. v. 8. ubi Sarcasmus, cum pulcherrimâ prosopopœjâ: pertinet eodem Esai. 41. v. 19. de quo suprà cap. 4.

2. Pulcherrimus locus est Psalm. 92. v. 13. *Justus sicut Cedrus Libani crescet*, multiplicabitur, Vulgat.

> *Omnis enim, quicunque Deo nil fertile nutrit,*
> *Ceu sterilis truncus, lignis æquabitur ustis.*
> *At Justus palmæ similis florebit amœnæ,*
> *Semper habens frondes, & tanquàm Libana Cedrus*
> *Multiplicandus adest, & vertice sidera tangit.*

Ita Sedulius lib. 4. eleganter. *Arbores hæ longævæ sunt,*

sunt, sed tempore opus habent, ut crescant: Sic virtutis plantatio multo & labore & tempore nascitur: verùm ubi in sublime fuerit sublata, maturum ac jucundissimum affert fructum, possessoresque sunt abundè satis protegit, Basilius in Scholiis. *Sicut Cedrus non putrescit, ita nec majorum gloria ullâ vetustate corrumpitur,* Ambrosius citato hoc loco, Serm. 4. in Psalm. 118. Hieronymus in Exposit. parvâ notat; *Cedrum esse lignum bene olens, unde templi lacunaria contecta, lignum imputribile.* Jansenius in Paraphrasi: *Pii semper in bono proficiunt se ipsis semper altiores, donec Cœlos ipsos attingant, ad quos Cedrorum more semper nituntur.* Beza similiter:

> *At justi ad usq; nubila,*
> *Ceu palma, tollent verticem:*
> *Et celsa, tanquàm Libani*
> *Cedras, gravant* [an levant potius?] *cacumina.*

Haymo quoque non malè: *Justus multiplicabitur ineffabili gloriâ æternitatis: sicut Cedrus Libani, quæ altior crescit aliis Cedris, & est imputribilis, &c.*

3. Ego pios cùm Cedris comparo, respectu 1. *Naturæ*, 2. *Figuræ*, 3. *Culturæ*, populariter & Minervâ crassiore.

Naturâ Cedrus *calidæ siccæq; temperaturæ est, in ordine tertio: vim habet septicam, ut & Cedria: quæ exsiccando cadavera à corruptione tuetur: at in viventibus calorem incedens teneras partes carnium depascitur,* Galenus in simpl. Hinc neque nives super

per Cedro durant, argumento caloris, *Theophrastus.* Castor Durantes:

Cedrus & exsiccat & calfacit, ordine terno,
Major. Resina illius, quæ Cedria dicta est,
Corpora conservat defuncta putredine; viva
Conficit infusa: est oculis medicamine mista
Auxilio magno, vermesq; interficit auris, &c.

Arbor ea & similes *in vetustatem sine vitiis conservantur: quod is liquor, qui inest penitus in corporibus earum, habet amarum saporem; qui propter acritudinem non patitur penetrare cariem, neque eas bestiolas, quæ sunt nocentes*, Vitruvius l. cit. Itaque nec hiemem ferè sentit, nec amittit folia, propter succi lentorem, & tenax quasi glutinum. Nobilitas est ex materiei perpetuitate, & amplitudine arboris, de quibus satis. David suam fœcundis fructu annumerare videtur. *Etiam in senectâ uberi vividæ erunt*, inquit, *& bene patientes*, Vulgat: fruchtbar und frisch / D. Lutherus: *Succulentæ, & virentes*, Pagninus: *Succo divini Spiritus pingues, & fœcundæ*, Janseni. Græci εὐπαθοῦντες, corpore quasi benè habito. Videtur autem Regius Vates *Oxycedrum*, seu *Phœniciam* præ oculis habuisse. 1. Quia Magnæ Cedro dignitate proxima est; 2. Inter spinas & aculeata folia baccas fert edules, ut dictum; 3. Alia non floret, & tamen fert fructum; alia floret, & non fert, Plinius: 4. Arcades eodem tempore ternos in eâ fructus reperiri ajunt: anniculos acerbos; bimos, maturos quidem, sed qui gustu respuantur; & trimos, qui mandi possint. 5.

Illius

Illius at fructus capiti infert sæpè dolorem,

Ut ait Durantes; *Si liberalius eô utare*, Matthiol. Materies Sacris profanisque fabricis expetita, ut in *Sittim* dicam:

4. *Pii* quoque Spiritu fervent Rom. 12. v. 11. & charitate, Gal. 5. v. 6. pleni succo spirituali, 1. Johann. 2. v. 20. qui & vivificat & mortificat, Rom. 6. v. 13. 2. Cor. 4. v. 16. Coloss. 3. v. 5. cariem vetusti hominis arcet, Rom. 6. v. 12. Verè νεκρῶν ζωὴ, ut Cedria dicta Dioscoridi. Sic Cedrio succo perfusa cadavera in Ægypto servabantur, Plinius l. 16. cap. 11. hinc spes incorruptionis, Apocal. 22. v. 2. Hinc gaudent æquè frigidis, virentq; hieme, Jac. 1. v. 3. Ex aculeatis spinis fructus odoratus, Ezech. 28. v. 24. Philipp. 1. v. 11. c. 4. v. 18. Semperque antecedentem novus occupat, 2. Petr. 1. v. 5. 6. quamvis flore non promittant, Matth. 7. v. 20. 21. at qui florent nec fructum faciunt hypocritæ, aut πρόσκαιροι, Luc. 8. v. 13. 14. Denique hic fructus quoque serotinus est, nec edulis nisi trimus, pleno ardore charitatis percoctus. Tunc frui licet in alimentum virtutis, & ruminare ad gratias agendas Deo: sed ne caput gravetur superbiâ, Luc. 17. v. 10. &c. Undè varia emblemata. 1. *Nunquid è spinis uva?* Matth. 7. v. 16. Quod tamen hìc fit:

Ut minor è spinis baccas fert Cedrus edules:
Fructum ex adversis sic generosa fides.

2. Carpe fructus, cave spinas.

Sanctorum volvis quicunque volumina Patrum,
Dulcia poma legens, spinea texta cave.

3. Mitte,

3. Mitte, non promitte. *Ostende fidem tuam factis*, Jac. 2. v. 18.

Verborum steriles frustra est profundere flores:
Ostendat factis sese operosa fides.

4. Nunquàm sine fructu!

Anniculum, & bimum, & trimum, Phœnicia Cedrus,
Fert fructum: nunquàm est desidiosa fides.

5. Ad *figuram* Cedri pertinent partes, earumq; dispositio. Hujus nostræ *radix* unica est Christus; *Caudex* rectà assurgit, ut & fructus, in cœlum, Matth. 6. v. 20. 22. Philipp. 3. v. 20. *Cor* & medulla, rubet fide, ac Sanguine Domini, Hebr. 10. v. 20. 22. *Cortex* ab imo scaber & asper: mox ut ramos extulit, fit lævis, adspectu jucundissimo. Virtutis - *aspera prima via est:* Sed - *fine sui pulcherrima.* *Cacumen* gratia Dei, & fides est, Ephes. 2. v. 8. Eo ablato perit, nec regerminare potest, nisi novo gratiæ miraculo, Hebr. 6. v. 4. 8. Errat, sed ut solent Calviniani, Grynæus, cùm l. 2. Epist. Theolog. 16. & 24. ubi justos Cedro comparat, sic disputat: *Justum hominem sanctificationis suæ honestamentum & decus NUNQUAM omni ex parte amittere. Nam & Cedrus decacuminatione interit.*

6. Ad *culturam* spectat cura plantantis Dei, in laudem gratiæ suæ gloriosæ, Esai. 41. v. 19. Psalm. 104. v. 16 & 148. v. 9. ac Salomonis nostri, Matth. 12. v. 42. 1. Reg. 10. v. 27. 2. Paralipom. 1. v. 15. Locus, mons Dei, Libanus & Sion, hortusque & Paradisus, ubi pulchriùs proveniunt Cedri. Nutrimentum,

mentum, aqua Spiritus, Psalm. 1. v. 3. Johan. 4. v. 14. *An in Atriis domus Dei Cedri & palmæ consitæ* dixi de Quercu, & dicam de Lucis infrà: hæc suffi-ciant.

7. Eadem Cedrus *mundi potentes & superbos* significat. Succidere *Cedrorum excelsa & electas abietes*, 2. Reg. 19. v. 23. & Esai. 37. v. 24. est *tollere potentes & optimates populi*, Hieronym.

Psalm. 29. v. 5. *Vox Domini*, id est, tonitru cum fulmine, *confringit Cedros Libani*, *facitque ut* terrâ movente concussæ *subsiliant quasi vituli & pulli unicornium*, ראמים *Reemim*, Urorum Aurochsen, propriè ut docet Bootius lib. 3. S. Animadvers. cap. 1. Sunt autem pulli ejus generis timidi, ut facilè terrore exagitentur. Agitur autem hic προσώπως de efficaciâ Verbi Divini. *Eo comminuta sunt simulachrorum Delubra, Cedris Libani similia; quæ & sublimes sunt, & vescum fructum non solent ferre*, Basilius ibid. Theodoretus ad literam putat agi, *de Victoriâ Dei contra Sennacheribum & Assyrios*; mysticè *de victoriâ Christi contrà idola Gentium*. Augustinus: *vox Domini contritione cordis humilians superbos, conteret elatos nitore terreno nobilitatis*. Arnobius Junior: *Quicunque rebellis extiterit & elatus, confringetur & comminuetur sicut Cedrus Libani. In Libano Sacrificantes usque hodiè turpissimæ Veneri, Vitulorum virilia amputant, & in ejus Sacrificio hujusmodi incensa supponunt: mercedem erroris sui, quam oportuit, Deæ suæ exhibent meretrici. Ita comminuetur quasi vitulus Libani, qui castitatem Christi contempserit.* De Ve-

neris

neris Sacrificio notandum, nec recordor alibi legisse.

8. Vulgatus Psalm. 36. v. 35. *Vidi impium exaltatum sicut Cedros Libani.* Ibi Ambrosius: *vides Cedrum in monte altissimo superexaltatam, sed vento frangitur, sed igni exuritur, sed vetustate dissolvitur: ita est dives in seculo; fulget quidem splendore quodam gratiæ secularis, ut Libanus: nixus est mundi potentiâ, opibus & divitiis exultat: Videtur tibi aliquid esse, antequàm* dicas; *Transiens videbo!* sed de h. l. in *Lauru.*

Esai. 2. v. 13. *Dies Domini super omnes Cedros Libani sublimes, & exaltatas, & super omnes Quercus Basan.* Expolitio est ejus, quod versu præcedente 12. propriis verbis dixerat. Basilius fusè explanat. Sensus est: *intelligi hypocritas fastu Pharisaico tumentes, superbosque omnes, nullius bonæ frugis; ipsos etiam Dæmones.* Hieronymus: *Domini vindicta consurget, super omnes qui eriguntur in superbiam, & faciunt opera ignominiæ, atque in cœno libidinum volutantur: qui per Quercus indicentur, quæ etsi faciant fructus, tamen porcorum alimenta sunt, non hominum: Basan autem Arabiæ regio interpretatur αἰσχύνη, ignominia, &c.*

9. Sic Jeremiæ cap. 22. v. 7. comminatur Deus, se contra Hierosolymam, & domum Regiam, quam antonomasticè vocat *Galaad caput Libani*, missurum *lignatores*, armatos securibus, *qui Cedros ejus lectissimas succidant, & in ignem conjiciant.* Confer v. 8. 9. Nunquàm in solido stetit superba felicitas, *Seneca.* Nam

Sequitur superbos ultor à tergo Deus!

Sic apud Ezechiel. cap. 31. *Cedrus* imago est superb ruentis in exitium: *Securis ad arborem* posita hieroglyphicum Divinæ vindictæ, Matth. 3. u exscindatur - *telluris inutile pondus.* Sunt enim superbi, 1 infrugiferi, Tob. 4. v. 14. Sirac. 10. v. 14 2. inflexibiles, Esai. 48. v. 4. 3. Clavum non tenent Ecclesf. 12. v. 11. 4. alta appetunt, Esai. 14. v. 2 Maccab. 9. v. 8. 5. modum non tenent, sempe crescit fastus, & 6. quò altior est, eò ruinæ proximior. Indè fortè *Cedrum Eumenidibus, sivè Furiis consecravit antiquitas*, ex Orphei Argonaut. Natal Comes lib. 3. Mytholog. cap. 10. Sed de his satis.

10. Superfunt S. adagia quædam: 1. *Sicut Cedri juxta aquas.* Num. 24. v. 6. *Quàm pulchri sunt tentoria tua. Jacob? Quemadmodum torrente extenduntur*, wie sich die Bäche außbreiten / D. Luther. *Ut valles nemorosæ*, Vulgat. *Sicut horti ad flumina, sicut Ahalim*, tentoria, tabernacula, vel potiùs *Aloë*, Pagnin. *Santali*, Tremell. *Arbores Paradisi* dictæ, *quas plantavit* Jehova, *& sicut Cedri super aquas.* Torrentes longè lateque diffunduntur & obvia sternunt; horti irrigui semper vernant, & feliciter propagant se; ligna aromatica odorem spargunt; Cedri in alta consurgunt, hiemem non metuunt, perenniter virent, & crescunt ad aquas consitæ. Sic Galatea.

Floridior prato, longâ procerior alno,
Nobilior pomis, platano conspectior altâ,

Et - *riguo formosior horto.* Sic Cedro comparatur *cauda Elephanti*, Job. 40. v. 12. quod de obscæno interpre-

terpretantur quidam: quasi dicatur, libidine cùm fervet, surrigit pudendum ad instat Cedri, *Coccejus.* Memini rem ridiculam: viderat hac formâ elephantum, cùm spectandus daretur coronæ circumstantium, muliercula; quæsivit ex domitore; an hæc bellua quinque pedes haberet? magnus coortus est risus, & adstabam ipse quoque inter alios. Sed vocabulum זנב *Zanab*, vix puto hoc significatu legi. Caudam, quæ capiti, ut extremorum alterum, opponitur, sæpius denotat. *Quandò volet*, inquit, *cauda ejus erit quasi Cedrus* protensa. Habet autem Elephas caudam arboris instar ramosam. Breviorem tamen, quam ut præsidium sit, abigendo muscarum tædio, Plinius l. 8. cap. 10. Eam, ut cætera caudata animalium, pro desiderio agitant, Idem l. 11. cap. 51. ut Leo, *se sæva stimulavit verbere caudæ, Erexitq; jubas.* Simili hyperbolâ dixit Oppianus 2. Cyneget. *radices dentium*, sivè cornuum, elephanti esse *instar fagorum*.

11. Cant. 5. v. 15. Cùm sponsa Salomonem suum per partes laudâsset; tota tandem, inquit, *species ejus ut adspectus Libani, electus ut Cedri.* Quod planè ποιμενικόν schema est. Nihil in Judæâ amœnius Libano, nihil magis eximium Cedris. Quæ de his hucusque dicta sunt, ad Christum facilè applicabis. - *Cunctis altior extat.* Ita altior Cedris, Amos. 2. v. 9. vel ut Hebraicè est: *altitudo ejus, sicut altitudo Cedrorum.* Apud Siracidem similia habes: ut cap. 24. v 17. & seqq. ubi *Sapientia*, illa per legem Mosis revelata, id est S. Scriptura, *exaltata* dicitur, *ut Cedrus Libani*, *ut Cupressus Hermo-*

nis, ut palma Engaddi, ut Rosa Hierichuntis ; ut olea in campo, ut platanus ad aquas : dareque εὐωδίαν ſuam ; ut C*innamomum,* gratos odores diffundit, ut πάλαθ☉ ἀρωμάτων, vel ut alii legunt, ὡς ἀσπάλαθ☉, uti *myrrha electa, & galbanum,* & quæ ſequuntur tàm in Græcis, quàm in Latinis codicibus, *Storax, onyx, ſtacte, thuris vapor, balſamum.* Denique ramorum copiâ *Terebintho* confertur, & fructuum *viti.* Ergò Paradiſus eſt cœleſtis. Si per partes ſingula velis exequi, volumen integrum conficies. Nullus Heſperidum, aut Alcinoi, aut alibi uspiam æquè, ut dicam cum Virgilio,

Oblectat hortus, advocat, paſcit, tenet,
Animoq; mœſto demit angores graves;
Refert labori pleniorem gratiam,
Tribuit colenti multiforme gaudium.
Omnia ſilvarum decora, omnes unus odores,
Vmbrasq; & fructus hic Paradiſus habet.

Cedro *Libani, inter palmas* circum ſtantes, eminenti, comparatur ſummus Sacerdos in coronâ fratrum, Sacerdotum minorum, Sirac. 50. v. 14. velut inter ignes Luna minores. - *Super eminet una!*

Eminet ut Cedrus, *palmarum ambita coronâ;*
Sic inter Sanctos gloria, Chriſte, tua!
Sic inter proceres Regius extat honor!
Virtutum Pietas altior una choro eſt.

12. Videamus & alia. Judic. 9. v. 15. *Ignis è rhamno devorat Cedros Libani.* Pro Rhamno eſt *Atad*, de quo in ſpinoſis.

Maxima de minimis venêre pericula cauſis.

De Dracone Tiberii â formicis conſumpto, & alia, dixi

dixi in Acerrâ lib. 2. num. 279. *A cane non magno sæpè tenetur aper.* Elephas minimo suis stridore terretur, Plin. 8. cap. 9. Leonem, ut in fabulis est, vicit & culex. *Parva sæpè scintilla neglecta, magnum parit incendium*, ut est apud Curtium. Ignis, à peccatis populi exortus sæpè grassatur usque ad perniciem potentum, reiq; publicæ ruinam. Plura aliâs. Esai. 9. v. 10. *Sycomoros succiderunt, sed in Cedros mutabimus.* Proverbium est, quo adversus clades θεηλάτες insolescentes utebantur Israëlitæ. Ortum videtur â Salomonis studio, quo curavit, ut *tot* passim crescerent *Cedri*, *quot per plana Camporum obvia erant Sycomori*, 1. Regum: 10. v. 27. Eodem sensu jactabatur ab induratis illud alterum: *Lateres ceciderunt, sed quadris ædificabimus.* Ita Augustus dixit; *se Romam accepisse lateritam, marmoream relinquere.* Nunc Cedri vix aliquæ in Libano, nec adeo multæ Sycomori, in damnata æterno excidio regione, supersunt. *Ne erretis! Deus non irridetur*, Galat. 6. v. 7.

Jerem. 22. v. 23. *Sedere in Libano, & nidificare in Cedris*, de felicibus & securis dicitur: & allusio est ad ædes Cedrinas Hierosolymæ. *Arrogantia creverat de rerum omnium abundantiâ*, Hieronym.

Nil adeo excelsum est, supraq; pericula tendit;
Non sit ut inferius suppositumq; Deo.

Zachar. 11. v. 2. *Ulula abies, quia cecidit Cedrus.* Sit casus majorum, tremor minorum. *De nuptiis Cardui cum Cedro* dicam suo loco, 2. Reg. cap. 14. v. 9. Atque hæc de Cedro, puto, Satis.

CAPUT XXII.

De Ligno Gopher, & Sittim.

1. DE lignis גפר *Gopher*, ex quibus Arcam suam jussus fuit fabricare Noha, varias Interpretum sententias exposui suprà in Nomenclaturâ: Duas recentissimorum hic breviter examinabimus; *Samuelis Bocharti*, & *Isaaci Vossii*. Ac *Bochartus* quidem Fullerum, ut fatetur, secutus, *Gopher esse Cupressum* disputat, in Phaleg. lib. I. cap. 4. Argumento, 1. *nominis*; nam demptâ terminatione in nomine κυπάρισσος, Gopher & κυπαρ sono parùm discrepant: 2. *materiei*; quæ Cupresso pro omnibus diuturnior, neque alia minùs - longæ cariem timet senectæ: 3. *Usus*; quia ad contexenda navigia maximè expetita hæc arbor, quod pluribus probat testimoniis. Verùm hæc nondum conficiunt, quod debebant. Etymologia Cupressi incerta est, & videor dedisse certiorem, cap. 7. num. 5. Materiæ dos illi cum cæteris ἀσήπτοις communis est, ut & usus ad naves; quod iisdem, quibus utitur, testimoniis constat. Ingeniosius igitur excogitavit argumentum vir doctissimus. Ponit, *Arcam extructam in Assyriâ*: Subjicit, *in ea regione solam navibus construendis aptam reperiri Cupressum*; *aliarum arborum*, ἐς ναυπηγίαν *esse inopiam ibi*; & probat testibus Arriano ac Strabone. Denique conjicit; *quod Gopher sit nomen loci, à Cupressis dicti*, qui Straboni κυπαρισσών, in Adiabene, circa Capri trajectum. Sic enim quoque dici

à Quer-

ā Quercubus *Elon*, à moris *Baca*, à ſpinis Arabicis *Sittim vel Setin*, è palmis *Tamar*, *&* *Dicla*, à malis Punicis *Rimmon*. Sed neque quod ponit, immodum eſt: potuit enim arcæ architectus, paulò remotiùs habitare à Babylone & Aſſyriâ, ubi in Amano ac Tauro montibus ad manum erant Cedri, Juniperi majores, Piceæ & aliæ naupegis utiles, viſæ Belonio ibi, & fortè quædam non viſæ: & quod in Aſſyriâ, olim ante Alexandri tempora, nullæ abietes, pini, ſimilesque fuerint, neque ullæ omninò poſteà, non affirmat Arrianus: εὐπορίαν fuiſſe negat. Verùm de hac ſententiâ judicabit quisque, quod arbitrabitur vero propius.

2. *Voſſius* in nupero Scripto, quod *de Lxx. Interpp. Translatione* edidit anno proximè præterito 1661. de quo nunc quidem dicere nihil attinet, cap. 12. notat, quæ Lxx. *pro lignis Gopher* poſuerunt ξύλα τετράγωνα, *arbores eſſe quadrangulas*: itaque dici *Pinum, Abietem, Cedrum, Pinaſtrum, Piceam & Sapinum: quod earum rami quaterni ſimul explicentur, paribusq; à terrâ intervallis, inſtar quatuor brachiorum, pares quoque conficiant angulos, veramq; crucis formam ipſo ſtatim adſpectu deſignent.* Deindè *Gopher* bitumen in S. Literis non ſtrictè accipi, ſed etiam picem & reſinam continere. Quare *ligna Gopher* & *reſinifera* eſſe, & *quadrangulari* ramorum *diſpoſitione*. Denique concludit, *non ex uno arborum genere arcam fuiſſe ædificatam.* Cætera, quæ huc non ſpectant, omitto.

3. Mihi quoque vero videtur ſimilius, non ex uno genere lignorum extructam tàm im̃enſæ mo-

lis arcam: 1. Quia vocabulum *Gopher* propriè videtur significare resinam, & picem. Sunt enim rerum cognatarum cognata nomina; quodque in arboribus est *resina*, aut pix excocta: hoc in aquis est *bitumen*, quod Hebræis *Copher*; in terrâ *Sulphur*, quod illis *Gophrit*, Chaldæis *Cuphrit*, aut & *Cubrit*, ut literæ ejusdem organi sæpissimè permutantur. Resina magis aëreæ, bitumen aqueæ, sulphur terreæ naturæ est. 2. Quia hac ratione omnium Interpp. conciliantur sententiæ, de quibus suprà cap. 3. num. 14. 3. Quia *Argo* suam, quæ prima extitit in Gentilium memoriâ navis, alii compactam æquè statuebant - *trabibus abiegnis, cæsis è Pelio nemore*, ut Ennius; alii pineis, ut Catullus:

Pinea conjungens inflexæ texta carinæ.

& Valer. Flaccus - *non hanc sine Numine pinum dirigimus*, &c.

4. Quia absque dubio ad naupegiam aptiores, ac in frequentiori usu - *nautica pinus*, & *casus abies visura marinos*, quàm Cupressus. Hanc tamen, non negandum est, aptam esse construendis navibus, ut videtur negare Vossius. Neque utar ejus ratione: *ideo non potuisse Arcam constare uno arborum genere, quod tantæ moli fabricandæ omnes Mesopotamiæ Syriæque pini vel abietes sufficere nequivissent.* Fuisse enim vastissimas, ante cultam habitatamque terram, silvas nemo negaverit. Et apparet Noham navim suam, non uno fixum loco, ædificâsse; sed materiam undique convexisse, ut quæ miraculo ante-

diluvianis

diluvianis & ostento esse debuerit. Verùm hæc aliis censenda relinquo.

4. Per *Quadrata ligna, quæ nulla parte vacillant, sed quocunque verteris, fixâ stabilitate consistunt, Ecclesiæ Doctores intelligit* Origenes hom. 2. in Gen. *Hi enim quasi murus quæ intra sunt defendunt, & quasi obstaculum fluctus ac procellas foris impediunt.* Idem mox ait: *si quis arcam salutis in corde suo ædificare, Sacramque ibi quandam Bibliothecam dedicare velit, ei non rudibus & impolitis, sed quadratis lignis; testimoniis scil. non profanis sed Propheticis & Apostolicis esse utendum.* Sic Alcimus Avitus de Diluvio sub fin.

Arca vetus Nohæ Christi est Ecclesia: per quam,
Extra etiam quam nemo, potest salvarier.

Qui & anteà v. 323. cecinit, neminem in fine Mundi salvum fore, nisi

Præduri validam ædificarit tegminis arcam,
Per lignum vitale CRUCIS, servatus ab undis.

Sed & idem *ex vario lignorum genere* constructam fuisse censuit, v. 298. & seqq. Augustinus: *arca hæc procul dubio figura est peregrinantis in hoc seculo Civitatis Dei, hoc est, Ecclesiæ: quæ fit salva per lignum, in quo pependit Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus,* l. 15. de Civit. Dei cap. 26. Plura non vacat addere.

5. Videamus jam quoque *Ligna Sittim.* Fagius in Paraphr. Chald. ad Ex. c. 25. v. 5. *Discordes*, inquit, *Hebræorum sunt sententiæ super hoc ligno. Alii*

enim Cedrum, alii piceam, alii buxum esse dicunt. Kimhi scribit optimam speciem esse Cedri. Nec desunt, qui sentiunt hoc genus ligni à filiis Israel ex Ægypto in desertum asportatum fuisse. [sic enim fabulatur R. Salomon; *Jacobum prævidisse, quod filii ejus Deo erecturi essent tabernaculum: & ideò semina radicesq́ Sittim secum in Ægyptum tulisse, atq́ ibi plantâsse, jussisseq́, ut Ægypto exeuntes hæc ligna secum asportarent*; meminit l. cit. Exod. Cornel. à Lap.] *Probabilior est sententia Aben Esræ, qui conjicit hoc genus ligni circa montem Sinay crevisse. Cui adstipulatur & autor Hizkuni, qui scribit, in deserto Silvas fuisse, in quibus hoc lignum creverit: fuisseq́ lignum leve, & pulchrum, ex quo & filii Israël sua tabernacula fecerint, juxta illud:* habitavit verò Israël in Sittim, Num. 25. *Septuaginta transtulerunt* ξύλα ἄσηπτα *ligna imputribilia*, hæc Fagius. Ex Hieronymo descripsi suprà cap. 3. num. 35. qui *spinæ albæ similem arborem* fuisse censuit, in cap. 41. Esai. v. 18. ubi LXX. habent πύξον, *buxum*: Aquila & Symmachus, σῆτλαν: Theodotion, ἄκανθαν. Idem Hieronymus in cap. 3. Joëlis, ubi *Nahal Sittim*, Vallis ab his arboribus dicta v. 18. *Est genus arboris in Eremo spinæ albæ simile: colore & foliis, non magnitudine: alioquin tam grandes arbores sunt, ut latissima ex iis tabulata cædantur: lignumq́ fortissimum est, incredibilis levitatis & pulchritudinis: ita ut ex his etiam vasa torcularium, quæ* ἄρσενας *&* θήλυας *vocant, ditissimi faciant. Addit nuspiam nisi in Arabiæ solitudine reperiri.* Ex recentioribus alii, ut Lemnius in Herb. Bibl. *Citrum* sic dici opinantur,

cap. 37.

cap. 37. alii *Laricem* optimam, quæ, inter alias naturæ dotes, hanc quoque habeat, *quod flammam non concipiat, & ægrè comburatur*, ut Danæus, Tract. 3. Physicæ Christ. cap. 76. Plerique R. Kimhium secuti, *Cedrum lectissimam*.

6. Hic ut omnia incerta sunt, ita nec illud clarum; *cui spinæ albæ Sitta arborem similem dixerit Hieronymus, colore & foliis?* Nam quod Cornelius à Lap. putat eam intellexisse, quæ apud Dioscoridem l. 3. cap. 12. describitur, nomine ἄκανθα λευκὴ: falli videtur; quia ea *Carduo* similis videtur, aut *Chamæleoni*, ut describit Idem. Quæ an ulli arbori possint convenire? ipse viderit. Quare eorum secutus sententiam Hieronymus fortè est, qui *Acaciam*, quæ & *spina Ægyptia*, pro albâ spinâ habuêre: illam scilicet alteram, quàm in Cappadociâ Pontoq; provenire ait Discorides l. 1. cap. 115. Deindè inter *Rhamnos* quoque genus est, λευκάκανθα dictum, cujus meminit Dodonæus Pempt. 6. lib. 1. cap. 16. Denique ex S. literis hæc tantùm certa habentur, arcam fœderis, vectes, mensam, tabulas, & id genus, ex hoc ligno facta esse; ut Exodi capp. 25. & 26. Deut. 10. v. 3. &c. Esaias proximo post Cedrum loco recensuit שטה *Sittah* cap. 41. cit. Ab hac arbore locus dictus est *Sittim*, Num. 25. v. 1. Jos. 2. v. 1. & 3. v. 1. ubi ultima fuit Israëlitarum mansio, in campestribus Moab.: ὁμώνυμος *arboribus, quæ per eremum montis Sina hodiè quoq; gignuntur, & similitudinem habent arboris, quam nos vulgò spinam albam dicimus*. Hieronym. in Michæ. cap. 6. v. 5. Eundem locum Moses *Abelsittim* vocat Num. 33. v. 49.

v. 49. *Abilam* Josephus: Neque alius apparet, qui à Joële *Nahal Sittim* dicitur, cap. 3. v. 18. trans Jordanem & mare mortuum, vide Hieronymum ibid. & si vis, quæ ante viginti duos annos, in hunc Prophetam annotavi.

7. Ex quibus colligitur 1. *Sittah, non esse Cedrum:* quamvis præter Kimhium & citatos, ita autument quoque Philo de Vitâ Mosis l. 3 post princ. Arias Montan. Villalpandus, Emanuel Sà & alii. Philo tamen de Insomniis, *Sethin* interpretatur *spinas*. Ratio, quæ videtur persuasisse, à ligni præstantiâ & dignitate, non cogit. Neque dubium, quin si Cedri in deserto fuissent ad manum, iis hic honor præ aliis debitus fuisse censendus sit. Sed neque Cedri erant ibi, & alia Deum fortè movit ratio, cur hanc arborem prætulerit? Tabernaculum, *è spinoso ligno*, Templum *è Cedrino* condi placuit, 2. Sam. 7. v. 7. 1. Reg. 5. v. 6. 8. 10. & cap. 6. v. 9. &c. Peregrinabatur Deus cum Populo suo, ut 2. Sam. l. cit. sprevitque superba Regum palatia Cedrina, *vide Ravanell. in Cedro, num. 5.* Per angusta itur ad augusta! Porticus Salomonis contabulata fuit Cedris à pavimento usque ad summitatem, 1. Reg. 7. v. 7. Tabulæ Tabernaculi spinâ ex Arabicâ erant. Quæ cogitatio pulchras parere potest Meditationes. Sed nobis progrediendum est.

8. Jam 2. *neque Laricem esse Sittah* facilè probatur: quodque ferunt Vitruvius & Plinius, laricem non accendi ignibus, refutavit pluribus Matthiolus

us l. 4. Epistol. 1. ad Ulyss. Aldrovand. 3. Quod
Lxx. modò *Buxum*, modò etiam σχῖνον *Lentiscum*,
ut Mich. 6. v. 5. legit Hieronymus; quodque alii
piceam Fòrenholtz / &c. interpretati sunt, fecit de-
fectus nominis proprii: cùm Græcis Latinisque
fortè ignota fuerit Arabiæ peculiaris arbor. *De
Citro*, dicam in *Almugim*, sivè *Thyinis*. Mihi Sit-
tah quoddam *Acaciæ genus* esse videtur. Ratio-
nes habeo, 1. *à Nomine*: שט, Arabibus significat
Longus fuit, ut D. Hottingerus notat. Indè Rab-
binis *Sittah linea*; seu *versus libri*, Schindler. &
Hebraicum שטט *Schotet*, *baculus*, *virga*, fortè
stimulus, quo tardos boves, latera pungendo, in-
citant agricolæ; Josuæ 23. v. 13. *baculus exactoris*,
Esai. 9. v. 4. *Acaciam* ab ἀκάζω derivant, quod est
acuo. Meminit Bellonius, *Calojeros montis Sinay*,
*comitesque suos, donâsse baculis oblongis, teretibus,
levigatis, & satis gravibus: quos dixerint, ex eâdem
arbore revulsos, ex quâ Mosis virga, quâ saxo per-
cusso, aquam elicuit:* additque: *videretur hæc arbor
Acacia, nisi enodis esset*, l. 2. observ. cap. 66. Talem
fuisse Sittah, vectes illi, ex eâ facti, indicant, de qui-
bus Exod. l. cit.

9. Pergamus: altera ratio 2. est *à descriptio-
ne*: Theophrastus & Matthiolus ex eo ita descri-
bunt Acaciam: *spina ex eo dicitur, quod tota arbor
spinis horret, excepto caudice. Magnitudine excel-
lit; materies quippè duodenorum cubitorum, tectis
idonea, cæditur. Ejus duo sunt genera: alia enim
candida, alia nigra est: Illa facilè putrescit! hæc*

incor-

incorrupta manet; ob id ad navium costas, ventrisq; compagines eâ utuntur. Fructum fert in siliquâ, leguminum modo, quo incolæ coria perficiunt vice gallæ. Flos adspectû jucundo, ut & corollæ ex eo fierent, & utilis ad medicinam. Manat & gummi, tum ex percussâ, cum sine plagâ sponte. Non multò aliter Prosper Alpinus, & Veslingius in eund. Observat. cap. 4. depingunt Ægyptiam: *hic quidem caudicem se non rarò ait deprehendisse ampliorem, quàm ut brachio circumdare potuerit: esseque & foliorum virore, & intermicante spisso flosculorum auro, quo horridos aculeos inumbrat, oculis gratissimam.* Accedit 3. *à situ loci:* Bellonius refert: *per sterilem Arabiæ solitudinem, nullas se stirpes reperisse præter Acaciam, cujus gummi diligenter ab Arabibus colligatur; id esse, quod Arabicum veteres nuncupârint: folia adeò tenuia, ut eorum ala pollice tegi queat, decussa pecori pro pabulo esse*, l. 2. cap. 56. & cap. 80. alteram Acaciæ speciem propè Ramam copiosè provenire.

10. Superest, 4. *à similitudine spinæ albæ:* Sic puto Hieronymum cum vulgo appellâsse, quæ Græcis *oxyacantha*, aut *oxyacanthus*, Italis & Gallis hodiè quoque *Spinus albus:* Columellæ *spina alba, inter pomiferas silvestres*, cujus baccæ Suibus gratæ; nostris Hagedorn. Dioscorides, *pyrastro similem describit, sed minorem; baccasq; ferre myrti rubras: utiles in cibo aut potu, sistendo alvi profluvio, & fœminarum abundantiæ.* Hæc spina nuptiarum facibus auspicatissima habebatur, quod indè fecerint pastores, qui rapuerunt Sabinas, autore Massuria:



ACACIA. Veslingij.

& pro amuleto contra noxas ac maleficia. Ovidius:

Sic fatus, spinam, quæ tristes pellere posset
A foribus noxas, hæc erat alba, dedit.

Neque defuêre, qui traderent *hance lauri instar nunquàm de cœlo tangi.* Quæ & alia referunt Ruellius l. 3. cap. 12. Porta lib. 3. cap. 20. Sunt autem *Acaciæ diversæ*, aliasque aliter depictas exhibet Matthiolus, aliter Bellonius, aliter Veslingius. *Prima* Matthioli *folia habet rotunda, pyri magnitudine, flores ex albo purpurascentes;* cujus imaginem Constantinopoli attulerit Augerius Busbequius. Quæ descriptio similitudinem cum spinâ albâ satis ostendit. Et tales per eremum Sinay frequentes puto dixit Hieronymus, nec alibi notas aut natas. Nam *Ægyptiæ* colore, flore, & foliis multum differunt. Quanquàm hujus quoque generis in desertis Arabiæ visas sibi narrârit Bellonius. Hæc mihi super *Sittah* meditanti in mentem venêre. Si quid novisti rectius, candidus imperti. Nec diutiùs morari libet. Acaciam nostrates Herbarii Schotten-dorn / à fructu & siliquis, vocant.

SECTIO III.

De Spinosis Arboribus & Fruticibus.

ADmonuit me Acacia, ut cæteras aculeatis spinis horrentes adderem. Ejus generis sunt 1. *Atadim*, 2. *Barkanim*, 3. *Chedek*, 4. *Choach*,

5. *Nea-*

5. *Naazuz*, 6. *Sillon*, 7. *Seneh*, 8. *Sirim*, 9. *Sirphad*, 10. *Zealim*, 11. *Koz*, 12. *Schaith*, 13. *Schamir*, 14. *Rothem*. Egit de ſpinoſis fruticibus diligenter Dodonæus Pemt. V I. lib. 1. præcipui ſunt. 1. *Rubi*, 2. *Cappares*, 3. *Oxyacanthæ*, 4. *Tragacanthæ*, 5. *Pruni ſilveſtres*, 6. *Rhamni*, 7. *Paliuri*, 8. *Lycium*, vel *Pyxacantha*, 9. *Geniſtæ*, 10. *Ruſcum*, 11. *Anonis*. Rhauwolff viſas ſibi quasdam peregrinas ſpecies obſervat, ut 1. *Agul*, vel *Algul* dictam Arabibus, pag. 94. & 173. 2. *Tragacantha* alteram, pag. 281. 3. *Lycium*, pag. 285. 460. 4. *Bellan* Arabicè dictam, pag. 287 &c. Bellonius in Arabiæ deſertis & in Syriâ reperit *Rhamnos*, *Paliuros*, *Cappares*, *Geniſtas*, *Lycii frutices*, *Prunos*, *Tragacanthum*: arbores etiam ſpinoſas, fructu eduli, *Napecas* aut *Oenoplias* dictas, quarum deſcriptiones vide pag. 329. & 349. meminerunt etiam P. Alpinus & Veslingius. Per ſpinas itaque incedendum nobis eſt, gradu ſuſpenſo, & calceatis pedibus.

CAPUT XXIII.

De Atadim, Rhamno, Lycio, Cynosbatho.

1. TRibus locis legitur hoc vocabulum: *Bis* Geneſ. 50. v. 10. & 11. *Area Atad*, nomen loci, quem celebrem fecit luctus Ægyptiorum, in Tribu Benjamin, non procul à Betha bara. Nomen habuit, ut putant, à rhamnis quibus ſeptus fuit: *Ter* Judic. 9. v. 14. 15. *Dixerunt omnia ligna ad rham-*



RHAMNUS.

rhamnum, veni, & impera ſuper nos. Egrediatur ignis de rhamno & devoret Cedros Libani,ita Vulgat. Lxx. etiam vocant τὴν ῥάμνον. Vatablus notat: *eſſe genus rubi odorati ferentis roſas; Gallicè Englantier.* Et Tremellius vertit, *Cynosbaton*; Pagninus, *Dumum:* D. Lutherus Dornbuſch. Denique *Semel* Pſalm. 58. v. 10. loco perquam obſcuro, & de quo mirè interpp. variant. Ad verbum ſic habet: *priusquàm intelligant*, aut ſentiant *Sirothéchem* ſpinæ veſtræ, alii ollæ, vel lebetes, ut 2 Paralip. 4. v. 11. *Atad* Rhamnum, Cynosbaton; *ſicut vivum, ſic & ambuſtum*, Hebr. *Kemo chai Kemo charon*, quod alii vertunt; ſicut viventem ſic ira ardens, *turbine abripiet eum*, quemcunq;. Senſus appoſitus duplex maximè videtur. *1. Antequam ſpinæ veſtræ adoleverint in rhamnum*, ehe eure Dornē reiff werden am Dornſtrauch/ D. Luther. *ſicut viventes ſic ira repentè auferet.* Hæc quidem communior expoſitio eſt. Mihi tamen altera magis arridet, *2. antequam ollæ veſtræ ſenſerint ſuppoſitum rhamnum, ceperintq; incaleſcere, tam vivum quam ambuſtum quemq; turbine abripiet.* Nam *1. Siroth* fœminium plurale, ollas & lebetes ſignificat. *2. Kemo* bis repetitum idem volet, quod qualis, talis, ut Judic. 8. v. 18. tàm, quàm: pariter hos atque illos *3. Charon*, flamma eſt propriè, & per methaphoram ira, ut Exod. 15. v. 7. Neque aliunde nomen eſt Charontis, - *cui ſtant lumina flammâ*, totumque corpus fumo & flammis tetrum & quaſi ambuſtum 4. ſenſus denique hinc emergit pulcherrimus: Die Gottloſe hencken ein groſſen Keſſel über/ ehe das Feuer in den Dornen recht angehet/

gehet/ kommt ein Windwirbel/und führet einen mit dem andern hin. Antequam fervescat ahenum illud, in quo impii mala sua coquunt consilia, & antequàm spinæ ignem planè concipiant, tàm vivæ quàm flagrantes jam & adustæ celerrimè auferuntur, non aliter atque turbine. Solent autem impii spinis ardentibus comparari, ut videbimus.

3. Serarius acerbè, ut solet, in Novatores invehitur, quod *Atad* non *rhamnum*, sed *Cynosbaton* verterint. Verùm præter Josephi & Suidæ testimonia, qui LXX. secuti videntur, nihil adfert novi: nisi quod addit; Radak, *Hebræum Atad carduum* interpretari. Autor additionum ad Dioscoridem, notat *rhamnum Afris*, è Phœnicia scil. oriundis, *ἀταδὶμ dici:* Sed cujus ille autoritatis sit non liquet. Leonh. Rhauwolff. Itiner. p. 460. ait *Lycium Arabibus dici Hadad* & sic sanè Serapion vocat, *atque hoc esse id genus rubi, cujus meminerit David*, Psalm. cit. Loca S. Scripturæ *Atadim* his nobis indiciis describunt; quod dumi sint spinosi, aculeati, sepibus utiles & ad ignem in foco; quo facilè conflagrent: & quia huic generi regnum defertur, ab arboribus in fabulâ Jothami, verisimile apparet, aliqua habuisse regiæ dignitatis, præ cæteris spinosis fruticibus insignia. Adde, quod & nonnulli colligant ex eâdem fabulâ; *Atadim*, si quandò validâ ventorum vi agitentur, ignem concipere, quo silvæ sæpè comburantur. *Sic ignis ex attritu quorundam lignorum excitatur; quæ nota sunt in hunc usum pastoribus, ut lauri, hederæ & alia.* Sen. 2. Quæst. Nat. c. 22.

4. Quæramus jam *utrum hæ notæ Cynosbato, an*

Lycio

Lycio, an Rhamno magis conveniant? Cynosbatos, rubus canis, aliter à Theophraſto deſcribitur, aliter à Dioſcoride, aliter à Plinio: Interpretes hoc loco, *Cynorrhodon* roſam caninam, vel ſilveſtrem intellexêre, quam Galli, ut Ruellius notat, *Englenterii* nomine appellant. Plinius vocat *rubum, in quo roſa naſcitur: gignit pilulam caſtaneæ ſimilem,* ſpongiolam, *præcipuo remedio calculoſis,* lib. 24. cap. 3. Aliam tamen roſam ſilveſtrem deſcribit lib. 25. cap. 2. quæ ſpongiolas quoque ferat, de quâ hiſtoriolam narrat. *Militis prætoriani mater in quiete vidit, ut radicem ſilveſtris roſæ, quam Cynorrhodon vocant, blanditam ſibi adſpectu pridiè in frutecto, mitteret filio bibendam. In Lacetaniâ res gerebatur, Hiſpaniæ proximâ parte: Caſuq; accidit, ut milite à morſu canis incipiente aquas expaveſcere, ſuperveniret epiſtola orantis, ut pareret religioni: ſervatusq; eſt ex inſperato, & poſteà quisquis auxilium ſimile tentavit,* vide eundem lib 8. cap. 41. Cynosbaton Dioſcoridis parùm aut nihil differre ait Dodonæus Pempt. 2. lib. 1. cap. 28. negat Matthiolus. Sed deſcriptio ipſa pro ſe loquatur. *Frutex eſt*, ait Dioſcorides, *arboreſcens, rubo multò major: folia myrto latiora, ſpinæ circa ramos robuſtæ, flos candidus, fructus oblongus, nucleo olivæ ſimilis, qui cum maturuit, rubeſcit, intus ſunt ἐριώδη lanugo & flocculi: fructus exemptis interaneis arefactus alvum ſiſtit.* Hæc noſtræ Cynorrhodo ſatis conveniunt, quam dicimus Heckroſen/ fructum Hanbutten/ & à pruritu, quem ſemina incluſa excitant, Kitzeln/ ſpongiolam Schlaffkuntzen. Varias ſpecies recenſet Tragus. *An ergo hæc roſa*

Atad? Cætera ſanè aptè quadrant, quæ dixi modò num. 3. & hoc fortè proprium huic, quod ut *Roſa florum* hortenſium; ſic hæc ruborum florumque è ſpinis prodeuntium *Regina*, ut illius conſanguinea & quaſi ſoror, meritò habeatur. Adde quod *Tyranni elegans emblema* eſſe poſſit: 1. propter mordentes aculeos. Hinc Pythia *canem ligneam* appellavit, cùm Locrum urbem juberet condere; ubi à ligneâ cane morſus, vulnus in crure accepiſſet; quod accidit crure Cynosbati aculeis compuncto, ut ex Didymo Grammatico refert Athenæus lib. 2. extremo. 2. propter fructum aureolum, qui ut adſpectu blanditur, ſic floccis & ſemine incluſo arteriæ nocet, vocem aufert, animæque viam præfocat. Talia ſunt aurea Tyrannorum munera. Hæc *Argentangina* eſt.

Ut roſa ſenta Canis præcludit guttura fructu;
Præfocant multis munera vocis iter.

3. Adde quod flos ſivè candidus, ſive purpuraſcens, regiæ veſtis imaginem præferat, dignitatisq; ſpecioſæ, ſed mox evanidæ. Quò pertinet pulchrum Germanorum ænigma:

Es hat ſein Buſem voll Steine /
Wird gefunden ſelten alleine:
Hat ein rohtes Röcklein an /
Thät manchen nichts / ließ er es ſtahn.

1. *Vix caret hæc ſociis, gremio fert condita Saxa,*
Purpura quam veſtit, nec niſi tacta nocet.
2. *Per loca ſenta ſitu graderis quicunque, Caveto*
Ne noceat ſævo Lignea *dente* Canis.

Poteſt Cynosbatus Vitæ ruſticæ & ſolitariæ hieroglyphicum

glyphicum esse. Nam etsi spinis riget, tamen è mediis nascitur spongiola, ut ait Plinius lib. 25. cap. 2. quæ capiti supposita somnifera creditur, undè & vernaculum nomen habet, quod observat Tragus.

- - Somnos dabit herba salubres.

1. Conciliat somnos è spinis spongia nata;
Rustica dura quidem est vita, quieta tamen:
2. Securus placidos cupies si carpere somnos,
Regum aulas fugiens rura quieta colas.

Satis pro Cynosbato dixi.

5. Lycium, quod & *Byxacantham Chironiam* appellant, non tantùm in Indiâ, verùm etiam in Lyciâ & Cappadociâ, & alibi nascitur. Buxea folia habet, fructum piperis similitudine, aut baccis ligustri. Pinxit è Palestinâ Rhauwolff / & respondet effigies apud Matthiolum, Lycii Italici. E succo coquitur, quod vocant medicamentum Lycium, vide Dioscorid. lib. 1. cap. 114. Plinium lib. 12. cap. 7. & l. 24. cap. 14. Verùm præter nominis concentum nulla adferri potest, cur *Atad* haberi debeat, ratio. Quanquàm *Hadad* Arabum & *Atad* nostrum non planè consonent. Lycium Indi hodiè *Cate* vocant, ut notat Acosta. Sanè vix ulla Atadi notarum respondere videtur. Quare superest Rhamnus. Ejus duo genera describit Theophrastus & ex eo Plinius: *Inter genera ruborum*, inquit, *est Rhamnus appellatus à Græcis, candidior & fruticosior: is floret, ramos spargens rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, foliis majoribus. Alterum genus est silvestre, nigrius & quàdamtenus rubens: fert veluti folliculos: hujus radice decoctâ in aquâ*

fit medicamentum, quod vocatur Lycium, lib. 24. cap. 14. Tertium genus adjecit Dioſcorides, quod tamen aliqui ad Paliurum referunt. Nobis notior eſt *Rhamnus*, qui *Solutivus*, *ſpina infectoria*, *ſpina cervina*, & Germanicè Creutzdorn dicitur. Ex ſucco baccarum color viridis ſaturatus fit, Safftgrün. Et huic Rhamno ſatis conveniunt notæ *Atadim* poſitæ. Rami ſubrectis ſpinis Regum haſtas: flores, qui circum ſparſi eos rediminnt, coronas præferunt. Ac ferè in eam venio ſententiam; omnes rubos, qui rectos aculeos è ramis inſtar haſtarum erigunt, *Atadim* Syris, Græcis *Rhamnos & oxyacanthas* dictos, differre foliis, floribus, fructibus ita Lycium ſivè pyxacantha, quaſi *ſpinam buxiformem* dicas; & qui nobis Hagedorn appellatur, quaſi ſpina ſepium, quam ſupra *ſpinam albam*, in Acaciâ, diximus, quamque Tragus credit eſſe veram Cynosbaton, *ſentem Canis* appellatam Columellæ; &c. huc ſpectabunt. Et ut in Palæſtinâ locu[s] fuit *Atad* dictus, ſic in Atticâ *Rhamnus* pagus, ub[i] Deæ Nemeſis fanum, Pauſan. in Attic. Pompo[n.] Mela, l. 2. cap. 3. Ad iſtum modum conciliari po[ſ]ſunt de *Atad* diverſæ ſententiæ, poſſisque hoc vo[-]cabulum vertere, Hagedorn / Creutzdorn / Hunds[-]dorn.

6. De Nomine *Atad* ejusque origine nihil ha[-]beo, quod dicam. Transpoſitis literis emergit no[-]men *Teda*: nec multum abludunt Græca, Δαΐς Δα[-]τις, quæ facem ſignificant; aut Syriacum אדא[...] *thada*, quod pinguedinem, apud Hottinger. *N[u-]ptiales ſanè faces ex ſpinâ albâ* olim, primitus fact[æ]

teſtan[...]

testantur Massurius apud Plinium l. 16. cap. 18. & Festus in Patrimi. Neque obstat, quod Scaliger in Catulli Epithalam. notat: *qui spineam tædam ponebant, dicant mihi, ubi viderint tædam in spinu, quæ propria est resiniferarum arborum?* Nam posteà *Romanis facibus carpinus etiam & corylus familiarissimæ fuerunt*, ut lib. cit. Plinius. Nempè, quod auspicatiores haberentur. Et si spina alba est quæ Græcis ῥάμνος, ut ad Tiraquell. observat Colerus Alex. ab Alex. l. 2. cap. 5. facilè arida ignem comprehendere potuit, neque defuit fortè igni circumlitum alimentum, ut nostris facibus. Quin etiam Barnab. Brissonius, de ritu Nuptiar. tàm pinum, quam spinam albam huic usui solitam accommodari existimavit, cui Delrio in Senecæ Medeam, v. 38. assentiur. Hinc Rhamnum Nicander ἀλεξιάρην, Lycophron & Euphorion ἀλεξίκακον appellarunt:

Virgaque Janalis de spinâ sumitur albâ,

Ut & in Fastis Ovid. quæ averruncandis maleficiis, Lemuribus, Strigibus, præ foribus aut è fenestris suspendebatur, ut ex Cœlio Rhodig. Dalechampius ad Plin. 24. cap. 14. Meminit superstitionis etiam Tragus in spinâ infectoriâ. Inter antidota recenset Nicander in Theriacâ, *Rhamnum*,

Circa quam niveos est semper cernere flores,

Interprete Euricio Cordo. Sed illa est, quam Dioscorides & Plinius lib. 25. cap. 6. *Polemoniam & Philetarin vocant à Regum inventorum nominibus: Cappadoces Chiliodynamam, cujus inter alia usus est ad antidota.* Neque facilè quis dixerit, cur

Rhamnus credita fuerit ἀλεξίκακος, aut maleficiorum averrunca? *Eumenidibus Sacram* fuiſſe, earumque Sacrificia non quovis ligno, ſed Cedri, & alni, & Juniperi, & rhamni, incendi ſolita, docet ex Orpheo Natalis Comes lib. 3. Mytholog. cap. 10.

7. Nobis Rhamnus *ſpineæ Chriſti coronæ* contra omnes noxas ſalutare amuletum eſt. Narrat enim Bellonius, lib. 2. obſervat. cap. 88. Se circa Hieroſolymitana mœnia examinatis ſpinarum generibus, tandem ex Rhamno contextam fuiſſe ſpineam illam coronam arbitratum: 1. quod nullum ibi ſpinoſum fruticem frequentiorem reperiſſet: 2. quod Itali Rhamnum *ſpinam Sanctam* appellent, præſertim circa Maceratam & Piſaurum, ubi ſepes eo conſtent, quemadmodùm & Hieroſolymis. 3. Quod veteres Arabes ſpinoſum fruticem *Alhanſegi* vocent, id eſt, coronam ſpineam. Rhodiginus *ex Philetari Rhamno confectam quosdam ait putâſſe*, quod Serarius repetit, in Judic. 9. Quæſt. 23. Serapion abjecto articulo Arabico, *Al*, Rhamnum *Hauſig*, Mauritani, ut apud Matthiolum, *Nauſegi* vocant. Puto vocabula eſſe corrupta. Hebræis נסג *Naſag* eſt *apprehendere*, quod ſpinis competit. Autor Etymologici *Rhamnum* dici putat inter alia, quaſi ῥάμμον, à ῥάπτεσθαι quod eſt *conſuere*, & quia hoc ſine acu & ictu fieri nequit, *pungere, ferire*. Mihi ab eâdem radice Hebraicum videtur, à quâ רמן *Rhimmon*, Malus Punica, quæ & ipſa ſpinoſus frutex eſt, foliis Myrti æmulis: & à Rabbinis *Attadim* inter Myrti ſpecies referuntur, ut notat Schindlerus. Quin & Lycii quædam ſpecies folia myrti

myrti quodammodo æmulatur, Clusius in Hispan. l. 1. cap. 17. Isidorus: *Rhamnus genus est rubi, quem vulgò senticem Ursinam appellant, &c. Majores autem nostri omnem arborem spinosam Veprem dicebant, quod vi prendat*, l. 17. c. 7. Hieronymus in Aggæum: *Rhamnus spinosus est frutex, & arbuscula sentibus uncinisque contexta, quæ teneat, quicquid attigerit, & retentum vulneret, & vulneratorum sanguine delectetur.* Indè *Hansig*, aut *Nausegi*, nomen Syro-Arabicum, & fabellæ Æsopiæ *de Vulpe & Rubo*, 8. de *Vespertilione, Rubo & Mergo*, 42.

8. Rhamnus rubique cæteri, homines significant 1. humili suâ conditione securos, 2. animo malignos, 3. ingenio rapaces, sævos, iracundos &c. vide Pier. Valerian. Hieroglyph. l. 55. de Vepribus: *curas item, & tristitiam, & amorem, & injurias ab improbis hominibus*, Artemidorus in Onirocrit. l. 3. cap. 33. &c. Hinc varia emblemata: Ut 1. ex fabellâ Æsopi de Rubo & Abiete. *Paupertatis asylum.*

Ne me, Abies, spernas inquit rubus. Ecce securis!
Quam velles spinas nunc habuisse meas.

2. Prava sodalitia vitanda. *Noli me tangere!*

Qui Rhamnũ sociam adsciscit, sibi vulnera quærit:
Cum queat illæsâ tangere nemo manu.

3. Ab improbis stultum est sperare auxilia. *A malis nil nisi mala!*

Prendere vult Rhamnum, quæ cunctos prendere suevit,
Sperat ab infidis qui malesanus opem.

4. Ex Psalm. 68. l. cit. *Irrita malorum consilia.*

Ut Rhamnum turbo dispergit in igne crepantem;
Sic mala pravorum consilia ira Dei.

5. Aliud ex eod. - *Cohibenda juventus!*
Ne teneri in duras possint adolescere Rhamnos;
Festinâ par est cadere falce rubos.

6. Ex Judic. 9. l. cit. *Sustine vel abstine!*
Qui Rhamno applicuit se spinas speret & ignes:
Vel fuge, vel tolera quæ metuenda malis.

7. Hostes Ecclesiæ - *Cadmæi fratres.*
Spinarum attritu Rhamnus succensa crematur:
Collisiq; ruunt in sua damna mali.

Verùm ne Rhamnus apprehensos teneat, progrediendum est.

CAPUT XXIV.

De Barkanim, & Koz.

1. BIs tantùm occurrunt Judic. 8. v. 7. & 16. priores: *Koz* sæpiùs, ut mox. Verba de illis sic habent: *triturabo carnem vestram eth - Koze*, spinis deserti, *veeth - habarkanim*, v. 7. & v. 16. *Cepitq; Seniores civitatis, fecitq; eos cognoscere spinas deserti & habarkanim*, id est, *contrivit cum eis, atque comminuit*, Vulgatus: qui vocabulum hoc reddidit, *Tribulos*: Tremellius. *Oxyacanthas*: Lxx. Hebraicum retinuerunt, βαρκηνείμ &c. quod alias expositum legitur, τοῖς τριβόλοις. D. Lutherus habet, Dorn und Hecken. Aquila, ut Serarius notat, habet, *Tragacanthas*. Ut hoc supplicium, dirum sanè & atrox, novique & rari exempli, melius intelligatur, Quæro 1. *Quale fuerit?* an flagellationis tantùm, & fustigationis, sed circa necem? pu-

ta

rat Cajetanus cum aliis. Sed necem illatam historiæ circumſtantiæ indicant, & verbum דוש *Duſch*, triturare pro quo Græci habent ἀλοᾶν, & καταξαίνειν, quod eſt propriè *carpere* aut *carminare* lanam, & indè diſcerpere, dilacerare. 2. *Quæ inſtrumenta?* ſpinæ deſerti & tribuli, de quibus ſtatim. Nam quod aliqui putant, ferreis carpentis contritos fuiſſe ut 2. Sam. 12. ult. quod non diſplicet Saliano, repugnat textui. 3. *Quæ cauſa tàm atrocis exempli?* Non dubito, quin Gedeon in Succothæos ſic voluerit animadvertere, quomodò in *Parricidas* ſolebant Ægyptii: *Nam calamis præ acutis fruſtillatim conſciſſos, viventes adhuc ſuper ſpinis cremabant*, Diodorus Sicul. lib. 1. cap. 77. Sic Vitellius *minutiſſimis ictibus ex carnificatus, unco tractus eſt in Tiberim*, Sueton. cap. 17. & qui hoſtilia in Remp. eſſent moliti, per vicos & compita nudi circumducti, virgis ad necem cædebantur. Undè & ſupplicii tàm ſeveri patet æquitas? *Per quod quis peccat, per idem punitur & idem.* Similes erant ingrati & rebelles ſpinis pungentibus & ſterilibus. Quare ſpinis puniendi videbantur. Simile ſupplicium videtur fuiſſe, *Scorpionibus lacerari*: ſic virgæ dicebantur *aculeatæ*, Iſidorus lib. 5. cap. 27. quarum mentio fit 2. Paralipom. 10. v. 11. vide Baronii Martyrolog. prid. Idus Junii. Sic Genſerychus Vandalorum Tyrannus, Martyres, *ligatis pedibus poſt terga currentium quadrigarum, inter ſpinoſa ſilvarum loca interire juſſit, ut ducta atq; reducta innocentum corpora dumoſis lignorum aculeis carperentur*, Victor Uticenſ. lib. 1. Perſecut. Vandal. Eorum aliquis conſolatus

latus alterum; *ſic*, inquit, *pervenitur ad regnum cœlorum*! ſcil. per multas tribulationes.

Per ſpinas mundo trahimur rapiente maligno:
Non eſt è terrá mollis ad aſtra via.

2. De Barkanim nihil habere certi poſſumus. Aliquid aculeati fuiſſe oportet, quod coruscaret inſtar lanceæ, aut aciei enſis, ut Nahum. 3. v. 3. Habac. 3. v. 10. Deut. 32. v. 41. Spinas nativas fuiſſe non eſt neceſſe. Imò cum ſpinis deſerti triturandos dicat rebelles ſuos Gedeon, & *Habarkanim*, præfixo *He demonſtrativo*; veri ſimile eſt clavas ſuas præferratas, & acuminatas oſtendiſſe, quales deſcribuntur *Aclides*, apud Virgil. 7. Æneid. v. 730. & teli genus, quod vernaculè vocatur ein Morgenſterne. Cui, fortè, quod Græcum nomen non reperirent, LXX. Hebræorum retinuerunt. Neque de tribulis è terra natis videtur loquutus interpres Latinus; ſed de ferreo inſtrumento, quod *tribulis ferreis* aliquâ parte reſponderet, quorum Vegetius meminit. Itaque triturationis modum in hoc ſupplicio obſervatum patet: ut *pro areâ* eſſent damnatorum corpora, *pro frugibus* ſpinæ deſerti, *pro perticis* aut flagellis hæ clavæ ferreis acuminibus, tribulorum inſtar, præfixæ. Ne tamen quid deſideretur, paucis quoque de Tribulis, oxyacanthâ & Tragacanthâ agemus,

3. Tribulus, Græcâ origine, *tricuſpidem* ſignificat: quales ſunt Romanorum *murices* τρίβολοι dicti Græcis, & qui frenis lupatisq; adduntur. Plantæ hoc nomine duæ veniunt: altera τρίβολος χερσαῖος *tribulus terreſtris*; altera ἔνυδρος *lacuſtris* dicitur.

dicitur. Prior hortulanis infeſtus, quatuor erigit aculeos; poſterior niger, Caſtaneæ magnitudine, triplici armatur mucrone: hic Venetiis in foro venalis habetur, & toſtus ſub cineribus, inter bellaria, ut Matthiolus. Noſtri vocant Waſſernüſſe/Galli *caſtaneas aquaticas*, Arabes apud Serapionem *Haſach:* חסך *chasàch* Arabicè eſt aſper fuit, & Samaritanis ſpinæ, סיכין *Suchin*. Dioſcorides l. 4. cap. 4. commendat uſum ejus *inter oculorum medicinas & antidota: ictos à viperá potu recreare* ait, *& decoctum parſum necare pulices: Thraces qui ad Strymona habitant, viridi tribulo ſaginare equos, panemq; conficere è nucleo aut medullâ ſiccâ & in farinam redactâ.* Addit Plinius, *eum eſſe præ dulcem, & qui contrahat ventrem: radicem verò caſte pureq; collectam diſcutere ſtrumas*, vide lib. 21. cap. 16. & 22. cap. 10. Pulchra imago tribulationum, quas terra & mare multas pariunt - *dolor hic tibi proderit olim!*

Abſcondit nucleos tribulorum ſpina ſalubres:
Fer bene! crux olim proderit illa tibi.

Sed hos tribulos nihil ad hunc locum facere, nemo negabit. Ἀπὸ τριβόλων σῦκα συλλέγειν Proverbium eſt Matth. 7. v. 16. de quo Zehner. Cent. 3. Adag. 16. *Ad ſemen nata reſpondent*, ait Seneca.

Nec Tribulus ficus, nec ſpinus parturit uvas:
Natura ſequitur ſemina quisque ſuæ.

Terra ſpinas & tribulos proferens maledicta, Hebr. 6. v. 8. ex Gen. 3. v. 18. ubi pro tribulo eſt Dardar, de quo in Herbis.

4. De Oxyacantha non nihil cap. præced. diximus; quidam diſtingunt *oxyacantham* ab eâ.

Appa-

Apparet varias fuisse species, comprehenditq; hoc nomine 1. Quam *Pyrinam & Pyracantham* vocant, Hagedorn; *Crespinum*, sivè *spinam acidam*, Arabicè dictam *Amirberin*, officinis indè corruptè *Berberim*, Saurach; 3. *Uvam crispam* Krussel-beer/ & similes. Tragacantha, cujus lacryma in Medicinâ celebratur, multis quidem riget *spinis al-bicantibus*, quæ fortè ratio movit Aquilam, ut *Bar-kan* esse crediderit: iisque duris & rectis; sed hu-milior planta est, de quâ Dioscorides lib. 3. cap. 20. Et ut hæ fuerint omnes inter spinas deserti, tamen quæ de *Barkanim* dicta jam sententia magis arri-det; neque apparet cur vel istæ, vel hæc à corusco fulgore nomen potuerint accipere, aut ad tritura-tionem hominum damnatorum esse idoneæ? Ne-que causa est cur diutiùs in his dumis hæreamus. Vocat nos.

5. KOZ, *duodecies* legitur, ut habet Marinus: Genes. 3. v. 18. *Terra germinabit* Koz *spinam &* dardar *tribulum*, carduum: Non quod ante la-psum non protulerit, uti quidam veterum rati: sed quod ex singulari maledictione crebriùs nunc nascantur, locis etiam cultis, hominum frustrat[á] curâ & opera. *Ut seminaveris, ita & metes!*

Spinas & tribulos maledictum parturit arvum
Qui peccata serunt, tædia, damna, metunt.

Exod. 22. v. 6. Lex *de damno dato succensis in agr[o] spinis*, de quâ D. Hottinger. in Jure Hebr. pr[…] lib. 52. & in Collat. Legum Mosaicarum Tit. 12 c[…] Incendiariis. Ubi Lex similis ex Pauli sentent. l[…]

bre[…]

bro: *Fortuita incendia, quæ casu venti fuerint, aut incuriâ ignem supponentis, ac usque ad vicini agros evadunt, si ex eo seges, vel oliva, vel vinea, vel fructiferæ arbores concremuntur, datum damnum æstimatione sarciatur.* Prisca superstitio fuit, ut Thuscâ lingua ædium januis aut parietibus inscriberent: *Arse verse!* quod apud Festum exponitur: *averte ignem!* quo deprecabantur incendium, tutamque ab ignis injuriâ domum præstare se posse opinabantur.

Quæ vultu spargit cultuq; incendia; nonne
Damni accusatur jure proterva dati?

Psalm. 118. v. 12. de hostibus Davidis & Messiæ: *exarserunt sicut ignis in spinis:* cum ingenti fragore & inextinguibili rapacitate, Jansen. Sed in fontibus est רעכו *Doachu, extincti sunt sicut ignis spinarum.* Lutherus pulchrè: Sie dämpffen; comparat enim eos cum apum examinibus frementibus, & cum spinis extinctis *fumantibus*, ut fit cum virides accenduntur. *Fumus*, ut ajunt, *pulchriores persequitur.* Sed ut spinæ extinctæ, etsi fumo molestæ sint, tamen jam nocere nequeunt; sic, inquit, illi. *Fumum fugiens cadit in ignem.* Ita hic:

Spinarum fugiens fumum se mittit in ignes:
Mundi odia haud potis es ferre; Erebumne potes?

6. Hoseæ, 10. v. 8. *Koz* spina, Vulgato *Lappa*, & tribulus, *dardar*, de quo suo loco, *adscendent* succrescent, *super eorum aras.* Quod est *signum ultimæ solitudinis*, Hieron. & longæ vastitatis, ut cap. 9. v. 6. Sic etiam in fanis.

Carduus & spinis surgat paliurus acutis,
Ut si *super terram cultam* Koz Schamir *spina vepris* Esai. 32. v. 13. *Spinæ excisæ igni comburentur*, Esai. 33. v. 12. *Sic impii quasi spina evulsa*, aut loca mota, *quam ne manu quidem attrectare quis sustinet*, 2. Sam. 23. v. 6. wie die außgeworffene Disteln/ D. Luther. sunt enim quasi *Sillon* sentis pungens, & *Koz* dolorem inferens, Ezech. 28. v. 24.

Jerem. 4. v. 3. *Seminare in spinis* prohibetur: *ne suffocent sementem Dei munda semina, munda arva suscipiant*, Hieronym. ibid. sic Luc. 8. v. 7. *serere triticum & metere spinas*, Jerem. 12. v. 13. Proverbium, de iis quæ contra spem & exspectationem eveniunt. *Sperabant prospera, & adversa perpessi sunt*, Hieronym.

7. Ex his facilè descriptio *Kozim* extrui potest quod sint spinæ Veprium, quales vel sponte, vel 8 divinâ maledictione, cultis incultisque locis na scuntur, ignium pabulo, damno arvorum & sege tum, tædio ac molestiæ agricolarum: undè & no men acceperunt à קץ *Kaz tædere, molestum esse* βδελύττεσθαι. Videturque nomen esse γενικὸν, quo non tantùm de sentibus ruborum, spinis veprium verùm etiam de lapparum, carduorumque acule sumi queat. Avarorum divitias spinas esse doc Volum. 2. S. Analector. l. 6. cap. 4. quibus accid quod Camelis, quæ per Arabiæ solitudines peregr nantibus dapes vehunt, ipsæ spinis pascuntur: ut a ni carduis, quò *similes habeant labra lactucas*. Qua ad Inferos Lucianus in Necyomantiâ decretu narrat factum; *ut divitum avarorum animæ dem*

gre

rent in asinos; donec annorum quinquies ac vicies
lecem millia transegerint, asini semper ex asinis renati,
nera ferentes, atque à pauperibus agitati. Hoc ve-
è est, quod dicitur: *Sic vos non vobis!*

Carduus est asino lactuca, & spina camelo;
Et dorso lautas portat uterque dapes,
Sic aliis lucrum; sibi curas servat avarus;
Et quas comparsit, degulat alter opes.

CAPUT XXV.

De Chedek & Choach.

. PRoverb. 15. v. 19. *Via pigri sicut sepes spina,* Chedek: quasi dixerit, impedita quasi ntibus est; *iter impiorum, quasi sepes spinarum,* 'ulgat. ist dornicht / D. Luther. ὁδοὶ ἀργῶν ἐστρωμέ- ῃ ἀκάνθαις LXX. ὁδοὶ ὀκνηροῦ ὥσπερ φραγμὸς ἐξ ἀκάν- ϑαις, Symmach. semper cunctatur, semper hæret, ut per sepem spinarum semper transiliendum esset; se sibi fingit impedimenta, causasque morandi & icandi. Itaque stat aut jacet - *neque promovet ilum.* Quo fit, ut & Deus remoras & obices oppo- at, ut feliciter nequeat progredi: sic Job. 1. v. 10. Ose. 2. v. 6. Ita in fabulis, ut apud Horatium.

Rusticus exspectat dum defluat amnis: at ille
Labitur & labetur in omne volubilis ævum!

Mich. 7. v. 4. *Optimus eorum est sicut Chedek, q- aliurus*, Vulgat. LXX. longè recedunt: *Bona eo- um* ὡς σὴς ἐκτρώγων, *ut tinea erodens*, è putredi- e natus vermiculus, undè σὴς; & σὴψ seps, ser-

pentis genus, à σκήπω, *Paliurum* h. l. Corn. à Lap. ait esse, quod vulgò dicitur *agrifolium*. Notat Schindlerus, *Chedek* à nonnemine accipi de *Lycio* quod Arabibus vocetur, *Hadad*, de quo suprà in *Atad*: sed Lycium ab Avicennâ dici עצץ *ajin & zadde punctatis*, quod esset *ghadad*: fortè à lacessendo & ad iram provocando. Est aut. *Chadak* Arabicè circumdare, intricare: undè *Chadik*, acutus, ingeniosus, & *Chaddak* res intricata.

2. Est igitur Chedek, ut ex his colligitur, frutex spinosus, aculeis horrentibus armatus, implicatis inter se ramis, & ideò nativis sepibus utilis: spinas habet noxias, quæ obvia quæque rapiunt ac tenent, tangentesq; pungunt & vulnerant. An ergo Paliurus? Sed quis ille? Matthiolus varias affert veterum descriptiones, neque se extricat. Hesychius ait esse δένδρον θαμνῶδες, densum, fruticosumque. Spinas acutas celebrant Poëtæ:

Pro molli violâ, pro purpureo narcisso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.

Virgil. Eclog. 5. & imitatus Tertullian. in Gene. cap. 3.

Nam tibi triticeæ surget pro germine missis,
Carduus, & spinis multùm Paliurus acutis.

Columella ad vivam sepem conserendam jubet eligi semina *vastissimarum spinarum, maximeq; rubi & paliuri, & ejus, quem Græci vocant Cynosbaton, nos sentem canis appellamus*, lib. XI. cap. 3. *Paliur herba asperrima & spinosa, pungens & retinens: vulnerans appropinquantem sibi, & adunco dente comprehendens*, Isidorus, 17. cap. 9. Etymon nom-

n

nis non memini legere: Græcum apparet, ut *δύνεως*, *ἐπίκρος*; à custodiendo fortè. Sed si compositum sit ex פלי *Peli* & ער *Ar*, inimicum, significabit occultum, & in exitium vigilantem.

3. Est autem *Paliurus* alia *Africana*; fructum fert *στρόγγυλον* oblongâ rotunditate, rubentem, Cedri fructibus magnitudine assimilem, Theophrastus. *Cyrenaica Loton suam huic postponit. Fruticosior hæc fructuq; magis rubens, cujus nucleus non simul manditur, jucundus per se, atque suavior è vino; quin & vina succo commendans*, Plinius l. 13. cap. 19. Matthiolus conjicit, non videri absimilem hunc fruticem arborescentem ei, quem Plinius *Aquifolium*, nos *Agrifolium* dicimus, & Germanicè Stechpalmen. Ramis, quoniam semper virent, Templorum fores & aras per hiemem ornant; quos deindè superstitiosi domum ferunt, contra fulgura & fascinationes. Plinius ait creditam *hanc arborem, si in villâ aut domo seratur, arcere veneficia, ejus flore aquam conglaciari*, autore Pythagorâ: *baculum ex eâ, si in quodvis animal emittatur, etiamsi citra ceciderit, ipsum per sese recubitu propius allabi.* Nobis, ut ait Porta lib. 2. cap. 19. scopis nascitur, & circa funes suspenditur, è quibus carnes salsæ pendent: quia mures arcet aculeis suis. Sed neque hæc *Aquifolia* est *Chedek*, & illa *Cyrenaica* laudato fructu præstantior est. Ac conspirant ferè Botanici contra Matthiolum, Paliurum Africanam esse, quam Afri *Zizyphum* dicunt, pruno minorem, spinis undique rigentem longis, lævibus, firmis, acutissimis. Fructum officinæ appellant

jujubas, nostri Brustbeerlein. Est tamen alia major, alia minor; alia fructu rubente, alia albo. Ridiculum quod habet Palladius in Aprili cap. 4. *Si arbor hæc tristis est, ferreâ strigili subrasa hilarior fiet*, Phryx non nisi plagis emendatur. *Populus non intelligens vapulabit*, Ose. 4. v. 14.

Ziziphus ut strigili depecti gaudet; ita amens
Non faciet, nisi si vapulet, officium.

Palladas Græco epigrammate Zizyphorum θεία δύναμιν deprædicat: nam cùm quartanâ febri laborans, tantum inspexisset, illicò se convaluisse ait. Sanguinis Christi rubentes grumi, verè *pectorales baccæ* sunt, Luc. 22. v. 24. *Hic juvat adspectus!*

Zizypha si videas tantùm prodesse feruntur:
Huc ades! hæc visu nam medicina juvat.

4. Est & *alia Paliurus*, quæ inter Rhamnos numeratur generis tertii, quam Camerarius vocat Stechdorn / de quâ nihil attinet plura dicere. Hæc puto est, quam num. 2. descripsimus. Neque negabo *Chedek* esse posse. Quoniam certius nihil occurrit. Tales sunt *Dorophagi*, ex Mich. l cit.

Sauciat atque rapit spinis Paliurus acutis:
Hoc etiam Judex semper avarus agit.

In Coccygio monte aliud genus Paliuri nasci prodit Plutarchus ex Ctesiphonte, de Arboribus: ei si avis insideat, alis quasi viscatis hæret, præter cuculum, cui soli parcit. Nugæ! De Cuculo multa Pierius Valer. Hieroglyph. lib. 25. & Cl. Minos ad Alciati emblema 60. significat vulgari convitio, mœchos, eorumque receptatores; homines item ignavos & r

pac



ZIZYPHUS, *rutila.*

CAPUT XXVI.

De Naazuz, Sillon, Seneb, Sirim, & Sirphad.

I. NAazuz bis legitur apud Esaiam: ut cap. 7. v. 19. ubi de muscis & apibus per allegoriam: *& venient, & requiescent in omnibus Hannaazuzim.* LXX. habent ῥαγάδα *fissuram*: Vulgatus, *fruteta*: Arias Mont. *albas spinas*: Pagninus, *Casas*: Vatablus, *foramina*, vel ut alii *dumeta*: Tremellius, *virgulta*: Lutherus, Hecken. Sic Esai. 55. v. 13. *loco Hannaazuz adscendet abies*: ubi LXX. ἀντὶ τῆς στοιβῆς, Aquila & Theodot. κονύζης, Symmachus mox ἀκαλήφην ponit, pro *Hassirphad.* Expendimus hoc posterius dictum Prophetæ suprà cap. 4. num. 11. ubi pro *Naazuz* vidimus posuisse Vulgatum, *Saliunculam*; Pagninum, *rubum spinosum.* Atque hoc quidem certum est, *Naazuz* esse aliquod vile virgultum, quod de *Sirphad* non minus patet: cùm proceris formosisque arboribus, quæ in istorum locum educandæ dicuntur, opponantur. Deindè id quoque etymon utriusque vocabuli videtur indicare; utrumque hoc Virgultum spinosum esse: si modò *Sirphad* ex *Sir* spinâ & *raphad* sternendo; *Naazuz* verò à *Naaz* infigendo, dicta sint, confer dicta, cap. 4. cit. supra. Puto autem Prophetam, cùm peregrinarum gentium impressionem describeret, peregrino *Naazuz* vocabulo, quod à *Naaz*, Chaldaica radice derivatur, cap. 7. & *Sirphad* à radice, *Raphaz*; quod Arabes per *Zadde*

Zadde punctatum legunt, *raphad*; deſcendere: quod ſignificaret, *ſpinam neglectam, & derelictam*, vide Schindler. Nunc interpretes audiamus.

2. Stœben deſcriptam dedit ſuprà Hieronymus; eſſe *viliſſimum ſtipitem*; Heſychius, εἶδος χόρτε. Dioſcorides, ut vulgaris notitiæ, noluit depingere, Ruellius ex Theophraſto & Plinio, lib. 2. cap. 145. & lib. 3. cap 82. ita deſcribit: fruticem eſſe tùm caule cùm & folio aculeatum: radicem pecori eſſe gratam in pabulo, folium inprimis carnoſum ovibus, &c. Ejus imaginem è veteri Codice Bibliothecæ Cæſareæ exhibet Dodonæus, proditq; naſci hodiè in Cypro & Peloponeſo. Conyzæ, quarum diverſæ memorantur ſpecies, herbæ graveolentes ſunt, quarum aliquæ Germanis Dürrwurtz / Donnerwurtz / geele Müntzen / vocantur, flore luteo, chamæmeli non abſimili, qui in pappos vaneſcit. Suffitu, ſubſtratuque fugat ſerpentes, abigit pulices & necat; indè *Pulicariam* vocavit Gaza. Quid Græcis in mentem venerit, ut vocabulum, *Naazuz*, ita verterent, divinent, quibus vacat. Saliunca, ut ait Plinius, *folioſa quidem eſt ſed brevis, & quæ necti non poſſit. Radici numeroſæ cohæret, herba veriùs quàm flos, denſa, veluti manu preſſa, breviterq; ceſpes ſui generis Pannonia hanc gignit, Noricique, Alpiumque aprica, urbium Eporthedia, tantæ ſuavitatis, ut metallum, & quaſi metalli fodina, eſſe cœperit. Veſtibus interponi eam gratiſſimum*, lib. 21. cap. 7. Qui & à *nardo Gallicâ* diſtinxit cap. 20. quam Dioſcorides ἀλιοὔγγιαν Patrio nomine appellari ſcribit. Putant tamen

doctiſſimi viri non differre, & Germanico vocabulo dici quaſi Seel jung / quod animam reddat juvenilem: in Stiriâ, Auſtria, & Carinthiâ frequentem naſci, atque indè in Syriam & Ægyptum mitti, balnearum uſibus, refert Matthiolus. Cluſius in Pannonicis l. 3. cap. 26 diligenter depinxit & deſcripſit, ut ad Plinii deſcriptionem ſine dubio accedat. Refert in claſſem *ſilveſtrium Valerianarum*, & ab incolis Spicky / *ſpicam puta*, dici. Hæc igitur Saliunca Plinii eſt. An & illa de quâ Virgilius:

Lenta Salix quantum pallenti cedit olivæ,
Puniceis humilis quantum Saliunca roſetis;
Judicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas?

Diſceptant. Quâ de re multa Matthiolus. Vulgatus Interpres loco Eſaiæ cit. ad hunc Virgilii locum videtur reſpexiſſe, neque penſi habuiſſe, an & in Syriâ hæc herbula naſceretur? Quæ quàm humilis per ceſpites ſerpit; tam propter odoris gratiam pretioſa eſt. - *Adjuncta eſt gratia parvis!*

Parva quidem, ſed odore ſuo Saliunca metallum eſt,
Sic parvis major gratia rebus ineſt.

Vel, *Deus humilibus dat gratiam*, 1. Pet. 5. v. 5.

Serpit humi, pretioq; æquat Saliunca metalla;
Gratia ſic parvis major ab axe venit.

Denique ἀκαλήφη, cujus quoque facta mentio eſt, *urtica eſt*, de quâ ſuo loco. Dixi de *Naazuz* & *Sirphad*. Sequitur

3. Sillon; bis quoque tantùm legitur, apud Ezechielem; ut cap. 2. v. 6. *Ne metuas*, &c. *quoniam*

niam Sarabim, *Oestro perciti* ex LXX. Theodoretus, *increduli,* Vulgat. contentiosi, rebelles, refractarii, Widerspenstige / & Sallonim, *subversores, spinosi,* stachelichte Dorn / *sunt tecum* ; ἐπισυστήσονται ἐπὶ σὲ κύκλῳ LXX. & *cum* Acrabim *scorpionibus habitas,* cap. 28. v. 24. *Non ultra erit domui Israël Sillon pungens* ; offendiculum amaritudinis, Vulgatus: σκόλοψ πικρίας, LXX. spinus dolorificus, sentis pungens, &c. His adde radicem *Salal* & derivata indè, apud Schindlerum ; sequetur, *Sillonim* esse spinas humi stratas elevatasque, quæ viatori aut & agricolæ sint impedimento & offendiculo, corbium instar inter se inflexæ & implexæ, suosque aculeos pectinis in modum subrigentes, aut capillorum, ut veteri vocabulo dicam, *horripilantium:* sub quibus etiam scorpii aliæque venenatæ bestiæ latere gaudent: ut *sæpè sub viridi vepreculâ nitedulæ.* Talis stirps est quæ Græcis *Anonis vel Ononis* dicitur, vulgò *Resta bovis, Remora aratri, acutella* ; Heuhechel / Ochsenbrech ; egregia hypocritarum, adversus Ministerium verbi Divini contumacium, imago : nam 1. non facilè interit, 2. difficillimè extirpatur, 3. radices implicatas spargit, 4. indè agricolis molestæ, 5. aratrum tenet & remoratur, 6. boves sistit, 7. Flore, qui vel purpureus, vel albidus, vel & aliquandò luteus est, venusto blanditur ; sed 8. acutissimis spinis tangentes, transeuntesve, pungit. Tenera adhuc, antequam spinosa fiat, muriâ conditur, cibis gratissima, ut Dioscorides l. 3. c. 18. Dicitur *Anonis*, quod nil juvet ; *ononis*, quod juvet asinos prurientes, & ad illam se atterentes. Sunt & aliæ

ejus generis humiles ſpinoſæq; herbæ, ut vulgare & pumilum *Eryngium* Mannstreu / Brachendistel/ cujus folia, priusquàm adoleverint, ſale condita, quoque in cibos recipiuntur, Dioſcorid. l. cit. cap. 21. *Portentoſum eſt, quod de eâ traditur: radicem ejus alterutrius Sexus ſimilitudinem referre. Et ſi viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem Lesbium dilectum á Sappho*, Plinius lib. 22. cap. 4. Pulchrè cùm Philoſophiâ morali confertur à Plutarcho, *in lib. Maximè cum Principib. eſſe Philoſopho diſputand.* Nam ut eryngium ſi capra una ore apprehenderit, ſtatim ſtat & ipſa, & grex totus, do[nec] Paſtor accedens ori eximat: ſic Sapientum dicta & doctrina à Principe excepta, multis ad vitam quietam & honeſtam proſunt. Conveniunt & alia ut quod hæc ſtirps 1. aculeata ſit, ſpinis capituli ejus ſtellatim ambientibus, 2. εὐώδης καὶ ἀρωματί-ζου, 3. radix geſtantes reddat amabiles: 4. quæ in potu cum hydromelite Comitialibus medetur, & cum vino Serpentum contra morſus ac venena prodeſt, apud Dioſcorid. &c. *Qualis Rex, talis Grex*

Stat grex caprarum ſi carpat eryngion una:
Principis exemplum plebs ſolet usq; ſequi.

Aſinorum pecten?

Agricolas remorans aſinos oblectat ononis;
Sic ſpinoſa tenent Sola juvantq; rudes.

4. Senèh rubus ille dicitur, in quo apparuit Deus Moſi, Exod. cap. 3. ſæpius. Indè *Habitator rubi*, Deut 33. v. 16. & mons *Sinay* dictus, quem Bellonius lib. 2. obſervat. cap. 61. & ſeqq. aliiſq; deſcribunt, & *rupes Senèh* 1. Sam. 14. v. 4. Cujus gene-

ris fuerit iste rubus? nemo, quem viderim, explicavit. Nam ut *Cynosbaton* taceam, alius est *rubus Idæus*, fructu rubro, Hindbeer vocant: alius *vulgaris*, qui mora fert nigra, Brombeer: & hic vel major; vel & minor χαμαίβατος sive *humirubus*, cujus mora Gallos rusticos vocare *Catharinas*, ait Ruellius; posset quis opinari, adepta hoc nomen esse à monte Catharinæ; sic Sinay dicitur, quod Virginis Martyris corpus Alexandriâ ab Angelis eò delatum, & ibi sepultum sit. Philo. lib. 1. de Vitâ Mosis, 1. exponit; quis ille rubus fuerit? *frutex*, inquit, *debilis & invalidus*, *& ita aculeatus*, *ut manus solo contactu vulneret.* 2. Quomodò in igne? *integer & illæsus*, *quasi non esset ignis materia*, *sed ab ipsomet aleretur: non enim consumebatur ab ignis natura voraci; quin conservabatur potiùs*, *nihil adeò amittens*, *ut & splendesceret.* 3. Quomodò Angelus apparuit? *E medio promicabat forma quædam pulcherrima*, *nulli visibili similis*, *divinum simulachrum*, *luce fulgens clarissimâ*, *ut suspicari posset Moses Dei esse imaginem.* Quod rectè refellitur à Christianis. 4. Cur exhibita hæc visio? *Rubus significabat oppressos in Ægypto*, *ignis oppressores: quasi inclamaretur calamitate pressis: Nolite succumbere! Hæc vestra infirmitas est potentia*, *quæ plurimos punget & vulnerabit. Qui vos delere cupiunt servabunt inviti*, *cumque maximè opprimi videbimini & vastari*, *tunc maximè enitebit gloria vestra.* Hæc ille pluribus. Theodoretus Symbolicè indicat rubum significare, *Ecclesiam*, *Filium Dei in carne & Virginem Matrem.* Quærit, cur in rubo apparuerit Deus, non in aliâ

stirpe?

ſtirpe? Reſpondet: *ne ex rubo Dei ſimulachrum effingeretur: quod ex aliâ materiâ, ſi in eâ hæc facta eſſet apparitio, auſuros fuiſſe Judæos veriſimile ſit.* Sic Bernhardus in Serm. de B. Mariâ; *Traditio Hebræorum viſionem in humili arbuſculâ aſſerit traditam, ne populus occaſione aliquâ laberetur ad idololatriam,* &c. Alcimus Avitus lib. 5. v. 25. hoc ſigno ait indicatum, igne tribulationum,

- - - - ſpinas noſtræ ferveſcere mentis,
Et lucere bonis, qui non conſumeret, ignem;
Sed tenebras mundi auferret.

Verùm de his ſatis: ne in Iliada excreſcat hic libellus.

5. *Rubus* inter alia miram Eccleſiæ propagationem ſignificat. *Rubi namque gracilitate, & ſimul proceritate nimiâ curvati, defigunt rurſus in terram capita, iterumque naſcuntur ex ſeſe, repleturi omnia nî reſiſtat cultura*, Plinius 17. cap. 13 vocat ibidem *peſſimam atque exſecrandam rem*, homo atheus. Et l. 24. cap. 13. *Nec rubos* inquit, *ad maleficia tantùm genuit natura, ideoque ex eis mora vel hominibus cibo dedit.* Cap. ſeq 14. *Rubum Idæum teneriorem ac minorem eſſe, rarioribus hamis innocentioribusque ſub arborum umbrâ naſci*: &c. Mora rubi nigra, viri docti *vaccinia* Virgilii eſſe putant: non tantùm Leonh. Fuchſius. ſed & Brodæus in Miſcellan. nec abludunt Hadr. Junius, Amathus in Dioſcor. &c citati à La Cerdâ. Plinius innuit quoque *baccas* eſſe *ad aucupia ſatas, & tingendis ſervitiorum veſtibus.* Quorum utrumque *Liguſtri baccis* convenit

na[illegible]

nam & colore capillos irrufant, ut notat Diofcorides, & avium cibus funt, Matthiolus in Diofcorid. l. 1. cap. 107. Sic liguftro fuo, quod *Elhenne* vocant, Ægyptii in commerciis utuntur ad tingendum aureo colore, Bauhin. ibid. Rhauwolff pag. 6. itinerarii defcribit ac depingit: effe arbufculas noftro liguftro, Beinenhöltzlein / non abfimiles: dici ab Arabibus *Alcanna, aut Henne*, à Græcis *Schenna*, &c. Confer. quoque Bellonium l. 2. cap. 74. - *nimium ne crede colori!*

Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur:
Forma perit; Virtus ſola perenne bonum eſt.

Urfos ajunt delectari moris rubi Idæi, quæ noftri, quod hinnulis cervorum quoque grata fint, Hindbeer appellant: itaque eo tempore quo maturefcunt, à Venatoribus captari, Matthiolus l. 4. Diofcor. cap. 34. & Gefnerus in Urfo.

- - - - *nocet empta dolore Voluptas*
Mora capit, capiturq; Urſus. Sic fœda voluptas
Spinoſo fructu tela necemque tegit.

Ex Rubo Mofaico ardente Emblemata omitto, ideò multa fingi poffunt.

6. Superfunt Sirim, Quater legitur hoc vocabulum, ut Marinus habet. Ecclef. cap. 7. v. 7. *Sicut vox*, id eft, fragor, *Haſſirim* fpinarum *ſub Haſſir* ollâ; *Sic riſus ſtulti.* Ubi innuitur Sirim 1. fupponi ollis aut lebetibus in foco. 2. Celerrimè conflagrare, 3. non fine crepitu & fragore, & 4. fine tamen effectu, quod nihil percoquere poffint. *Stultorum Schirim ſunt Sirim*, Cantica acanthæ, vide D. Geyerum h. l.

Ut

Ut citò conflagrat, crepitat cum spina sub ollâ;
Sic & stultorum risus inanis abit.

Nempè spinæ, cùm ardent sonant, & citò exuruntur, ut nullus caloris sit effectus, Ambrosius in Exhortat ad Virgin. Vulgatus: *melius est à sapiente corripi quàm stultorum adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla; sic risus Stulti.* Quid enim est adulatio aliud quam Melodia Sirenica, cantatio lethifera, fallaciæ fistula, & vox hyenæ valdè mendax, *Cyrillus lib. 2. Apolog 27.* Multa in hanc sententiam affert Cornel. à Lap. Propriè; meliore esse Sapientium correptiones, quamvis duræ spinosæque videantur, atque audientes sauciare; quàm stultorum cantica; qualia sunt amantium *stultitia*, & ebriosorum *Scolia*, quæ myrti laurive ramo accepto, non tantùm in Deorum hominumque laudes, non sine adulatione; verùm etiam ad excitandam libidinem & lasciviam, cantare solebant de quibus multa Stukius, in conviv. Antiquit. *Risus* hic est *Sardonius*.

Rident vecordes mediâ cum morte tenentur;
Ut, cum spina suo flagrat in igne, crepat.

7. *Mala consilia consultori pessima.* Nam *æque atque spinæ inter se perplexæ, virentesq; adhuc, cum adhuc inebriantur ut ebrii*, wann sie noch im besten vollen Safft seynd / D. Lutherus; *consumuntur sub indè, ut stipulæ planè aridæ*; sic *consultor Belial peribit & omnis, qui cogitat contra Dominum*, Nahum. v. 10. Etsi quoad verba alii aliter interpretantur Eventus nostræ interpretationi respondet. Nam cùm *Sennacheribus*, cujus *nomen rubum solitudinis* sign

ignificat, perversa inter compotores consilia adversus Deum & urbem Sanctam agitaret, quo tempore adhuc florebat, lætaque celebrabat convivia, repentè cœlesti igne combustus est exercitus ejus, ic Hieronymus. Confer omninò de eâdem clade Esai. 10. v. 16. 17. de quo cap. seq.

Fulmine ceu subito vepreta implexa cremantur;
Sic qui agitant animo cœpta nefanda suo.

De loco Esai. 34. v. 13. *crescent in palatiis eorum Sirim, Kimosch, vachoach*, dictum est in *Choach* aliquid, cap. 25. num. 5. & in *Koz*, cap. 24. num. 6. æc seges locis vastatis nasci solet. Apud Hoseam . 2. v. 6. sunt duo septorum genera, usitata tutanlis vineis, ut Esai. 5. v. 5. alterum naturale, è vivâ epe, *Mesucha* vocant Hebræi; alterum fabrile, maceriâ, quod illis est *Gader*, unde Gades, & *ádeer*, Bochartus l. 2. Canaan. cap. 9. Hinc de dulterâ Synagogâ ibid. Deus: *Ego sepiam* naturali utelâ *viam tuam Sirim spinis*; *& sepiam* fabrili pere *maceriâ*: id est, objiciam bella, captivitates, amem, pericula &c. Cyrillus ibid. *Ultio misericordiæ plena, quæ laborat, ut impietatem cessare faciat*, Theodoretus. Felix necessitas, quæ nos ad Deum edire cogit! *Quos voluntas prava pervertit, plerumque adversitas corrigit*, Gregor. M.

Cum Deus obductâ prohibet quasi pergere sepe;
Semper, ut ad reditum sit via plana, facit.

CAPUT XXVII.

De Zeælim, Schaith, Schamir, Rothem.

1. ZEælim bis leguntur Job. 40. v. 16. 17. de Elephanto: *Sub Zeælim jacebit: tegent eum Zeælim, Zillo umbrâ suâ, circumdabunt eum salices.* Ubi ad radicem *Zalal* videtur alludi, quæ significat *obumbrare.* Itaque pro Zeælim, ferè Interpp. ponunt, *umbras, umbrosa arbusta.* Hoc vastæ belluæ ingenium est: gaudet amnibus maximè, & circa fluvios versatur, Plin. Denique quæ sint illa arbusta? exponere videntur voluisse LXX. *Sub omni genere lignorum dormiet,* παρὰ πάπυρον, καὶ κάλαμον, καὶ βούτομον. *Obrumbrabunt ipsum arbores magnæ,* σὺν ὀροδάμνοις, vel ut Symmachus, ῥαδάμνοις, καὶ κλῶνες ἄγνου. *De Papyro & calamo* suo loco, & fortè *de Butomo,* quæ est herba palustris, folia habens Cyperi, grata boum pabulo, eine Art deß langen Riedgrases / Dodonæus Pempt. 4. lib. 5. cap. 26. Hæc tamen tenuem umbram tàm immani belluæ præbere poterunt; Ὀρόδαμνος & ῥάδαμνος significant Hesychio, κλῶνες, κλάδοι, βλαστήματα.

2. Schamir septies legitur cum Schaith & semel cum *Koz,* ac quidem apud solum Esaiam *Marinus.* Sic cap. 5. v. 6. in neglectâ vineâ *adscendunt.* Sic quoque sensu eodem cap. 7. v. 23. 24. 25. *Terra omnis erit Schamir veschaith,* & tribus istis duo vicibus conjunguntur, ad vastitatis & desolationi

tionis descriptionem, cap. 9. v. 18. *Impietas suc-nsa quasi ignis, devorabit Schamir veschaith*, c. 10. 17. de cœlesti clade Sanheribi; *Lux Israël*, Deus se, qui est ignis consumens, *devorabit Schitho, chemiro*, exercitum scil. ejus, *omnemque gloriam væ* cap. 27. v. 4. Locus obscurior est: *Quis mihi ibit Schamir, Schaith, in bellum; progrediar in eam, succendam pariter.* Hieronymus sic παραφραζει: *Ego*, inquit Dominus, *qui diebus & noctibus mper vineam meam conservavi, ne exterminaret m aper de silva, ne bestiæ devorarent: nunquid in-gnationem non habeo* &c. *Quis me docebit, ut du-s sim & crudelis? hoc quippe in vepribus & spinis nificatur: ut quasi in prælio truculentus incedam, ncam naturam meam, conteram vineam, quam mper custodivi, & succendam eam, quam meo sepse-m muro?* sic Vulgatus: *quis dabit mihi veprem & inam in prælio?* Sed profectò durum hoc; Vepri spinæ comparare Deum: & quis veprium spina-mque in prælio usus est? Quantò planior ac faci-or D. Lutheri versio, in hanc sententiam; *Egone ascerer, vineæ meæ infensus*, quam tàm solicitè cu-odio? absit! *cum vepribus & spinis mihi certamen : atque utinam quis mihi det, ut cum solis præliari ssim! stirpitùs eas funditusque, velut hostis, succen-rem, eruerem, perderem!* Deus cùm electos casti-at, non irascitur. Est insignis textus, den man auf le Creutzbüchsen aus der Apothecken Gottes schrei-en soll; D. Forsterus ex Luthero: *Electuarium* pro is afflictis, *de Non irascor*; Quin & propter suos arcit impiis & exspectat, quos, nisi inter electos

versarentur, & dextera Excelsi mutare posset in melius, radicitùs exstirparet. Ultimus locus Esai. 32 v. 13. suprà *in Koz* citatus est, cap. 24. num. 6.

3. Lxx. Interpp. his locis mirè variant: modò habent ἄκανθαν, modò ἄγρωστιν ξηρὰν, id est gramen aridum, modò χόρτον καὶ ὕλην, frequentiùs χέρσον καὶ ἄκανθαν; denique pro *Schamir Schaith*, lib. cit. cap. 27. habent φυλάσσειν καλάμην ἐν ἀγρῷ, qua vertit Hieronymus: *quis me ponet custodem stipul in agro?* Et reperiatur aliquis, qui hos lutulento rivulos liquidiùs fluere contendat quàm fonte ipsos? Cæteri Interpp. *Vepres*, *sentes*, *spinas*, au & *vepreta & senticeta* habent. Nec etymologi certa est. *Schamir* à שמר *Schamar custodiendo* derivant nonnulli, quod vepres obvia teneant & ser vent, aut quod observare oporteat, ne lædant Cur non à cognato סמר *Samar horruit, riguit, cla vis quasi confixit?* nec aliundè videtur deduci posse quod *Schamir* durum adamantem, aut lapidem in victi rigoris, significat: quo nomine etiam Thal mudici *vermem* suum *fabulosum* appellant, qui vir tute suâ lapides secuerit & quadrarit in Templo Sa lomonis, de quo Pineda in Salom. l. 5. c. 5. sect. 15 De *Schaith* verò nihil afferunt Lexici. Nam quo à *Schuth ponere* quidam derivant, friget, ut rectè ju dicavit Marinus. Mihi commodè occurrit, quo *Sciathum* insulam Bochartus dictam arbitratur quasi *Ksiatham*, à rad. קשה *Kascha*, *durus*, *asper difficilis fuit*, lib. 1. Canaan. cap. 12. Certè *Shait* Lxx. *aridum desertum*, *asperum*, & Hieronymu

loc

oca sentibus plena, videntur ll. cit. interpretari. *Scia-hum* itaque asperrimam à *Schaith* malim deducere. Quin & Plutarchus de Iside & Osiride, *Typhonem refert ab Ægyptiis dici Seth, quod vi pravaleat.* Quicquid tamen sit, constat his vocabulis silvestria dumeta ac vepreta appellari, qualia locis incultis & desertis sponte suâ proveniunt, nullâ curâ aut culturâ emolliuntur, & quasi cicurantur; duritiâ, asperitudine, spinarumque granditate & firmitate horridiora, & tantùm *ad maleficia nata*, ut dixit de Rubis Plinius. Talibus meritò comparatur *Exercitus Diaboli & Tyrannorum*.

Sunt rigidæ sentes, telluris inutile pondus;
Qui contra Christum bella nefanda gerunt.

4. Rothem, quater reperitur: bis 1. Regum. 19. v. 5. & 6. ubi Elias profugus, in deserto *sub unâ Rothem* sedisse, & indormiisse legitur, Job. 30. v. 4. famelicis *radix Rethamim panis*: Psal. 120. v. 4. Lingua dolosa comparatur *sagittis potentis* alicujus *acutis cum Carbonibus Rethamim*. Lxx. prioribus locis retinuerunt vocabulum ῥαθὰμ & v. 6. exposuerunt per φυτὸν. Apud Jobum quanquam à fontibus recedunt pluribus, tamen pro *Rothem* videntur posuisse ἅλιμα. Symmachus: ῥίζαν σίτων ἀγρείων. Psalm. 120. est: σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς. Vulgatus h. l. Psalmi, ex Græco: *cum carbonibus desolatoriis*: cœteris habet *Juniperum*, ut & alii plerique. Arias Montanus tamen, Avenarius & alii *Genistam* malunt, quod radix *Ratham ligare significet & vincire*, Mich. 1. v. 13. ad quem usum idonea Juniperus. Loca hæc indicant *Rothem*

1. nasci in solitudine. Indè *Rethima* locus deserti Pharan, ubi XV. Mansio fuit Israëlitarum, de quâ Hieronymus ad Fabiolam: *Rethima transfertur sonitus, aut Juniperus: quanquàm plerique ἀρκευθοι apud Græcos aliud genus arboris significare contendant.* Citatoq; Psalmo 120. *Ferunt*, inquit, *lignum hoc ignem multo tempore conservare: ita, ut si prunæ ejus cinere fuerint opertæ, usq; ad annum perveniant.* Quod Rethimam *sonitum* interpretatur, nescio qui factum sit. Nisi fortè compositum putabat nomen ex *Ratah* & *Hama*, strepere ut fervefacta, sed hoc agamus: 2. Fruticem esse, aut arborem, sub quâ accubare & quiescere sit commodum; 3. radicem pro cibo in fame esse posse, quem cum clamore & jubilo diripiant famelici, aliis quasi fures inclamantibus, ut apud Jobum est. 4. Carbones habere vivaces & noxios. Nunc videamus, quibus hæ notæ convenire possint?

5. Alimos ab *Halimo* differt: illa 1. inter *Ari* species recensetur: à Syris *Lupha*, à Cypriis *Colocasia*, à Græcis ἄλιμος dicta, ut inter notas voces, apud Dodonæum P. 3. lib. 1. cap. 5. ubi ex Galeno addit, *Ari radices quibusdam regionibus acriores provenire: Cyrenis minime acres esse, adeò ut in cibo rapis utiliores habeantur.* 2. ἄλιμος καὶ ἄδιψος, ut idem Dodonæus cap. 17. l. c. ait, rectè appellatur *Glycyrrhiza*, Süßholtzwurtz; quam Theophrastus, quod in Scythiâ, ut hodie passim, inprimis in Franconiâ frequens esset, Herbam *Scythicam* aut *radicem*, εὐθυγλυκεῖαν, vocavit: quâ solâ Scythæ cum Hippace, caseo ex equino lacte confecto

cto, undecim dies famem ſitimq; ſuſtineant. *Halimus* verò eſt, quæ *portulaca marina* dicitur; folia muriâ condita, pro capparibus inferuntur menſis, palato non ingrata, de quâ Dodonæus P. 6. lib. 2. cap. 10. Ex quibus apparet, cur Lxx. pro *Rethamim* apud Jobum ἄλιμα poſuerint? Sed an & reliquæ notæ conveniunt? judicare non difficile eſt. Videntur tamen non ad iſtas reſpexiſſe plantas, ſed γενικῶς dixiſſe ἄλιμα, ex etymo, quæcunque famem ſedare poſſunt.

6. De Junipero dixi jam *in Beròſch*, cap. 18. num. 6. & ſeqq. docuiq; aliam eſſe *majorem*, arborem ἄρκευθον, & aliam *minorem* vulgarem. Huic nomen *Rothem* unicâ ex cauſâ videtur inditum: propter *carbones*, quos Chymici, ut olim Hieronymus, *toto anno ſub ſuis cineribus vivere* teſtantur. Imago hominum μνησικακέντων. Verùm non videtur eò reſpexiſſe David, cùm linguam doloſam carbonibus Juniperorum, ut volunt, comparavit. Videbimus mox. Sanè ſub vulgari Junipero dormire, cùm circa ſe humi abjiciat ſuos aculeos, inſuave eſt; & radix lignoſa, ne in extremâ quidem fame, cibo idonea; nec de tali fame agit Jobus; ſed de ea quam pauperes, hominum mendicabula, vulgò perferunt; deq; eo genere ciborum, quos è ſilveſtribus radicibus inveſtigare ſolent, & cum clamore quaſi ac jubilo, aliis invidentibus, carpere, ut innuunt Vulgat. & D. Lutherus. Quæ cùm alii animo adverterent, radices has non *pro pane* quæſitas, ſed *ad calendum* interpretati ſunt, vide Coccejum h. l. Neque hoc tamen εὐςόχως. Tùm quia voca-

bulum *Lachmam* propriè significat, *Panis eorum*; cùm quia Juniperi radices ad ignem in foco instruendum, tàm odore quàm ignis tenacitate, commendatæ, solis mendicis non videntur fuisse in usu, ut alia taceam. Supersunt ergò.

7. Genistæ; Earum duo quoq; genera sunt: *alterum* totum *aculeatum*; itaque *Scorpium* dici à Theophrasto putant: nostri vocant Stechpfrie-men: *alterum* caret spinis, nostri genester vocant. Hoc esse *Rothem* multa sunt argumenta, 1. radix significat vinculis & viminibus esse idoneam. Ita *Genista vinculi usum præstat*, Plin. l. 24. cap. 9.

Non pira, quæ lentâ pendent religata genistâ.

Martial. Etiam Virgilius *lentam* dixit Georg. 2. v. 12. Deindè 2. umbram cubantibus præbet *Rothem*; & Genista. - *Salices humilesq; genistæ;*

Aut illæ pecori frondem aut pastoribus umbram Sufficiunt, sepemq; satis, & pabula melli.

Idem Virgil. lib. 2. cit. v. 435. Sic *Vaccæ* apud Calphurn. Ecl. 2.

Molle, sub hirsutâ, latus explicuere genistâ,

3. Restat, ut & radix in cibum venerit, & quid de Carbonibus dicendum videatur? Est autem quoddam *rapum Genistarum*, quod fibris radicum adnasci solet: vel simile vel idem cum eo, quod *Orobanchen* Dioscorides & Plinius appellavêre: nostris è Græco Ervenwürger/Sommerwurtz/& Thuringis Hanffmann; quoniam inter cannabim & linum crescit. Plinius ait dici quasi *necantem ervum & legumina: ab aliis Cynomorion à similitudine caninæ genitalis; cauliculum esse sine folio, pinguem, rubentem*



GENISTA. Cum rapo.

um: denique estur, inquit, *per se, & in patinis dum tenera est decocta*, lib. 22. cap. 25. extremo. Dioscorides *& crudam edi, & coctam asparagi modo*, ait l. 2. cap. 136. Matthiolus ab aliis *Caudam leonis*, ab aliis *Herbam Lupam*, quod vicinas strangulet, ab aliis *Taurinam* dici Italicè, quod vaccæ eâ degustatâ, statim Taurum adeant: Clusius sub *Limodoro Austriaco* in Pannonicis, passim nasci & Ungaris dici, *Cereum Missaticum*: Meßkertze à figurâ: nasci quoq; in Germaniâ inferiori, incultis desertisque locis, & gaudere, quæ rapum ferat, macro arenosoque solo, Dodonæus P. 6. lib. 2. cap. 1. Fert ergò Genista rapum edule; quod quia rarius est, cum studio indicat Jobus quæsitum, cum gaudio inventum, & quasi furtim raptum. Quæ nemini interpretum venisse in mentem, miror. De Carbonibus statim.

8. Nullum itaque mihi dubium est, quin *Rothem genista* sit. Quod Vulgatus *Juniperum* vertit, fortè ex eo est; quoniam intellexerit, esse fruticem spinosum, qui totus ex meris constet aculeis. Foliis enim caret, nisi quod vere exigua protrudit, & mox decidua: succedunt flores, quales Genistæ, lutei, & sub Solis fervore ferè purpurei. Itaque *Spartio* non est absimilis, præter spinas: *Spartium* autem, quod à genistâ parum differt, Pfriemen vocamus; Hispani, dubio procul à Mauris docti, *Retama*, ut habet Clusius in Hispanicis. *Juniperus sub quâ fessus & profugus accubuit Elias, crucem Christi significare potest, sub quâ peccator conversus acquiescit*, ut ex Ruperto docet Hierony-

mus Lauretus in silva Allegor. Non minus acule ta hæc Genista : quæ & aculeis suis instrumen Dominicæ passionis, & flore purpurascente sangu nem destillantem aptè ostendet. - *Sub hac requ escere dulce est!* sub hac recubantes, pane Domi & calice recreamur ; ut Elias ab Angelo, quo re fecti, currimus indefessi usque ad montem Dei.

Sub Crucis hirsuta profugus requiesco genistâ,
Pane Dei cibor, & pocula Sancta bibo.

Sic rapum Genistarum, sive Orobanche, - *sola men Exulum!*

Dulces asparagi quos edit acuta genista,
Noster in hoc mundi sint cibus exilio.

9. Locus Psalmi, 120. aliter atque aliter exponitur. Augustinus hoc ait esse *remedium contra calumnias*; quod Deus daturus sit, linguæ dolosa contra vulnera, *Sagittas Verbi sui acutas, qua corda inflammant, non sauciant,* ut & Prosper paucis. Alii putant prædici calumniatoribus *supplicium*, & quidem ex lege Talionis. Quale Hebræi ferunt contigisse Doëgo. Sic enim in Antiquit. Biblicis legitur : *Ad Doëg Syrum hæc dicit Dominus : Ecce dies venient citò, & adscendet vermis igneus in linguam ejus, & tabescere faciet eum, & erit habitatio ejus cum lair in igne inextinguibili semper.* Ita sentient illi pro spiculis linguæ, sagittas Dei potentis acutas; quemque ignem accenderunt, quo proximi fama conflagraret, eum patientur æternum. Sed tamen potior & fontibus propior est sensus *de Linguæ pernicie.* Quid enim aut quantum efficit illa? *similis est*

ſt *ſagittis*, quas forti brachio ex arcu robuſtus ali-
quis excuſſit, ut ad intimas penetrent medullas:
& quidem *cum prunis geniſtarum*: quod mihi omni-
nò *ad jacula ignita* videtur referendum, quorum
ſit mentio ad Epheſ. cap. 6. Undè & fulmina cum
fulguribus *ſagittæ Dei*, Habac. 3. &c. Sic faces cum
telis jaculari in repentino tumultu mos fuit: Virgil.
. Æneid.

Jamque faces & Saxa volant, furor arma mi-
niſtrat.

Et Lucanus - *inde Sagittæ, Indè faces & ſaxa vo-*
lant. Quo pertinent *exurimenta* apud Vegetium,
& quod de Syrorum contra obſidentes armaturâ,
ſcribit Aurelianus ad Mucaporem; *quantum hic*
ſaggittarum, quantum telorum? ignes etiam tormen-
tis jaciuntur, apud Vopiſc. &c. Barbarorum etiam
hodiè mos perdurat, jaculari ſagittas ignitas, & ita
incendere caſas hoſtium. Idonea fuiſſe in hunc
uſum arida geniſtarum cremia nemo negaverit, &
Geniſtas nomine *ſagittales* memorat in Pannonicis
Cluſius de Chamægeniſtâ; quod fortè huc
ſpectat. Atque hæc de
ſpinis.

CAPUT XXVIII.

Paralipomena de Spinis, & Silvestribus.

1. ECclef. cap. 12. v. 5. in ænigmaticâ hypot-posi Senectutis, legitur: *onerabitur locust & dissipabitur Haabijona*; de hoc vocabulo lis es Lxx. habent, ἡ κάππαρις: Secutus est Vulgatu Cæteri *appetentiam* aut *aviditatem*. Quod tame contra legem esset ænigmatis, & alienum à Sapier tissimi Regis instituto. Quare non puto adeò ir congruè positam h. l. Capparim. Nam quo vocabulum אביונות *Abjonoth*, quod Rabbin usitatum alia quædam puncta habeat, non put tanti esse momenti: quod vero id significet *bacca aut minutos arborum fructus*; in rem nostram fa cit: ut & quod *Capparim* Thalmud ab his *Abjonot* distinguat, vide Clariss. D. Geyer. h. l. Memin Bellonius subindè in Arabiâ & alibi *Cappares* repe risse frequentes: alias *arborescentes, pumilarum fi cuum altitudine, ut conscendendæ fuerint ad earun fructus colligendos: qui quidem gallinaceum ovun magnitudine æquent*, &c lib. 2. cap. 60. alias *in Saxo rum fissuris, plurimùm tàm ab istis, quàm ab iis, qu in Græcia proveniunt, differentes*, cap. 66. *Conditu ram florum* antequàm dehiscunt, quos *fructum* vo cat Dioscorides, *oleæ rotundò similem, qui cùm deflo ruit in glandem oblongam mutatur*; docet Colu mella. Nomen Arabicum *Cappar*, Hispanis *Alca parras*

trras, Linguæ cœteræ retinent. Eſtur condimen-
& medicamenti loco condita, ad excitandam ap-
etentiam & diſcutiendum faſtidium. Nomen Ara-
icum accepit à deſerto, quod Arabibus eſt קפר
ifir, undè & noctua *Kafir*. Gaudet enim locis de-
olatis, interque ſaxa & parietum ruinas provenit:
editumque, ut apud Theophraſtum, *cultis locis*
on naſci, de quo Matthiolus ad Dioſcorid. lib. 2.
ap. 169. At *Abjonoth* propriè fructus ſunt Cappa-
s, dicti ab *Abah*, cupiendo, appetendo: undè &
bion pauper, quaſi cupidus: *Tùm quod cibi appe-
ntiam irritent; cùm quod Venerem inſtigent*, ut ex
vicennâ docet Schindlerus. Hinc ergò per Me-
onymiam pro appetitu poſuit Salomo.

2. Geneſ. 37. v. 25. & 43. v. 11. memorantur in-
er optimos Terræ Canaan fructus נכאת *Necoth*;
uod vocabulum Tremellius vertit *Myxaria*: Lxx.
υμιάματα, Vulgatus *aromata*. Rationem Junius
dnotat: *Myxaria* Arabibus dicuntur *Nuketa*, teſte
Eginetâ, Aëtio, Pſello, & Actuario, voce proximè
d Hebraicum *Necoth* accedente. (Sunt autem
Myxa, vel myxaria, pruna Sebeſtena: Non puto
amen arborem aculeatam eſſe, ut eſt *Zizyphus*,
uæ fert pruna, *jujubas* dicta, de quibus ſuprà.)
Res tamen incerta: nec apparet *cur Necoth aroma-*
a dici debeant, niſi quod ita teſtentur cum Interpp.
uidam Rabbini, vide Buxtorff. Lex.

3. Geneſ. 22. v. 13. dicitur immolâſſe Abraham
uccedaneum arietem pro Iſaaco, quem repererat
ærentem cornibus, in perplexo vepreto. Lxx. habent
φυτῷ Σαβὲκ, retento Hebraico vocabulo, *Ba-*
ſebàch

ſebàch. Voſſius nuper de Lxx. Interpp. cap. 1
Spinoſæ alicujus plantæ nomen eſſe minimè dubit
Sed in Additis ad Lectorem ſub fin. p. 430. *non e*
vepris aut ſentis genus, verùm quod Gelſominum, 2
Jaſminum dicitur, diſputat. 1. *Quod frutex hic*
Ægypto & Syriâ frequens ſit, eoq; paſſim ſepes & pe
gulæ veſtiantur. Hederæ inſtar ſurgit, & latè a
modùm ſe explicat, amplectiturq; pedamenta & h
ſtilia quæcunque contingit, &c. 2. Quod *Sambac*
aut etiam *Zabach* dicatur ab Arabibus, Syris
Ægygtiis, uti ex Serapione, Proſpero Alpino
omnibusque Botanicis conſtet. Sed quàm ben
Jasminum depingat, non ſatis conſtat. Frutex eſ
qui robuſto ſtipite adoleſcat, non amplexicauli
aut vicinis hederæ inſtar ſe circumvolvens. Flexil
tamen, facilique obſequio, pergulis innectitur, flor
candido & odorato, ut Veslingius & Dodonæu
Illud conſtat סבך *Sabach*, ſignificare *aliquid eſ*
perplexum & implicatum, ac de arborum ramis dic
fruticumve, ut Eſai. 9. v. 18. Pſalm. 74. v. 5. &c. *Zam*
bach autem, quod recentiores Arabes ex Græc
Jeſemin dixerunt, ut docet Matthiolus ad Dioſcori-
dem l. 1. cap. 66. eſſe *Sabech*, nondùm probatun
eſt. Neque apparet cur pulcherrimo frutici, è cuju
odoratiſſimis floſculis jàm olim *Perſæ oleum confece-*
runt, quo inter epulandum odoris gratiâ uti mos erat
hoc tàm vile & vulgare nomen, à perplexitate, indi-
tum fuerit? Veslingius in Ægypto *Sambàc* vocari
indicat; Hebræis autem & Syris, recentioribus,
שבוקין *Schebukin* rami, & propagines dicuntur;
undè videatur nomen *Sambuci* deductum, ut ex

Sabbcha

ibbcha Daniel. 3. v. 5. *Sambuca*, *Ϭαμβύκη* instru-
entum Musicum, vide Joseph. Scalig. in Varron.
Simpulo. Illud verò de ariete notandum: Capras
re q; naturâ feras esse, cornibus flexuosis, quibus
apros sæpè prosternant, & bella inter se gerant
remptoria: *Analopos* vocat, nescio undè, Alber-
s M. *capras*, quæ lento fruticum vimine sæpè ca-
antur implicitæ, vide Oppiani Cyneget. 2. v 329.
Varron. de Re Rust. l. 2. cap. 1. Itaque non opus
at, vel ad miracula confugere, vel ad fabulas, ut
plicaretur; *undè illo ad Abrahamum venerit aries?*
de h. l. Interpp.

4. Adde his, quæ *ad Salicem* spectant, de quâ
prà, quod Ezech. cap. 17. v. 5. scriptum, de tene-
Surculo ex cacumine Cedri; quòd *in terrâ positus*
rit *Zaphzaph*, summo cum studio, *ad aquas:* ubi
nissum putant *Caph. similitudinis*, & exponunt:
nquàm *salix*, quem in modum salix pangi solet.
: describit sanè depictamq; exhibet Salicis quan-
m peregrinam speciem, Rhauwolff/ p. 112. re-
rtam Halepi; quæ ab inquilinis *Saffaf dicatur*, ab
rabibus *Zarneb*, & Theophrasti *Elæagno* respon-
at: crescere juxta amnes, & flore odorato gratam
e, ex quo stillatitia aqua coquatur cordi amica,
de ibid. plura. Idem semel atque iterùm meminit
licis *Arab*, aut *Garb* dictæ, de quâ suprà: nostræ
similis, pulverem nitrosum præbet, è quo fit py-
s ille bombardarum, vide pag. 201. & seq.

5. Marinus, ut monui sub finem cap. 3. in עץ
, dùm Arbores Biblicas recenset, etiam *Eschel*
maricem & *Copher* Cyperum & *Lot* ponit, quam
ille

ille quidem interpretatur Castaneam; Tremell
verò Ladanum. Possent ista vocabula, suo foi
loco convenientius, exponi. Visum tamen hic qu
que paucis considerare.

De אשל *Eschel* aliquid dictum cap. 1. num
ubi Abraham dicitur plantâsse *Eschel* in Bersabe
Genes. 21. v. 33. Sic; Saul in Gibeâ sedebat s
Eschel in Ramah. 1. Sam. 22. v. 6. Saulis & filioru
ejus cadavera sepulta sub *Haëschel* in Jabes, ib
c. 31. v. 13. LXX. vertunt *ἄρουραν*, *arvum*, *campu*
Vulgatus, *Nemus*; alii *arborem*, *arboretum*; D. L
therus Bäume / Hain: Marinus, *Tamaricen*:
enim Arabibus, mutato ש in ת, *Athel* ut Schin
lerus. Targum Complutense habet נצבא *Nizb*
Venetum אילנא *Ilana*: ut 1. Paralip. 10. v. 1
Haëlah de quo *in Quercu*. Apparet autem *Esch*
esse nomen *γενικὸν*, ut plerique interpretantur,
significare arborum congeriem, *φυτείαν plantati*
nem, quam Chaldæi *à Nizab Nizba* vocant, vi
Schindler. Etsi alicubi cum He paragogico, p
Synecdocchen pro certâ specie poni possit. Est a
tem *Tamarix*, quæ & *Myrica*, & quibusdam *Am*
rix, alia *ἥμερος*, quæ, *arbor* est, cujus in Ægypt
passim silvulas refert Bellonius conspici, *gallâ* s
onustas, ut pondere curventur rami, lib. 2. cap. 2
umbrâ grata; alia *ἀγρία*, *frutex*: Nomen ab am
ritudine fortè, undè & Myrrha: quod in pleri q
linguis servatur; nostri vocant Tamarisken. *Ath*
Serapio describit ex Abohanifâ, *esse arborem lo*
gam ad cœlum usque, non aculeatam, ligno dur
è quo varia conficiantur vasa, dicique Nadhar, colo
ruben

ubentis, qualis est Scorpionis: Isaac eben Amram *eciem ait esse Tamarisci*, cap. 20. sed cap. 31. cùm e *Tamarice* ageret, eam *Tarfa* dici notat, refert-ue ex Alcanzi, decocto radicis hujus cùm uvis assis duas mulieres à leprâ curatas: Sic Luem Ve-ercam ligni hujus, non secus ac Gvajaci, decocto oſligari Alpinus & Veslingius. Nicander in heriacis jubet inter antidota sumi - μυείκης πανα-ιρπέα θαμνὸν, eamque Μάντιν appellat *divinatri-m*, *Apollini Coropæo* aut Oropæo, *Sacram*. Hanc nim vaticinaturi manu gestabant, ut Apollo in esbo, indè *Myriceus* dictus, &c. Nicandri Scho-stes, & Porta Neapolit. aliique *Galla Tamaricis* à hasi vocatur *Carmesel*. Plura Plinius lib. 24. cap. 9. *in Herbis* nos sub *Aroër*; quam *Myricam* vertit ulgatus. Tantùm docendum fuit hic *Eschel*, aut rabum *Athel* non esse Tamaricem: malim vel *sculum*, quæ est Quercus latifolia, vel *Fraxinum*, iam nostri Eschern appellant, de quibus supra.

6. Gopher Cant. 1. v. 14. & 4. v. 13. repe-ur. *Eschkel Haccopher Dilectus meus mihi, in vi-is Engeddi:* ut verſ. 13. præcedenti: *Zeror ham-or, fasciculus Myrrhæ.* Sic altero loco *Cepharim ngguntur nardis.* Lxx. βότρυς τῆς κύπρȣ & in V. dit. κύπρειν⊙. Pagninus & in margine Arias ont. *Caphuram* vel *Camphoram* ponunt; cœteri *prum.* Ac כפר radix propriè quidem signifi-t, *operire*, *oblinire*, *bituminare*; hinc *Copher*, hald. *Cuphar*, Arabicè *Caphur*, Camphora, pix, umen. *Eschkol* non tantùm botrum vitis, sed palmæ significat, ac fortè alias baccas racema-

tim

tim congestas. Indè jam quæstio; *Quid sit botri Cypri?* Septem invenio sententias apud Cornel. Lap. in Cant. l. c. missis, quæ parùm probabilitat habent, præcipuæ sunt, 1. esse botrum Campho ræ. 2. uvas in Cypro nascentes & indè delatas i Judæam, ex quibus vinum Malvaticum, 3. fructu Balsami, quod in vineis Engaddi nascebatur: stirp viti similis, & semen vino proximum gustu, Plini 12. cap 25. v. 4. esse uvas Engaddinas, Cypri sapo rem referentes, quales *Muscatellæ* dictæ. 5. Es fructum Cypri arboris. Certum inter hæc aroma ticum aliquid esse, fructum racematim cohæren tem, in Engeddi natum.

7. De Balsamo, si Deus volet, in aromatibus Camphoram esse gummi aut resinam arboris In dicæ, non tantùm ex Serapione & Arabibus proba Matthiolus ad Dioscorid. l. 1. cap. 75. ubi *de Len tisco*; verùm etiam Garsias ab Horto in Aromat Hist. lib. 1. cap. 9. qui à viris fide dignis relatum sib ait, *arborem esse nuci juglandi similem, foliis tame candicantibus, salignis similibus: de flore ac fruct nihil se certi comperisse: frequentem nasci in Borneo Sumatrâ & Pacen:* undè Salomonem quoque navi gatione in Tharsis institutâ, cum aliis exoticis acce pisse, & in hortis suis Engeddinis plantâsse, non es improbabile. Si de fructu racemoso constaret multa argumenta essent, quæ ostenderent cur hui Sponsus cœlestis assimilatus fuerit? *Flagrat etian in aquis*, Cant. 8. v. 7. *odorata est, & partium ade tenuium, ut etiam capsulis operculatis condita evane scat; alabastrinis servatur, lini aut psyllii semine sepul*

ta



CYPRUS. El-hanne.

: *collyriis ad calidas oculorum lippitudines imponi-*
r, Apocal. 3. v. 18. *Renibus ac testibus illita, Vene-*
n extinguit: corpora à putredine præservat, &c.
ırsias memorat; fabulari Indos, quod *ad umbram*
ıs arboris omnia minora animalia confugiant, quò
erocioribus tuta sint: illud quoq; fabulosum esse;
od largioris proventûs hoc sit augurium, si crebriora
t tonitrua, aut terra moveatur, Hagg. 2. v. 7. 8.
ıd tamen pro certo sibi relatum; quod *colligendi*
ıdem nulli non sit facultas; si tamen alius superve-
ıt validior, non modò colligenti extorquere, sed &
tam auferre cum cucurbitâ, in quâ colligi solet, jus
fas esse. Quæ omnia, etsi aliqua fabulis quàm ve-
propiora, tamen, quo in pretio hoc gummi ha-
tum olim fuerit, indicant. Illud quoque omit-
e nolui, *ex ligno Caphuræ*, mensas & alia fieri
oris gratiâ: & refert Acosta, se habuisse tenues
modum fritilli tabellas, cum pyxide, in quâ ser-
bantur, exindè confectas: quæ quanquàm gum-
i hoc non exsudarent, manibus tamen tractatæ,
orem camphoræ majorem exspirârint, in Aro-
ıt. *Parta tueri!*

Camphora Vincenti datur, & tamen effugit
ultrò;
Gratia sic firmâ parta tenenda fide.

mpestas orare docet! Noth lehret beten/ vernaculo
overbio:


Si Tellus moveat proventu Camphora largo;
Et spes adversis crescit, odorque precum.

itto plura: nec dum invenio, quis dici possit
amphoræ botrus? nisi fortè uvæ, non procul à la-

cu Afphaltide, odorem faporemque aliquem Can phoræ aut bituminis, gratum tamen & fuavem, pra ftabant. *Engeddi* enim civitas in altiffimo mon fita erat, juxta mare mortuum, vide Adrichom. i Tribu Judâ, num. 116. Sed de his aliquandò DE annuente, *in Vite.*

8. Non opus eft Cypri causâ navigare in In diam, aut quærere exoticum quid in horto Salomo nis aromatico, quod cum Myrrhâ & Nardo, Ju dææ absq; dubio tum indigenis, comparari poffi Habemus domi ergò, ac defcribunt, Philo Ca pathius h. l. ex Diofcoride; *Cyprus arbufcula eft flo re candido, cincinnorum inftar pendente, conâ odora tiffima, folio oleæ; ex eâ fit Unguentum Cyprinum, a multa commodiffimum; habetque folia, flores, fru ctus & ramos utiliffimos. Hæc optima in Afcalon Judææ, & Ægypti Canopo provenit:* & Caffiodoru h. l. ex Plinio; *Cyprus arbor eft aromatica, feme fimile coriandri habens, &c. undè unguentum regium paratur.* Difputant Botanici; *An Cyprus Orienti & Ægypti diverfa fit à liguftro noftro?* Negant Ru ellius lib. 1. cap. 94. & Matthiolus in Diofcorid lib. 1. cap. 107. affirmant Bellonius lib. 2. cap. 74 Dodonæus in Liguftro P. 6. l. 2. cap. 13. & feq. i Cypro, & Bauhinus ad Matthiolum l. cit. ex Rhau wolff / & Alpino, ubi Cypri Ægyptiacæ icon; E Arabibus *El hanne*, de quâ fuprà cap. 26. num. 5 Similem tamen quodammodò Liguftro non ne gant: Differt tamen odore aromatico; quodqu folia non habeat, ut noftrum Liguftrum, hiem decidua; quodque ex foliis ficcatis, & in pollinem

tritis,



PISTACIA. Botnim.

itis, flavus aut ruber color efficitur, quo manus, edes, capillos, ungues inprimis, pro more, Viri eminæq; in Ægypto inficiunt: denique de Liguro ajunt agere Dioscoridem lib. cit. cap. 108. sub omine *Phillyreæ*; ei enim descriptioni Ligustrum onvenire. Veslingius eleganter: *Flores El hanne, ambucique suppares globi, mulierum potissimùm elicia sunt, canistrisque plebis in balnea deferuntur: quibus illæ, lymphatæ dicam an lymphaticæ? totos ies inguini, cuticulæque perpoliendæ operam ludunt. Decocto foliorum crines defluentes firmant, & ingratum pediculorum sodalitium excludunt. Eodem illo nguibus, hemicycli forma, diutinè hærentem noum appingunt: atque ut olim Conscripti Patres Lulatis calceis ordinem suum; sic illæ lunulatis unguius, nescio quod, elegantiæ specimen profitentur*. Bous ergò Cypri, fructus est arbusculæ *Elhanne diæ racemosus*, qualis in Lentisco, Phillyreâ, Ligustro pparet: sed ille in hortis Regiis Engeddi fragraniâ præstans. Usus est ad oris ulcera, & contra peum sudores, fœtoresque. *Flores contra crapulam oronis innectuntur, quod somnum inducant ἄλυπον*, t Plutarch. 3. Sympos. & Clemens Alex. 2. Pædag. ap. 8. docent. *Nomen* non à Cypro Insulâ, ubi uoque teste Plinio laudati odoris; sed vel quod œtores *tegat & quasi expiet*, vel potiùs quod *resiam* Camphoramve *oleat*.

9. *Cur Botro Cypri comparetur Christus?* varias P. allegorias videre licet apud Delrium & Cornel. Lap. h. l. plerique tamen ad uvam illam respexêre, uæ odore & sapore Moschum imitatur. Hono-

rius Augustodun. ait, *Christum esse nardum in I carnatione, fasciculum Myrrhæ in passione, & botru Cypri in resurrectione.* Possis similiter dicere, e eundem suis fidelibus, in vitæ divinæ ingressu *na dum*; in progressu, *myrrham*; in exitu, *Cypri b trum.* Sic - *in Pace dormio!* Psalm. 4. v. 9.

Necto meis Cypri botrum, Te Christe, corollis:
Ut recreet dulci blanda sopore quies.

Certum est similitudinem esse Pœmenicam, Idylli rustico convenientem. Amantium hæ sunt blar ditiæ. Ac bene adeò explicat Theodoretus, qua dicere vellet Sponsa: *Multis nominibus appello, fra grantiâ ungnenti illius delibuta. Unicâ uti appella tione non possum, cum suavitatis ejus vis omnibus no minibus antecellat.* Neque dubium est quoque Virgines Israëlitides serta è nardo, myrrhâ, & bo tro Cypri fecisse, iisque non verticem, sed coll complexas fuisse, more à Christianis quoque ind recepto. *Sanè quod caput non coronamus, ignoscite Auram boni floris naribus ducere, non occipitio capil lisve solemus haurire*, ait Minutius Felix in Octa vio circa fin. *Tam contra naturam est, florem ca pite sectari, quàm cibum aure, sonum nare*, Tertul lianus de Coronâ Milit. cap. 5. *Flos florum* est Chri stus:

Tu nardus, Tu myrrha mihi, Tu Cyprus,
JESU, es!
Te sine nil bene olet, Te sine suave nihil!

Supererat *Lot* ex num. 5. sed de eo in Aromaticis, cum Deo & die.

SECT.

Sectio IV.

De Arboribus Mitibus, Urbanis, fructiferis.

FRuctus arborum quadrifariam partitur Arias Montanus in Histor. Nat. pag. 253. in *Malum*, *Baccam*, *Nuces*, & *Siliquas*. *Nucifera*, in literis sunt *Aguz*, *Botnim*, *Luzim*, *Schekedim*. *Pomifera* strictè dictæ, *Rimmon* Malus Punica, *Theenah* Ficus, *Schikemim* Sycomori, *Thapuach* Malus, *Baccifera* præter *Vitem*, de quâ seorsim agendum fortè, egitque Cornarius libris Tribus *de Vite vinifera* non indiligenter, sunt *Bacha*, morus, *Hadas* Myrtus, *Zaith* olea, *Ezrach* Laurus, *Thamar* Palma. Supersunt *Ceratia* Siliquæ.

Caput XXIX.

De Aguz Nuce.

SEmel tantùm occurrit Cant. 6. v. 10. *Descendi ad hortum Aguz, ad videndum fructus virentes convallis:* vel ut Vulgatus; *ut viderem poma convallium*; D. Luther. zuschauen die Sträuchlein am Bach Plerique Aguz nucem exponunt; Lxx. quoque κῆπον καρύας. Solus Tremellius diversus fuit: *ad hortos putatos descenderam*. Ratio 1. Quia Aguz à radice *Gazaz* detonsionem & putationem significet: 2. quia vere ineunte putantur & conluuntur pomaria, ad commoditatem fructuum;

 3. Quia

3. Quia nulla causa appareat, *cur Nucum potius quàm pomorum hortus* diceretur? Sed hæc non vi dentur tanti, ut deserenda esset communis opini De verâ radice & notione nominis dixi suprà i Nomenclaturâ, cap. 3. num. 1. Sic dicitur *Nux* quod vi & injuriâ quasi à matre avellatur. Et e *arbor multis obnoxia injuriis*, ut notat Vatabl. Ar bicè *Geuze nucem* & *tonsillas* significat, quæ nu similes; undè & glandulæ & vernaculo sermon die Mandeln/ amygdalæ: Item *Geuse atib. nux m ristica:* quæ Rabbinis *Aguz habboschem*, *nux ar matica*. Nec dubitari, puto, debet, quin *Salomon Pomaria*, in Valle Cedron instructissima, quoq *Nucetum* habuerint. Eorum autem hortorum N ciferorum ideò diserte meminisse potuit, quod ho tos Regios ingressuris, primi quasi in ipso limi occurrerint. Sic nobis quoque *Nuces ad Septa* so lent plantari, quod umbrâ suâ Satis & plantis n ceant. Hæc *historicè: mysticè* primus Dei Filii i gressus fuit non in pomarium Ecclesiæ Novi Test menti; sed in Nucetum Veteris Synagogæ, p quam transeundum fuit in istam. Sic Chaldæu *In domo Sanctuarii Secundâ, quæ per Cyrum ædific ta est, habitari feci majestatem meam, ut viderem op ra Populi mei:* ex Hagg. 2. v. 8. 10. Venit enim p Incarnationem suam primò ad Judæos, Cant. 5. 1. 2. Matth. 21. v. 33. ita glossæ Saxonicæ h. l. & ple rique Interpp. dixi S. Analect. Volum. 2.

2. Sunt autem *Nucum varia genera*: nam *Pineas* omittam, de quibus dictum; & *Pistacia*, d quibus mox; & *Amygdalas*, quas etiam statim vi debimu

debimus, & *Castaneas*, quas aliqui h.l. *Aguzim*, dici opinantur, de quibus suprà *in Armon* cap. 11. num. 7. seqq. Supersunt propriè dictæ 1. *Persica*, juglandes, 2. *Pontica*, avellanæ, 3. *Indica*, aromaticæ, *Moschocarya*, Muscatnuß; & aliæ, quas Lusitani *Coquos*; Avicenna; *Iause*, aut *Gauze alhindi*, nuces Indicas dixerunt; pluresque quas Garsias descripsit lib. 1. Aromat. Hist. cap. 26. & seqq. de quibus, Deo bene volente, *in Aromatibus*. Hic *Juglandes* spectabimus, quæ absolutè *Aguzim*, ut ex dictis puto constare.

3. Similis tali *Nuceto Synagoga Judaica*, 1. respectu *Originis*; E Perside in Græciam nux juglans translata est, post bella Persica: indè in Italiam venit, facta peregrini soli indigena. Sic Judæi origine e Chaldæâ, servitute ex Ægypto, translati à Deo in Palæstinam, vere βασιλικὸν βλάστημα, Exod. 19. v. 5. Indè *nux* ista *Basilica* & Persica;

Propterea quod qui quondam cum Rege potenti,
Nomine Alexandro Magno, fera prælia bello
In Persas retulêre suo, post indè reventum,
Hoc genus arboris in prælatis finibus Graiis.
Disseruêre, novos fructus mortalibus dantes,

Ut Suevius antiquus Poëta in Moreto, apud Macrob. 3. cap. 18. 2. Ratione situs & *ordinis*; nam in agris & hortis primum extimumque locum occupat, ut Ovidius de Nuce;

Me, Sata ne lædam, quoniam sata lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.

Sic Synagoga ut num. 1. dixi. Jam. 3 propter *ser*-*vile ingenium*,

> *Nux, asinus, mulier, simili sunt lege ligata;*
> *Hæc tria nil rectè faciunt, ubi verbera desunt.*

Hinc Italicum Proverbium: *Nucem Rusticorum naturam esse sortitam: quò immitiùs feritur, eò fructus uberiores proferre*, apud Portam, Villæ lib. 5. c. 33 *Feri, feret!* Phryx non nisi plagis emendatur. Sic de Judæis Prophetæ, Ose. 4. v. 14. Esai. 1. v. 5 Jerem. 5. vers. 3.

> *Pertica dat plenis immitia vulnera ramis:*
> *Sic nux; sic fructus improba turba feret:*

Adde 4. *causam excidii* & devastationis. Nota est Nucis Querimonia, Δυσδαίμων ἐπ' ἐμὴν ὕβρει ἐκαρποφόρυν. Elegans est epigramma Antipatri eâ de re, quod vertit Alciatus Embl. 192. ubi vide Claud. Minoëm. *Matrem perimit sua proles!*

> *Certè ego, si nunquam peperissem, tutior essem:*
> *Sic nux conqueritur; Sic Synagoga Vetus!*

Cogitent Parentes! Sæpè est - - *proles damnosa parenti.*

> *Nux uti; blandarum sic indulgentia matrum,*
> *Infelix fructus in sua damna parit.*

Adde 5. *Vicinitatis damnum.* Nocet umbrâ omnibus satis juxtà, Plinius lib. 17. cap. 12. Nux indè à *nocendo*, & juglans: non quasi *Jovis glans*, sed quod *juguleт glandes*, ex Erasmo Mylius in Horto p. 175. Nam *Quercus* juxtà consita emoritur: adeò pertinaci odio dissident, Ruellius lib. 1. cap. 90. Sic Judæi & fraudulento commercio, Ose. 12. v. 8. & fermento quasi ac umbris legalibus, 1. Cor. 5. v. 7. &c.

4. Ha-

4. Habet tamen hæc arbor utile *lignum*, & *uctum* dulcem. Nam quia cariem vetustatemq; on sentit, materie amplexâ, nigricante, undatim, ispâ, mensis, arculis, & utensilibus elegantioris dicatur, Ruell: ex Plinio. Sic ex Judæis *vasa atiæ electa*, & olim & subindè nunc etiam Rom. v. 11. ubi usus hujus doctrinæ. *Fructus* Vetus stamentnm est: *nux* illa Rom. 3. v. 2. cujus *putan* amarum: *Amara enim sunt vitiosis & malè viitibus præcepta justitiæ*, Lactant. lib. 1. cap. 4. & rum ac quasi ligneum, propter Prophetarum igmata, & corticem figurarum: his enim duas quasi *carinis*, ut vocat Plinius, includitur *nus*. Is est Christus, Rom. 10. v. 4. Johan. 20. v. 31. latet *quadripartitâ destinctione*, juxta Quatuor ngelia, *ligneâ intercursante membrana*, quæ icis præfert imaginem, sic ferè Philo Carpathius Cant. h. l. *Baculum Aaronis nuceum* fuisse, quin statuerunt, ut mox. Nux quam edidit *Chriest*. Etsi *Mundum* quoque & *Ecclesiam* signire possit. Mirata est antiquitas Calligraphum, *Iliadem in Nuce* incluserit: nos Deum; Mun- universus in Nuce latet! putamen est Cœ- ; nucleus quadrifidus Terra; membrana inter rens, maria. Nisi pendeat à Virgâ Aaronis, ice Christi, tota nux cassa. *Si aperiatur mun- cultello veritatis, nihil in eo invenietur, nisi falsi-* ut dixit Hieronymus; confer Prosperum, p. 2. Promiss. & Prædict. cap. 10. Sed ad Christum ttamur. *Qui nucleum esse vult, nucem frangat tet.* Judæi *putamina inaurant*, nucleum non

attingunt. Itaque dura & infragilis illis mane ein rechte Grübelnuß: quibus etiam torporem gravedinem induxit, justo Dei judicio: undè κα- ρυον, ut putant, quod κάρα caput gravet & læd Psal. 69. v. 23. 24. Nobis Christus fregit, Luc. 2 v. 45. *molluscamq́;* fecit, ut & cœli avibus in pr dam exposita sit: innoxia in cibo, & in remedio lutaris, antidotus contra venena, Plinius l. 23. c. Plura possent adferri, sed cavenda est in his alleg riis λεπτολογία.

CAPUT XXX.

De Botnim & Luzim, Pistaci & Avellanis nucibus.

I. INter optimos terræ fructus, quos Ægyp Proregi & Præfecto Annonæ misit Jacol memorantur Botnim, Gen. 43. v. 10. nec alibi r peritur hoc vocabulum. Hinc variæ sententiæ, dixi cap. 3. num. 8. Duæ tamen videntur prævaler Nam cùm *Boten Terebinthum* significare ferè co stet; ea verò duplex sit, altera *resinifera*, altera *n cifera*, ut docui cap. 13. num. 4. Præcipua Quæst est, quò spectent fructus isti? *An ad resiniferam* putant LXX. Indè habent ῥώρα τῆς ῥητίνης: & Vu gatus; *aliquid Terebinthi*; quod *de Resinâ* acc piunt Cornel. à Lap. Jansenius, &c. Accedit not tio: fert enim Terebinthus præter baccas, *Cornic la*, mulcis aut culicibus fœta, è quibus erumpu velut ex utero. *Beten* autem uterum significat: *B tin Albotin Arabes duarum specierum faciunt; Dom sticam*, Terebinthum: *Silvestrem*, Lentiscum, Serapio

rapion c. 159. Denique Syria inprimis Terebin-
um habet: masculam sine fructu, sed tamen *thus*
rt: fœmina, etiam fructum, lentis magnitudine;
ocatur *rhus*, medicamentis necessarium, Plinius
). 13. cap. 6. Quare cum Vulgatus ponit; *aliquid*
erebinthi, tàm de thure aut fructu, quàm de resinâ
cipi potest. Hæc pro Vulgato: Pro versione
,Lutheri, qui ponit Dattlen/id est, φοινικοβαλάνες,
uos officinæ vocant *Dactylos*, hoc facit; quo fru-
us palmæ quoque velut ex utero prodeant, *Spa-*
am dicunt & quidam ἐλάτην, ut in Palmâ dicam.

2. *De Nuciferâ* & nucibus Terebinthinis agi, ar-
umento sunt. 1. Quia cum *Botnim* Genes. l. c. jun-
intur *Schekedim* amygdala. Sunt autem Pistacia,
uces illæ Terebinthinæ, - ἀμυγδαλέοισιν ὅμοια, ut
icandor apud Athenæum. 2. Quia hæc pistacia
riæ ferè peculiaria, & inter optimos terræ fructus.
dè nomen, quasi dicas *Regias* nuces; nam Persis
stax Regum nomen est. Βίσαξ ὁ βασιλεὺς παρὰ
ρσαις, Hesychius. Probat fusè Bochartus l. 1. Ca-
an, c. 10. *3. Quia pistacia nuces; sunt oblongæ, &*
uminatæ suprà, ab unâ parte tumidiore & in angu-
m desinente VENTRE protuberantes, Idem ex
alechampio. Hinc nomen ab uteri aut Ventris fi-
râ. 4. Quia *Botna* propriè arbor est Pistacia fe-
ns; *Butma* terebinthus, nomine ut naturâ cogna-
Sunt enim planè similes, præter fructum, ut do-
t Theophrastus. Quare etiam Terebinthus utra-
e confuso nomine dici solet: sic Lxx. ut habet
chartus, τερέβινθον verterunt, quod Vulgatus re-
uit. Itaque Terebinthus, tanquàm consangui-
ı Pistacia adoptat, ut Palladius de his: *Hæc*

Hac &, cognato cingens Terebinthus amictu,
Nutrit adoptivis nobilitanda comis.

Accedunt teſtimonia Rabbinorum & alia, quæ apu Bochartum vide ſis. Qui tamen fatetur etiam *ave lanas nuces Botnim* dici, quod proprio nomine ca reant Hebræi; indè *Bithyniam* & *Pontum*; qua *Botno*, à quâ regione nuces Ponticæ; & Heracle ticæ: ſic ab iſtis nucetis in Judæâ urbes *Beten* e *Betonim*, Joſuæ 13. v. 26. cap. 19. v. 25. & *Batnæ* pro pè Berrhæam Syriæ, vide plura apud Bochart. l. ci

3. Mihi certum; utramque arborem, reſinife ram & nuciferam, generali nomine Botnam dic & Terebinthum: utramque Syriæ frequentem, ma ximè propè Damaſcum: diſtingui vel epitheto, u cùm Terebinthinam Arabes dicunt *Alhalak albotin* gluten vel *reſinam Boten*; vel conſideratione re ſubjectæ, de quâ agitur, ut hic; ubi Botnim jun guntur amygdalis. Serapion *reſiniferam* ex Dio ſcoride deſcribit, quæ tamen deſcriptio apud eum non reperitur, *quod ſit Arbor grani viridis*; ſic diffe rentiæ cauſâ dicta: id granum baccæ ſunt ex cœru leo virides, Juniperi ſimiles, racematim congeſtæ. Addit tamen; *fructus ejus comeditur ab aliquibus, & eſt malus ſtomacho, urinam provocat, & ad libidinem incitat.* Quæ de Piſtaciis accipienda videntur, quibus eadem virtus tribuitur. An ſtomacho tamen noxia ſint? dubitatum: negat Dioſcorides lib. 1. cap. 140. *Piſtacia*, inquit, *quæ in Syriâ naſci conſtat, pineis nucibus ſimilia ſunt, & ſtomacho amica: Trita cum vino proſunt contra ſerpentum ictus*, &c. vide ibid. Matthiol. Deſcribunt *nuciferam* Bellonius l. 2. obſerv.

ſerv. cap. 96. & Rhauwolff lib. 2. cap. 8. Atque
quidem Tria genera obſervavit. 1. Quod ab Ha-
i incolis *Fisluc, vel Fiſtuk* forte, ex Piſtaciorum
mine corrupto, appelletur pag. 72. 2. Bagadeti,
viciniâ Perſidis, duo alia, majus & minus, Ara-
us *Botn*, & Perſis *Terbaik*, dicta; pag. 228. Sed
: Medicis relinquamus. Illud jam conſtat, Te-
inthum, ſivè Botna arborem alio atque alio cœ-
oloque, ingeniique diſcrimine, nunc baccas
e reſinoſas, nunc nuces figurâ & colore, &
gnitudine diſpares. In Geneſi verò de iis agi,
: Syriæ ſunt peculiares, & ad amygdalarum
ciem, formâ oblongiore, propiùs accedunt;
uæ in Armeniâ & Meſopotamiâ rotundiores,
gis nuces avellanas æmulantur: minima verò
un cordis quandam præferunt imaginem, vid.
auwolff l. cit. Hæc Joſephus noſter à nobis
a exſpectat. *Da mihi Cor tuum, Fili!* Pro-
. 23. v. 26.

Regia Piſtacium nux eſt, donandaque Regi:
Cor dedi ego ipſe meum, Cor mihi redde tuum!

. Eſt & aliquod *Germanicum Piſtacium*, wil-
Pimpernüßlein. Arbuſcula eſt humilis, folio
Sambuci, quæ in folliculis fert nuces, undè *veſi-*
æ nomen acceperunt; color putaminis ſubru-
; nucleus guſtu dulci, mox nauſeam movet, &
vomitum. Naſcitur in Bohemiâ & alibi. Ad
hylodendron Plinii referunt. *Fert*, inquit, *Sili-*
, *& in iis nucleos ſapore nucis avellanæ*, lib. 16.
16. Poteſt imago eſſe hypocritarum, de qui-
Dominus: *Evomam ex ore meo!* Apoc. 3. v. 16.

Tolle nuces clausas vesicis: respuo tales.
Cor nisi sit simplex evomit ore DEUS.

5. Luzim leguntur semel tantum quoque, historiâ Jacobi Gen. 30. v. 37. quam exposui cap. num. 14. *Quid sint?* satis in Nomenclaturâ, cap num. 21. Bochartus, ut ibi noto, contendit e *amygdalas*: Quod in Targumin Chaldæorum Pa phrastarum, ut & apud Avicennam, & Serapione aliosque Arabes, ita usurpetur hoc vocabulum fr quentissime. Inde *Luzam* utramque Terræ Sanc Genes. 28. v. 19. & Judic. 1. v. 26. Inde *Lusitani* dictam, amygdalis laudatis abundantem. Rep gnant tamen Aben Esra & Kimhi apud eunde quorum autoritatem recentiores Interpp. secu *Luz Corylum* definiunt. Mihi placet, quod in no ad Tremellii versionem habetur: *nucis h. l. dici* *tiem, sed nomen esse generale.* Unde & ipsis Arabi *Leuz alkei* nux vomica, & *Leuz al hindi* nux Indi apud Schindlerum. Quæ vocabula in Serapione, interprete puto, corrupta leguntur cap. 162. 163. ic ubi *leuz* semper γενικὸν nomen est: addita disti guunt juglandes, avellanas, vomicam, & nuc *Mechil*, quæ fortè illa est, Indorum *Coquos* dic Quare etiam Lxx. κάρυον nomen indefinitum posu runt pro *luz*. l. cit. Neq; solis amygdalis Hispania Lusitania celebrantur; sed & aliis nucibus, & avel nis quoq;. *Nemus est apud oppidum, cui* à Monte M jore *nomen, in quo tùm alias fructiferas arbores*, c *& nuces, corylos, Castaneas, ipsa natura plantavit*, *titudinis ingentis & latitudinis. Haud procul opp Bejerano nemus est, ubi Castaneæ arboris ambit*

menſum ſcribit Lucius Marineus Siculus, pedum
citer quadraginta, incredibile dictu, refert Me-
la in Hiſpaniâ cap. 3. P. 2. Coſmograph. lib. 2.
6. Ipſum Latinum nomen *Nux*, ut rectè obſer-
t ex Scaligero Dalechampius ad Plin. lib. 15. c. 22.
ebræo *Luz* deſcendit. Nam neq; à *nocendo* dicta
, neq; *à nocte*: quod *ut nox aërem; ita hujus ſuccus*
pus faciat atrum, Varronis ſententiâ. Neq; κάρυον à
itis gravedine, propter odoris gravitatem, ut Plin.
Sed quod capitis figuram habeat: ut nucleus ce-
ri. Indè nuces *nuptialium faſcenninorum comites*,
llud: *Sparge, marite, nuces!* de quo ibid. De *Avella-*
ſivè Patrio nomine *Abellinâ*, iſta feruntur; quod
es oderit, obſiſtat venenis, ſerpentes ictu torpi-
s faciat, & interimat; Scorpios, laquearibus ap-
nſa, aut pedibus lectorum, fuget, &c. Pontica
ɔpriè illa, cujus nuclei purpureâ membranâ ami-
ntur, guſtu ſuaviores & uſu ſalubriore, rohte
ſelnüß. Noſtri quoque vocant Bartnüſſe / *bar-*
as nuces; quia mollis barba eas protegit. Plin. l.
& Græci, ut Dioſcorides, λεπτοκάρυα. Tritæ, ut
m, & in aquâ mulsâ potæ, Veteri tuſſi medentur.
pauca jucunda de Corylo habet Mylius in Horto
loſ. quæ non vacat exſcribere. *Cum Deo & Die!*

De nuce fit corylus: pueros non neglige parvos;
Proceſſu poterunt temporis eſſe Viri.

gula divina, baculus Moſis.

Ceu Coryli prodit theſauros virga latentes;
Sic Chriſti arcanas lex ſacra monſtrat opes.

ga diſciplinæ fugat ſtultitiam, Proverb. 22. v. 15.

Scorpius arcetur corylo, jacet icta colubra:
Sic procul à pueris crimina Virga fugat.

CAPUT XXXI.

De Schekedim, Amygdalis.

I. QUater legitur hoc vocabulum, I. Gene 43. v. 10. de quo cap. præced. num. Deinde II. Num. 17. v. 23. ubi *Aaronis Virga arid* miraculo frondeſcit, & *fructus fert, amygdala* III. Jerem. 1. v. 11. ubi in viſione Prophetæ oſte ditur, *baculus Amygdali*; βακτηρία καρυΐνη, Lx *baculus nuceus*, quem ferunt capiti ſuppoſitum vigilias inducere, & arcere ſomnum, ſic Cyril de Adorat. & Severus in Catenâ. Vulgatus in habet; *Virgam vigilantem:* Viegas putat, vidiſ *oculatam Virgam:* alii *Cometam* fuiſſe: Caſtri Dei Imperium ſignificâſſe, cujus hieroglyphicu fuit *oculus in Sceptro* pictus, aut *Virga cui Sol ſupe ſtabat:* Macrobius 1. Saturn. cap. 21. Plutarch de Iſide &c. Supereſt VI. ænigmaticum illud de Senectute, in quâ *floret amygdalus*. Omitto *phi las Candelabri Aurei* ἐξημυγδαλωμένας, ut ver Aquila, id eſt *amygdalatas*, offene Schalen / i ſtar amygdalarum, D. Luther. Eccleſ. 12. v. 5. Exo 25. v. 23. &c. Neque ullum eſt dubium, qui *Sch ked* ſignificet amygdalum.

2. Quæritur 1. *undè nomen?* Reſp. à שקד *Schakad* feſtinando: quod prima floreat omniu menſe Januario, Martioque poma maturet, Pl nius 25. cap. 16. Olympiodorus in Eccleſ. Salo ait, Geoponicos obſervare, *amygdalum prima arborum florere, poſtremam amittere folia.* Athenæ lib. 2. dipnoſophiſt. ex Herodiano Alexandrin

Gr

acè dici, quod testa aut putamen ligneum, sub vi-
li latens, multas habeat ἀμυχὰς fissuras, & quasi
rificatu incisa Vulnuscula : addit ex Phrynicho,
lces contra Tussim esse remedium; & ex Plutarchi
mposiac. *amaras, ante potationem præsumptas, resi-*
re ebrietati. Sic Plinius : *ajunt quinis ferè præ-*
nptis ebrietatem non sentire potores : Vulpesq; si ede-
t eas, nec contingat è vicino aquam lambere, mori
3. cap. 8.

3. Jam 2 *Quænam illa Virga Jeremiæ amygdali-*
? Resp. gestamen Principum, & Judicum Popu-
Eos apud Israëlitas *baculos* gestâsse *amygdalinos*
cui in Acerrâ lib. 1. num. 83. ubi & alia, & fabulæ
bbinorum de Virgâ Mosis, ex Galatino, quas
am Stengelius recitat in Pomonâ. Sic Athenis
oque Judices gestabant βακτηρίας ὀρθὰς, invidio-
n erat βακτηρίαν φορεῖν, Casaubonus ad Theo-
rasti charact. pag. 170. tanquam id signum esset
ectati principatus. Sic in S. literis *Virga*, quæ
oprie שבט *Schebet* dicitur, Regni insigne est, ut
alm. 45. v. 7. Esai. 14. v. 5. ubi *Schebet dominan-*
m, per appositionem dicitur מטה *Matteh bacu-*
impiorum. Sic *Matthe* Virga Aaronis & Princi-
m, Num. 17. l. cit. Regum tamen videtur differre
Principum. Regum, Arabibus *Sabt almeluch*,
ptrum Regale, ductile fuisse ex ferro, ære, auro,
lligi potest, ex illis locis, in quibus ferreæ Virgæ
mentio, ut Psalmo 2. &c. Inde Syris *Schebat du-*
re, extendere, ductile opus efficere. At *Matte*,
radicis נטה *Natah*, Scipionem vel hastam signi-
at, cui quis *innititur.* Quanquàm *hasta* quoque

Regum olim geſtamen fuit, & *pro diademat* *ſceptrumq; dicebatur*, Juſtin. l. 43. c. 3. ubi ex Tu nebo & aliis Bernegg. & La Cerda in 6. Æneid. 760. At Virga, viſa Jeremiæ h. l. appellatur מקל *Makkel*, undè M. mutato in B. *Baculus*, ut Ma nus. Uſurpatur pro baculo paſtorali, ut Gen. 3 v. 37. Zachar. 11. v. 10. pro Scipione viatorio, Exo 12. v. 11. pro clavâ aut fuſte militari, Ezech. 39. v. pro ſceptro, Jerem. 48. v. 17. &c. Talem igit Baculum, haſtam, aut ſceptrum, videtur vidi Propheta, quo Regia Dei poteſtas & vindic ſignificaretur, aut ejus Miniſter *Nebucadnezar*, voluit Chaldæus. Sed cur is baculus dicitur *Sch ked?* An quod *ex Amygdalo?* ut dicebam: vidiſ itaque in aëre baculum ligneum. An quod, vi voc buli, baculus ille non ligneus ſed igneus, *feſtinar* celeriterque per aërem decurreret, quod cùm ve ſione Vulgatâ, & D. Lutheri, ein wacker Sto convenit? credo hæc potiùs. Tales ſunt *Acon Cometæ*, *qui jaculi modo ocyſſimè vibrantur*, Plini lib. 2. cap. 25. & inter Meteora *Lampades, lanceaq ardentes*, ſtellarumque trajectio, quando *videmu*

Stellarum longos à tergo albeſcere tractus:

Videnturq; longum ignem porrigere, propter imme ſam celeritatem, Seneca Quæſt. Nat. lib. 1. cap. Nam Ariſtotelis ῥάβδοι ſivè *Virgæ* huc non per nent. Simile Meteorum, ſivè verum, ſivè appare fuit *olla illa fervens*, Prophetæ conſpecta, ibid.

4. Quæritur 3. *Quænam Virga Aaronis?* N tantùm Reges & Principes, baculos ſuos geſ bant, aut virgas; ſed etiam Sacerdotes. A Diis cepi

:pisse solebant gloriari. Ita *Minos* in Cretâ apud
lesiodum, ζηνὸς ἔχων σκῆπτρον, τῷ καὶ πολέων βασί-
ευε, *Jovis habens sceptrum, quo & urbes regebat.*
)uod Plato in Minöe, censuit *Jovis Doctrinam*
se. Ita Sceptrum Messiæ, doctrina, Psalm. 110.
3. Esai. 2. v. 4. Sic Chryses Sacerdos *Apollinis*,
oronam aureumque sceptrum manu præfert apud
omerum, Iliad 1. post princip. *Virgam à Musis* ac-
pit Hesiodus; pertinentq; huc Magorum ῥάβδοι
lauru, ἀισακοὶ dicti, Augurumque *Litui* recurvi;
Episcoporum indè peda, baculi in fine acuti,
cti in medio, ac recurvi in summo, de quibus
œlzlin. in Apollonii Argon. p. 34. Prolegom. &
engelius in Pomonâ cap. 10. p. 133. Credas hæc
κοζηλία paganâ, ab exemplo Mosis orta, & Aaro-
s; quorum ille primò ut pastor, deindè ut Dux
:ulum & peregrinantium; hic ut Summus Sacer-
os baculos suos gestaverunt. Quæstio 4. *An ea-*
m Virga Aaronis & Mosis, quâ communiter ad
lenda signa usi? Affirmat Estius in cap. 9. Epist.
l Hebræos, & confirmat ex Num. 20. v. 9. Sed
oc ipso loco negat Bonfrerius: Quodq; non Aa-
onis tantùm, verùm etiam Mosis virga miraculo-
um patratrix, coram Domino asservatæ fuerint in
abernaculo, docet: negat etiam Cornel. à Lap.
uò pervenerit Virga Mosis, ut hic ait, *incertum est*.
aronius tamen & ex eo Stengelius, *in urbe Senoni-*
, *apud Ecclesiam B. Martyris Stephani, cùm aliis*
liquiis, partem Virgæ Mosis repertam, produnt, teste
udolpho Glabro: *nec improbabile esse in Latera-*
nsi Basilicâ Virgam Aaronis asservari.

5. Adde 5. *Quonam modo inſcriptum huic Virg[i]* *nomen Aaronis?* Non appenſa membranâ, quæ faci lè permutari potuiſſet, nec abfuiſſet fraudis ſuſpi cio; ſic Bonfrerius contra Abulenſem, ſed vel atra mento, vel inciſurâ. Credo hoc, more paſtorum 6. *Quonam modo germinaverit?* 1. protulit *germen* gemmam, floris rudimentum; 2. *florem,* 3 *fructum* maturum: ut ſimul hæc omnia apparerent, Idem 7. *ubi repoſita?* In Arcâ Fœderis: non quidem *ſtri ctè* dictâ; ſic enim nihil erat ibi præter Tabulas le gis, 1. Reg. 8. v. 9. 2. Paralip. 5. v. 9. ſed *latius*, u loculamenta complectatur ad latus fabrefacta Hebr. 9. v. 4. Num. 17. v. 10. vide D. Waltherum in Harmon. ad 1. Reg. l. cit. Porrò. 8. *Quomodò i capsâ illâ ad Arcæ latus reponi potuit tantus baculu[s]* quantum oportebat fuiſſe viatorium? Reſp. brev ter: non fuiſſe σκιπάνιον, aut ſcipionem; ſed inſign Summi Sacerdotii, & Magiſtratus, ſceptro ſimile aut Lituo, de quo Tiraquellus in Alex. ab Alex. l. cap. 19. pag. 744. ſic *Quirinalis Lituus* Romul Romæ ſervabatur in Capitolio, vel in Curiâ Salic rum, quæ in Palatio: quod, urbe à Gallis captâ, cùm illa conflagrâſſet, poſteà inter Cineres illæſus ille & integer repertus fuerit, legitur apud Ciceronem & Plutarchum Denique 9. *An ea Virga poſtea ſemp[er] virens & florida manſerit?* Affirmat Abulenſis: e quod perenne debuerit eſſe monumentum Sacer dotii Aaronici divinitùs confirmati. Probabile ho putant Bonfrer. Cornel. à Lap. & ex noſtris D. Friedlieb. Sed contrarium videtur dicere Apoſto lus Hebr. 9. v. 4. Nec ratio cogit. Nam & ſicc

ſemp[er]

mper extantibus gemmis, floribus, amygdalis, miculi memoriale esse potuit: Et si viridis semper tensa fuisset, suspecta forte res esse, de suppositio-:. Denique miracula fingere non licet.

6. Miraculi fama *fabulas* peperit, pro astutiâ iaboli & invidiâ: *Herculis clavam*, ex oleastro, lo depactam regerminâsse, Pausan. in Corinthia-s: *hastile Romuli* crevisse in Cornum arborem, Plurch. in Romulo: Sic Severus Sulpitius, Abbatis jusdam *Virgam Styracinam*, à novitio quodam tobiennio irrigatam, refert refloruisse, Dial. I. c. 13. : fuisse Aaronicam quoq; - *Styracis arbore natam*, Tertulliano dixi in Styrace, 4. Carm. adv. Maron. Cassianus idem narrat, sed germinâsse non meinit: *Senex*, inquit, Abbas ille, *evulsit levi commone Virgultum, sicq; projiciens, præcepit, ut deinceps are desineret*, l. 4. Instit. cap. 24. *Primislai* Boheiæ Ducis, ab stivâ ad sceptrum vocati, *stimulum* Corylum evasisse, Villæq; incolas, immunitate natos, quotannis exiguam inde natarum avellarum mensuram, pro Tributo, pendere solitos, : apud Æneam Sylvium cap. 6. Histor. Bohem. rallela lege apud Stengelium è legendis, Pomonæ cap. 2.

7. Deniq; multa hinc Hieroglyphica 1. *Aaronis rga* significat Incarnationem Filii Dei, Esai. 11. v. 1. isq; Sacerdotium æternum, & Evangelicum Misterium: indè fidelium vivificationem, & regeneionem; & mortuorum resurrectionem. Patrum his Testimonia lege apud D. Pelargum, & Corlium à Lap. ut & Hieron. Lauret. in *Baculus*.

2. Apud Paradinum tria huc spectant Symbol
1. *Sola vivit in illo.* Jaculum sepulchro infixum fl
ret. Spes resurrectionis. 2. *Semine ab æthereo.* M
nus è cœlo ostentat Virgam Aaronis. Imago reg
nerationis. 3. *Tutus ab igne sacer.* Lituus Romu
de quo dixi.

Integer in medio Lituus stetit igne Quirini:
Incolumis vincit cuncta pericla fides.

3. Sic *de Venabulo Romuli*, quod in aprum inte
tatum, in monte Palatino, humi fixum floruer
Saavedra habet elegans Emblema, num. 87. cu
inscriptione; *Auspice Deo!* Addam Epigramma.

Sæpè etiam infelix cecidit feliciter ictus;
Dirigat è Cœlo si modò dextra Dei.

4. Virga Aaronis Ecclesiam significat. *Nil d*
sperandum est!

Flebile principium melior fortuna sequetur;
Sicca etiam viruit virga: rigante Deo.

5. Apud Alciatum Amygdalus significat *ing*
niorum illud præcox genus, quod non temerè perven
ad frugem, ut ait Quintilianus: Eadem in ma
Principis, monet non esse cunctandum. *Justitia*
aufert, qui differt.

Tolle moras, populo quisquis jus dicere debes:
JUDICIS hoc baculus clamat amygdalinus.

6. *Salomonia florens*, capitis nives, id est, *can*
tiem notare creditur, quæ longè conspici potest, ut am
gdalus, cùm candidos flores in summitate produc
Levinus Lemn. de Herb. Bibl. cap. 48. Sic comm
niter, & D. Geyer quoque in Comm. Eccles. N
ces tamen & poma pro verendis poni solent. I

psu

ius, 3. Antiq. Lection. p. 162. Quorum flos se-
ctutis index comesq; est.

7. Olympiodorus in Eccles. Nuces amygdalas
ibus ait constare partibus. *Nam extrinsecus viri-
m habent corticem, lignea testa impositum, cui nu-
eus inest, quem comedimus: Sic est homo, è corpore,
imâ & spiritu compositus.* At Plinius reperit in
icibus, quandam *humani fœtus* imaginem, *multis
odis à naturâ muniti*: Indè putat ortam *nucum
nygdalarumq; sparsionem in nuptiis*, boni ominis
ussâ, lib. 15. cap. 22. ubi Dalechamp. de hoc ritu
ura, ut & Scaliger Pater l. 3. Poët. cap. 100. & Fi-
is in Catullum, Alex. ab Alex. l. 2. cap. 5. La Cer-
in Virgilii Eclog. 8. v. 30. &c.

8. Hieronymus in Jeremiæ l. cit. *Vigilat virga,
ncta populi peccata considerans, ut percutiat & cor-
iat delinquentes. Et quomodò nux sivè amygdalum
narissimum habet corticem, & testâ durissima cin-
ur; ut detractis austerioribus & duris, fructus
lcissimus reperiatur: sic omnis correptio amara ad
æsens, fructus parit dulcissimos. Vndè & vetus illa
itentia est: Literarum radices amaræ, sed fructus
lces.* Et mox; *Qui noluerint percutiente virgâ
nendari, mittuntur in ollam æneam atq; succensam.*
c S. Asterius apud Photium, homil. in cœcum
atum: *improbis & ingratis opus est correptione
rga, non nucea, sed ferrea.* Elige quam cupias!

Quos nucea emendare nequit, pòst ferrea virga
Conteret: ista malis optio certa datur.

9. Scitum quoque illud Stengelii: *litui baculiq;
storales non sunt prorsus recti, sed vel recurvi, vel*

 acumi-

acumine inæquali : omnes namque justitiæ nostræ atque cujusvis Magistratus, comparatæ cum divina tanquam pannus menstruatæ, ipsasq; Justitias Deus cum tempus acceperit, judicabit, Esai 64. v. 6. Psalm 74. v. 2. - *non sunt, quæ recta videntur.*

Ut litui incurvi; sic est quæ recta videtur
Justitia ante homines, curva sed ante Deum.

10. Homo Christianus amygdalo similis est quod sub conscisso putamine dulcem abscondit nucleum 2. Cor. 4. v. 9. 16. Ita S. Macarius comparat βαλαντίῳ σαπρῷ πεπληρωμένῳ μαργαειτῶν, *marsupio putri, sed intus pleno margaritis*, homil. 4 *Corporis infirmitas, mentis sanitas.*

Scissa foris, dulces dant intus amygdala fructus
Sic pius, afflicto corpore, mente valet.

11. Adde his, quod *stultissima arborum* habetur Amygdalus, quod mox post brumam florens, fructus perdat. *Festina lente!*

Stulta arbor nimium festinat amygdalus : amen
Ante diem properans, tendit in exitium.

Amara Amygdala crapulam impediunt, Vulpes necant. *Lex. Nex.*

Quæ Baccho obsistunt, sunt toxica amygdala Vulpi :
Sic præcepta necant Legis amara malos.

Virga Aaronis Christus aruit in morte, *floruit in resurrectione*, Hieron. in Jerem. 1. Hæc - *spes resurrectionis!*

Arida si potuit revirescere Amygdalus; eccur
Mortua non possint ossa, volente Deo?

CAPUT

CAPUT XXXII.

De Rimmon, Malo Punicâ.

SÆpè legitur, ut I. Num. 13. v. 24. ubi, *inter alios Terræ Promissæ fructus*, Exploratores di-
[illegible]intur abstulisse *Harimmonim*, ἀπὸ τῶν ῥοῶν, Lxx. [illegible]e malis granatis, Vulgat. II. Cap. 20. v. 5. ubi mur-[illegible]urant Israëlitæ, quod in deserto *nec seges, nec ficus*, [illegible]*c Vitis, nec Rimmon sit*, οὔτε ῥοαὶ Lxx. III. Deut. 8. [illegible]8. Terra Canaan dicitur *Terra Rimmon*. Sic Saul [illegible]nsedisse dicitur sub *Rimmon* arbore 1. Sam. 14. v. 2. [illegible]uisse inter præstantissimos fructus Mala Punica [illegible]nstat ex Cant. 4. v. 13. *Plantationes Tuæ Pardes* [illegible]*mmonim*, παράδεισος ῥοῶν, Paradisus malorum [illegible]nicorum: Joel. 1. v. 12. conqueritur, siccitate & [illegible]tu aruisse, *Vites, ficus, Rimmon Malum Punicam* [illegible]c. Hagg. 2. v. 20. itidem cum vite & ficu jungitur [illegible]*arimmon*. IV. Denique partes describuntur, ut [illegible]os, Cant. 6. v. 11. *an mala Punica floruissent?* & [illegible]agmen, *Pelach Harimmon*, λέπυρον τῆς ῥόας, ein [illegible]ß am Granat-Apffel / Cant. 4. v. 3. mustum, vi-[illegible]m dulce, *Asis Rimmon*, Cant. 8. v. 2. γάμα τῶν [illegible]ῶν. V. Celebrantur etiam mala Punica *artificia-*[illegible], ornamenta vestium & ædificiorum; & *urbes* ab [illegible]lictæ, eorumq; copioso proventu, ut apud Ma-[illegible]um: denique Deus *Rimmon* Syrorum, & *Do-*[illegible]*s Rimmon*, 2. Reg. 5. v. 18. Neque adeò de Vo-[illegible]buli hujus significatu Quæstio est: Malum Puni-[illegible]n esse liquet. Quæ etiam Chaldæis, Arabibus, [illegible]hiopibus, *Ramon, Rumana* dicitur, ut apud Sera-[illegible]n. cap. 129. *Ruman*, malogranatum: quod [illegible]lauris Hispani quoque retinent. 2. No-

2. Nomen à radice רום *Rum*, aut geminat *Ramàm* deducunt quidam: non quod Arbor sit al ta; humilis enim & fruticosa est, ramulos tenue promens, exiguis paucisq; aculeis spinosos; se quod fructu *excellat*. Indè & Citria, *LIMonia* di cta, mutato R, in L, ut putat Gregorius Greg. i Lex. S. Et Seldenus hinc *Rimmoni* Deo Syrorun nomen inditum suspicatur; ut idem fuerit atqu Phœnicum *Elion*: nam ut Hesychius: Ῥαμα ὁ ὕψιστ@ Θεός. Crediderim tamen hunc potiu à רמה *ramàh* dictum, quod est inter alia *jacu lari, sagittare, vulnerare, dolosè agere*: undè Lingu *Remjah* dolosa, *sagittatrix*, quæ occulta, diducti labiis jacula emittit, Psalm. 120. v. 3. 4. Sic *Rim mon* esset ἑκηβόλ@ Apollo, quod ejus apud Home rum epitheton est: pingique solebat *dextrâ man Gratias gestans, arcum cum sagittis sinistrâ*, Macro bius 1. Saturn. c. 17. An & malum indè Punicu dictum fortè *Rimmon*, quod dehiscens *vulnus* qu si ostendat, aut diductis malicorii labiis, *acinos* in tùs veluti dentes *sanguineos*? viderint alii. A Lat nis *Punicum* cognomen à Patriâ sibi vindicat; a acinis *granatum* appellatur, Plinius l. 13. c. 19. Pr mus pomi hujus partus florere incipientis, *Cytinu* cortex, *malicorium*, Idem, l. 23. cap. 6. *Genera* eju summa Dioscorides *Tria* recensuit; acidum, dulc medium, quod & vinosum. Est & sterilis arbor Silvestris, quæ flore pleno fert pulcherrimum *ba laustium*, lib. 1. c. 127.

3. *Allegoriæ* variæ sunt; una ἔγγειος de E *clesiâ*, per Terram Promissionis præfiguratâ, in qu

Vi

itis est Christus; *Olea*, gratia Spiritus Sancti; *Ficus*, ministerium Evangelicum; *Rimmonim Mala Punica*, Scholæ & Ecclesiæ particulares. Has in desertum Gentium attulêre Exploratores Apostoli, Num. 13. l. cit. Sub his Saul ille cœlestis quiescit, 1. Sam. 14. hæ sunt ille Paradisus de quo Cant. 4. *Flos* est fides; *fragmen*, professio fidei in spe & patientiâ; *mustum*, solatium Sp. Sancti. *Ecclesia bonum fidei fulgorem confessionisque prætendit, tot martyrum sanguine speciosa, & , quod est amplius, Christi cruore notata: simul plurimos intra se fructus, usu istius pomi, sub unâ munitione conservans, & virtutum negotia multa complectens*, Ambros. 3. Hexaëm. cap. 13. *Sicut in malo Punico, uno exteriùs cortice, multa interius grana muniuntur; sic innumeros S. Ecclesia populos unitas fidei contegit, quos intùs diversitas meritorum tenet*, Gregorius M. P. 2. Pastoral. 4. Unit etiam & munit *Charitas*, uti *multa grana conservantur integra, nisi aliqua in medio putredo nascatur*, Theodoret. in Cant. cap. 4. Nam *in omni malo Punico*, ut ajunt, *granum aliquod putridum reperitur*. Indè labes & tabes; *uva ut conspectâ livorem ducit ab uvâ*. Quare expurgandum est hoc quasi fermentum, 1. Corinth. 5. v. 6. *Corona mali granati* hujus Deus est, Esai. 28. v. 5. Psalm. 103. v. 3. 4. *purpura*; quâ foris obscuriùs amicitur, intùs planè splendet, Christi justitia, Gal. 3. v. 27. Psalm. 45. v. 14. Esai. 61. v. 10. *Malicorium* amarum, crux & tribulatio; sub quo absconditur γᾶμα divinæ consolationis, 2. Cor. 1. v. 3. *Grana* vel acini, fideles: *loculamenta*, diversitas Vocationis & status; & ut illa *integro pomo*

non videntur, sed fracto; sic S. Ecclesia, quò ampli eam frangi adversis contigerit, eò clariùs, quot virt tum grana unius fidei tegmine complectatur, resera Beda in Cant. l. cit. 1. Cor. 7. v. 20. c. 11. v. 19. &

4. Sic per *Genas Ecclesiæ*, quæ *fragmini Ma Punici* comparantur, Theodoretus & alii intell gunt *ruborem verecundiæ* & modestiæ erga Deu per quem intùs latentia fidei bona & virtutum em cant. Est enim hic *virtutis color*, & infucata an mæ venustas, Cant. 4. v. 3. Nihil in Virgine pu chrius, in Sponsâ amabilius. *O verè laudabilis v recundia, ubi & intùs conscientia munda, & foris f cies veneranda est. Nam ubi est aliquid, quo me erubescat, non adeò laudabile est, si conspectam facie rubor perfundat*, Rupertus. Quod Cantic. 6. v. ait Sponsus: *Descendi in hortum nucum, ut videre si gemmuisset vitis, & floruissent mala Punica!* hod quoque fit gratiosâ visitatione, & adventu. Se per nos spectat, & fructus exspectat. *Vinum mal rum granatorum*, quod Sponsa promittit datura se Sponso Cant. 8. v. 2. Cassiodorus & alii accipiu *de passionibus & sanguine Martyrum*. Debet eni anima à Deo edocta, pro didactro, fidem vivan per charitatem operosam, & virtutum fragrant odoratam; hoc est *vinum aromatites*: debet etia ipsum sanguinem, ut parata sit in confessione nor nis ejus profundere; hoc est *mustum malorum P nicorum*. Ipse vicissim *introducet in cellam vinaria* languentemq; *floribus & pomis*, memoriâ mortis resurrectionis suæ, refocillabit, Cant. 2. v. 4.

5. Hinc varia *Symbola*: 1. Malum Punicum *E cle*

esia est populorum omnium, quos unitas fidei olligavit. *Una fides*, Ephes. 4. v. 4.

Mala velut rutilas claudunt granata Pyropos;
Dispersos Populos sic ligat una fides.

Idem admonet, ut quisq; intra limites divinæ vocationis maneat, faciatq; quod decet, ut dici solet,

Rectè atque ordine!

Punica grana suo stant qualibet ordine: sic Tu
Quâ positus fueris in statione mane.

Henricus IV. Hisp. Rex pro insigni Regio, Malum unicum sibi delegit, cum epigraphe, *Acre-Dulce!* significaret, in optimo Rege sic severitatem & humanitatem esse temperandas, ut neque sine severitate ignavus, neque sine humanitate crudelis videatur, Mendoza in 1. Reg. cap. 14. v. 2. Nos ad sacram rem referemus.

Quod cernis pomum, sub acerbo cortice, dulce est:
Sic sub felle crucis dulcia mella latent.

Explorant adversa viros! *clarescit vulnere virtus!*
Rebus in adversis mens generosa patet.

Cognatus virtuti pudor, Symmachus in Epist.

Sic pudor ingenuus virtutes corde latentes
Indicat, ut gemmas Punica mala suas.

Fides Hypocritarum - *spem flore fefellit!* ut Bastia.

Punica silvestris ceu flore superbit inani;
Sic sterilis, solo quæ natat ore, fides.

Similis eorundem Pœnitentia sine fructu. *Sic duisse, pudendum est.*

Erubuit, salva est, ajunt, res: sed nisi fructus
Consequitur, floris quid juvat iste rubor?

6. Ma-

6. Malum Punicum *Regni Symbolum* est, & *Pomum Impp. aureum* Mundi, dixi pluribus S. Ana lect. Volum. I. pag. 264. ubi alia quæ huc pertinent non pauca. Sic *Mala granata in veste Summi Sacerdotis* regna Mundi denotant, pedibus Dei subdita; cujus laudem tintinnabula interposita concelebrant, ibidem fusè pag. 366. & seqq. *Omnia circum Prona parata Deo!* Valer. Flaccus.

Punica quid mala hæc; quid tintinnabula signant
Cuncta Dei laudem subdita Regna canunt.

Eadem officii admonent Dei ministros. - *Dictis factisq; docendum.*

Mala nisi ostendas, sunt tintinnabula frustrà:
Tunc facienda doces, cùm faciendo doces.

Eadem docent id quod apud Petronium est: *Nem nostrûm non peccat: homines sumus, non Dii. - Nem sine crimine vivit!* Dionys Cato.

Nemo caret vitio. Pulcherrima Punica mala
Granum aliquod clausum cortice putre tenent.

Ut Ecclesiæ Doctores in Punico Malo sanguinem Martyrum intellexerunt; sic fabulati sunt Thebani è *sepulchro Menœcei Creontis*, qui bello Fraterno pro Patriâ se devovit & interfecit, *natam esse malum Punicam, cujus poma matura dehiscentia sanguinis ostenderent guttulas*, Pausan. in Bœoticis. Dulce & decorum est pro Patriâ mori. *Pro Rege & Grege!*

Punica mala, viri fortis prognata sepulchro;
Pro patria fusi signa cruoris habent.

7. Illud obscœnum; & mysteriis paganorum fœdissimis dignum, quod per malum granatum *vasa* intellexerint *naturæ prolificæ*. Hinc fabul-
fa

unt alii, *ex sanguine Dionysii, à Titanibus discerpti, germinâsse mala Punica: quâ caussâ mulieres Thesmophoria celebrantes, acinorum istiusmodi esu abstinebant*, Clemens Alex. in Protrept. alii, *Acdestim suo privâsse sexu; cum discidio partium immensum fluxisse sanguinem: hunc cum terra combibisset, repentè natum esse malum Punicam cum suis pomis: quæ cùm Nana Sangarii fluminis filia, decerpta sinu reposuisset, prægnantem ex eo factam genuisse Attim, Deûm Matri dilectum*; Arnobius lib. 5. Pausanias *ex Acdestis virilibus* non Punicam malum, sed *Amygdalum enatam* refert, in Achaicis, eodem sensu. Nec obscurum erit, quid significârit *malum hoc Punicum in manu Junonis Polycleti apud Argivos?* qui intellexerit eandem alterâ *sceptrum gessisse, cui cuculus insederit; quod in eam avem mutatus Jupiter Junonem Virginem compresserit*, ut apud eundem Pausan. in Corinthiac. Hæc erant illa arcana Deorum, Sacrâ ἐχεμυθίᾳ digna. Ita finxêre *Proserpinam ad superos non rediisse, quod raptis tribus autem septem, apud inferos solvisset jejunia, granis Punicis*, ut apud Ovidium. Quare *Rimmon* Syrorum, sivè Deus, sivè Dea, sivè utrumque *Naturæ omnia fœcundantis Numen* fuisse non immeritò creditur; & ut *Phallos* Ægyptii, Latini *pudendum Liberi*; sic verecundiùs Syri *Malum Punicum* dedicâsse, proq; Dei imagine coluisse videntur. Sic ferè Serarius in 4. Regum cap. 5. ubi & probat *mala Punica Veneri Sacra* fuisse. Hæc non sunt digna relatu, nisi in detestationem impurissimæ superstitionis, & ut divinare liceat *quis fuerit Rimmon*? Deus scilicet Naturæ, qui mundum

rerum

rerum omnium seminibus implevit, genitalemqu
virtutem insevit, quam suis rationibus dispensat: cu
jus visibilem imaginem in Cœlo ostendere rati *So*
lem, ideò hunc pro Deo coluêre: mundi verò ima
ginem *Malum Punicum* consecravêre, propter inf
tam seminum copiam. Quâ ratione *Ægyptii quo*
Loto insidentem Solem infantem pinxerunt; ut apu
Plutarch. de Iside & Osiride, & Jamblichum de My
steriis, ubi de Symbolicâ Ægyptiorum Theologi
& Kircherum multis. *Lotum* intellige fructum ro
tundum aquaticæ plantæ, quam Prosper Alpinus i
Ægyptiacis & accuratè in Exoticis depinxit. *Est au*
tem è flore enatum caput, mespilo magno, ut ait; *simil*
cortice viridi contectum; *refertumq; intus minuto s*
mine innumero, vide etiam Pierium Valerian. Hi
roglyph. lib. 52. Est igitur Malum Punicum *Sym*
bolum Mundi.

Si Mundum spectare velis in imagine parvâ,
Punica cerne acinis mala referta suis.

Deus Loto insidens, Providentiam notat; - *Da*
semina rerum.

In Loto residens Deus infans, semina rerum
Dispensat nutu, dum sedet ipse, suo.

Est autem Deus Infans ὁ λόγος, de quo Pater: *hod*
Te genui! Psalm. 2. v. 7. Hæc arcana fidei Myster
antiquissimi Ægyptiorum Prophetæ non ignor
bant; sed cùm Diaboli invidiâ celarentur, perve
soq; hominum studio, res in abominandas supe
stitiones vertit. Ita, si dextrè accipias, Ægyptia
prisca Sapientia cum Mosaicâ bene conspirat;
quâ modò num. 6. Est enim ὁ λόγος summus ser

F

r apud Deum Patrem sacerdos, in cujus podére
ον τὸν κόσμον significatum, legitur Sap. 18. v. 24.
odem spectabat Japoniorum Deus *Daibutus* in ur-
Meaco cultus, *effigie viri ingentis, Japonico ritu*
æ insidentis, de quo Kircherus, & ego quoque in
heologiâ Symbolicâ olim, cap. 10. Mitto alia.

8. Denique & illud quoque S. Literis videatur
ncinere, ac mysticis earum sensibus, quod Arte-
dorus habet: *Mala Punica esse Vulnerum signifi-*
iva, propter colorem, & tormentorum propter spi-
s; ita enim eadem Martyria fidelium significare
imus. Addit idem: significationem habere etiam
vitutis & subjectionis, propter arcanum sermonem
i fertur Eleusine, l. 1. Onirocrit. cap. 75. Is sermo
, quem dixi, dubio procul de Proserpinâ, quæ
statis aliquot mali Punici granis Plutoni in pe-
mniservitutem data est. Plura de his apud My-
m. - *Retinet gustata voluptas!*

Captivos Erebo dat gustu fœda voluptas;
Sic servit Stygio Sponsa triformis Hero.

cit ad rem quod Artemidorus l. cit. tradit: *Mala*
lciaVenerem & voluptatem significare iis præsertim,
ibus vel uxor vel amica cura cordiq; est. Hæc enim,
quit, in Veneris Tutelâ sunt. Acida verò lites &
litiones indicant. Sunt enim Eridi Sacra. Nota est
bula, & inde Proverbium, *de Discordiæ Pomo aureo,*
od *cupiditatem* ait Fulgentius l. 3. Mythol. signi-
are: *eâ de causâ, quod in aureo malo est quod videas,*
n est quod comedas: sicut cupiditas novit habere, non
vit frui. Sic *Mala Punica dulcia calorem assumpta*
citant, inflationesq; gignunt, unde in febri abdican-

 tur;

tur: Acida verò ora gingivasq; lædunt, dentesq; stupi facιunt. Vinosa mediam sortiuntur naturam, & salu briora sunt, Dioscorid. l. 1. cap. 127.

Pomum illud aureum revocavit in memoriar *Cerea mala Punica*, quæ apposuit Ptolemæus Philc pator Sphæro Bosphorano Philosopho, neganti *Sapientem opinari*, Diogen. Laërtius in Cleantl lib. 7. Sic Heliogabalus *Parasitis in secundâ men. sæpè ceream cœnam, sæpè ligneam, lapideamve app. suit*, Lamprid. Historia de divite Pythiâ nota el Hic est Potentum *Panis Mendacii*, de quo Salomc Proverb. 23. v. 3. Hæc verò *δῶρα ἄδωρα, mune non munera*, vide Erasmi Adagia.

> *E cerâ fallax & non gustabile malum:*
> *Spem lactant Mundi munera, non satiant.*

Sed de his satis multa. Ad alia pergamus.

CAPUT XXXIII.

De Thapuach, Malo.

I. REfertur hæc quoque inter arbores mites felices, fructuq; laudatas, Joël. cap. 1. 12. & prætereà reperitur in Cantico Salomonis *qu ter*, & in Proverbiis *semel*. Nec de nomine ulla lis e Etiam Arabes retinent: hinc *Gaida min Tufah ho tus pomorum*. Radix incerta. Nam alii primitivu esse putant; alii derivant à פוח *Puach*, aut נפח *N phach*, ab *afflando*, & *adspirando*, propter fragra tiam. *Thaphach* Thalmudicis significat *intumescen* D. Hottinger. Hinc *Thapuach* urbs Regia, Josuæ v. 17. & *Beth-Thapuach* in Tribu Juda, cap. 15. v. à pomis dictæ; ut *Abella* apud Oscos in Campan

mali

alifera Virgilio; quod nomen cum nostro Appel/ pfel/ convenit, ita Bochartus p. 837. Sic Pomum imperii insigne, - *apalla vocatur*, Gotefrido Viterbensi, de quo cap. præced. num. 6. Sic χαμαίμηλον Chamillen / Afris Ἀςηρτιφή, quasi *Chazirphuah* herba mali, quod odore mala æmuletur.

2. Videamus Loca S. Scripturæ. Prov. 25. v. 11. *Mala auri in lectis*, Vulgato; aliis, in cœlatis vasis, tectis transparentibus figuris; *argenti: sic Verbum quod dicitur in tempore suo*. Lxx. habent μῆλον χρυσοῦν ἐν ὁρμίσκῳ Σαρδίου, *in monili Sardii* lapidis. Nam hodiè monilia sic necti solent, ut inter gemmas aureæ bullulæ, aut mala granata affabrè facta, consrantur. Symmachus tamen habet, ut in fontibus est; ἐν διαβλέπτοις ἀργυρείου *in perspicuis*, translucentibus, cancellatis, *argenti*. Ad Literam intelligunr ferè *mala artificialia*, quæ Vasis argenteis, ornatus gratiâ, addi solent. Verùm ἀπόδοσις comparationis, mala exigit, quæ non tantùm decore & gratiâ oblectent; verùm etiam odore & gustu recreent. Itaque de *Malis Medicis*, *Citriis*, *Aurantiis*, D. Lutherus & Zehnerus S. Adag. 58. Centur. 1. quin & Geyerus h. l. rectè acceperunt, ut & Salazar *de idoniis, concinnius*, ut censet Cornelius à Lap. *& venustius*: & Martinus de Roa Singular. P. 2. lib. 1. p. 4. Ipsum vocabulum *Thapuach* nuspiam alibi e pomo artificiali usurpatur. Sic Beda: *Verba Prædicatoris, aptè ad captum auditorum concinnata, sunt mala; quia de Arbore Vitæ, hoc est, de DEI Sapientiâ sunt orta*. &c. Tempestiva pulchra! Proverbium apud Sophoclem.

Aurea cælatis apponit mala patellis,
Qui tempestivè commoda verba serit.

Sunt pii doctiq; sermones verè quidem mala Au-rantia, Proverb. 15. v. 4. sæpè tamen ingrati & insua-ves, cùm tempore non suo promuntur: sed cùm tempestivi sunt, major accedit gratia, venustas, con-cinnitas: ut malis illis elegantissimis, quandò in mensâ secundâ, in artificiosè cælatis lancibus, ap-ponuntur: ut aurum quasi ex argenteis cancellis, & foraminibus, effulguret, oculosq; trahat, & pron-tet appetitum. Plura apud D. Geyerum.

3. Cantic. 2. v. 3. 4. 5. *Sicut Malus inter arbor- silvestres; sic Dilectus meus inter filios*, &c. Ubi Ma-li arboris scita descriptio: indicatur enim 1. quo-sit *Urbana* & mitis: 2. *Umbrâ* jucundâ & deside-ra-bili, tùm alias ob causas, cùm quod suave oleat: 3. *Fructu* dulci, & grato: 4. quod pomum ejus *am-mo malè habentes corroboret:* 5. adde, quod & *vi-* fit mentio. Cæterùm cuinam Malo Sponsum com-paret Sponsa & quomodò? mox audiemus. Cant. 7. v. 8. de Sponsâ dicitur: *odor oris tui*, velut in fonti-bus est, *nasi tui, est sicut malorum.* Laudant eo capi-te, etsi aliis aliud placeat, Adolescentulæ Virgine-Sponsam, per *Ecphrasin, ab imo ad summum*, juxt-Rhetorum præcepta. Illa, à v. 10. laudes omnes, pr-more & amore suo, in Sponsum refundit, & ad pre-ces se convertit. Quod de odore nasi orisque halit-dicitur, Tres Patres apud Theodoretum sic expo-nunt: *Gratia Sancti Spiritus, mentem suavitate im-plens, quam tu à Sponso susceptam in nos effundis, sic-ut poma adspectu pulchra, odoratu suavia, gustatu du-*

ci-

ia. Ecclesia docens, & Mater, illa Apostolica in-
imis, est *bonus odor Christi*, 2.Cor.2.v.15.Laudan-
rq; h.l. poma ab odoris præstantiâ.Superest locus
ant. 8. v. 5. *Sub malo illâ excitavi* Te,*ibi corrupta est*
ater tua, &c. In Hebraico textu *affixa* sunt *mascu-*
na: indè inferunt quidam, hæc esse Verba Sponsæ
Sponsum; eaq; variè interpretantur, sic tamen ut
illi satisfaciant. Quare, quod ex D. Luthero rectè
onet Dn.D.Gerhardus in Salom. Postill. ad v. seq.
n tàm attendendum est, quid infrà aut suprà sit in tex-
quàm quid intrà: hoc est; magis ad verba & tex-
m ipsum, quàm ad puncta & accentus, respicien-
m. Itaq; pleriq; veterum per *malum* intelligunt
borem vetitam in Paradiso, ad quam Sponsus di-
tum quasi intendit, per *He Hajediah, Hatthapuach*,
o illâ ipsâ malo: per *Matrem*, Evam: per *excitatio-*
m, beneficium vivificationis, vi & efficaciâ meriti
ucis, Evangeliiq; de cruce. Revocat Sponsus in
entem Sponsæ præteritam miseriam, ut semper
eminerit, se nullâ suâ dignitate ereptam è statu
ccati, translatamq; in statum gratiæ præsentis. Lo-
s est parallelus Ezech.16. v.1. usq; ad 15. & Es.44.
21. 22. Tu, inquit, quæ nunc quasi *ex Deserto*, ut
m, iterùm *adscendis*, magnâq; cum fiduciâ *Sponso*
uo applicans, deliciis affluens, ut Vulgatus habet,
iteris ipsi, inq; ejus sinu quasi recubas; memento,
omodò priùs jacueris sine spe, sine re: cùm ma-
n vetitum gustâsses, in Paradiso; cùm posteà *fu-*
cia mundi caducaq; poma captares, terrena secta-
is, ut Theodoretus; sub illâ malo, quam nosti:
iâ, inquam, ubi Te Mater tua Eva, adultera & *cor-*

 rupta

rupta suasu infernalis Draconis & Tyranni, *cu magno dolore enixa* est! illâ rerum terrenarum, *qu momentaneâ voluptate, pomi instar, sensus oblectan* ubi genitrix tua, non tàm gente quam mente C naanitis & Amorrhæa, fornicata cum idolis, Diab li quasi prostibulum, Te non sine cruciatu, inter t ærumnas longæ servitutis in Ægypto, te peperit i felix. Ego Te Ego suscitavi, non tantùm jacente desidem, inertem; sed planè in peccatis mortuan ego suscepi, propriamq; dicavi. Quæ omnia, ut S nagogam primò, cui talium beneficiorum mem riam toties refricuit Deus; sic etiam Ecclesiam C tholicam semper meminisse jubet. Nam è Vete enata est Nova Ecclesia, & quæ illi in figurâ accid runt, hujus caussâ scripta sunt, 1. Corinth. 10. v. Ter adeò jacuit Ecclesia, per lapsum *in Paradis* per servitutem corporalem & spiritualem *in Ægyp* perq; fœdam idololatriam *in paganismo:* toties e citata & redempta, per Semen mulieris promissu per Angelum Fœderis Duce Mose, per Christu in carne manifestatum: Semper sub aliquâ Mal nam & pomo decepta est Eva, & poma concupiv Synagoga, Num. 11. v. 4. 5. & 20. v. 5. & Gen omnes terrenis tantùm inhiabant, Ephes. 4. v. 18. 19. Sic puto, conjunctis Interpp. veterum se tentiis, locum hunc amplissimè accipiendum.

4. *Malo* igitur *comparatur* 1. *Christus* anim rum fidelium sponsus: nam, ut Tres Patres ap Theodoretum, *speciosus est pulchritudine inter fili hominum, non tantùm ut Dei Filius unigenitus, v rùm etiam ut homo, solus sine peccato*, Psalm. 45. v.

odo

dore jucundo fragrans, propter spiritualia charisma-
ta: gustu suavis, Psalm. 34. v. 9. *Nam mellis dulcedo*
llis solum, qui gustaverunt, cognita est. Quin & homi-
num cibus est, quibus vitam tribuit Spiritualem. Gre-
gorius M. h. l. *Ligna silvestria esui hominum habiles*
fructus non gignunt: malus verò quod gignit, congruè
& salubriter homines edunt. Meritò ergo per malum
Christus; per silvestria verò ligna cæteri homines figu-
rantur: Quia in solo Christo cibum salutis, quoties
quærimus, invenimus, in ejus verbis & exemplis ani-
mas nostras fructu suavi & salubri reficimus. Quic-
quid in cæteris præter Deum est, mortiferum est, &c.
Aponius legit: *Quasi pomum Punicum inter Sil-*
vas, sic Dilectus meus, &c. Sic Arabicus quoque &
Psellus apud Theodoretum: *Hoc enim,* inquit,
compressum liquorem sanguineum simul & aqueum
emittit: innui dicit fontes illos Salutares Sacramento-
rum, qui ex latere Salvatoris emanârunt. Mala &
cibo & potu reficiunt. *Fit enim vinum è pyris ma-*
lorumq; omnibus generibus: è Punicis, quod Rhoiten
vocant, Plinius lib. 14. cap. 16. hæc vina fœminis
Virginibusq; conveniunt; quare, quod se sponsa
in cellam sponsi *vinariam* introductam gloriatur, de
his accipiendum statuo. Ita apud Romanos *non li-*
cebat fœminis vinum bibere. Temeto carebant omnes
mulieres, vide multa apud Plinium l. cit. cap. 13. &
ibid. Dalechamp. ut apud Athenæum lib. 10. &c.

5. Est sponsus noster *Malus in genere*; omnes
sub se species complectens, omniumque dotes &
venustates, Coloss. 1. v. 19. Johann. 1. v. 14. 16. Sunt
autem indigenarum & exoticarum malorum species

 ferè

fere innumeræ, vide Plin. l. 15. cap. 14. *2. fructi* verè ἀγλαόκαρπ@, quod Mali apud Homerum e epitheton: fructus enim, omnes unà sensus, al cit, Plutarch. in Symposiac. 5. Quæst. 8. Quod Christo deserte, Psellus & Theodoretus in Car h. l. vide quæ in Acerrâ dixi lib. 1. *de arboribus mu tiferis*, num. 68. 69. Sunt quædam Mali *bifera* μηλέα ἐαρινὴ dicta Theophrasto, quæ & præcoc ferunt & serotina poma, quæ *mustea* Latini, Græ *Melimela* dixerunt, quidam *Nana*; eaq; vel melle vel acidula, quo genere sunt, quæ *S. Johannis* dic mus, quod circa ejus natalem maturescant, Por lib. 5. cap. 13. Nostra malus semper recentibus al undat, ut in Paradiso Arbor Vitæ, Apoc. 22. v. 2. c quâ suo loco; & illæ in *Alcinoi Horto*, de quibus Ho merus Odyss. 7. Ac mala quidem mali nostræ pra stant omnibus *1. Colore*, candida & rubicunda Cant. 5. v. 10. quanquam, cum in cruce penderent tota essent *sanguinea*; ut *quæ originem ex mori insit. traxerunt*, maturaq; ut morum ferè nigrescunt, e Plinio Porta; quod genus nostri *carbonaria*, Kohl äpffel vocant. *2. Odore* fragrantia; qualia quæ *Rose* dicuntur, quæ mansa palatum jucundissimo rosarum odore replent: & quæ *Melapia*, odore Cotoneo rum, de quibus Proverbium est: *omne malum ma lum, præter Appium malum*, Porta l. c. cap. 12. Inde *Grata* Mali *umbra*, & mala corollis etiam inserta, ut quibus Bacchi ornatæ effigies, Dalechamp. ad Plin. l. 15. cap. 14. quod ab eo mala cæterosque fructus repertos fabularentur, Athenæus l. 3. in Cypro ta men satam à Venere primam unicamq; malum Pu-

nicam,

cam, ibid. At nobis hoc malum ſevit Amor ipſe, nnium rerumPater, Eſai.9.v.6. Illud mirum; *mala è delicatis quibusdam afferre faſtidium:* mirius; *id ſinis frequenter accidere, ut & pauca portatu gravia t; ſiquidem vires odore eorum offenſæ fatiſcunt: reedio eſt, ſi guſtanda prius apponantur, aut ſanè aliàm diu oſtendantur,* Porta l. cit. *Ignoti nulla cupido.*

Diſpellunt oſtenſa aſinis faſtidia mala;
Optima faſtidit mens, niſi nota, rudis,

eniq; 3. *ſapor* uno in malo noſtro omnigenus eſt, olim in Mannâ & aquâ è Petrâ, Sap. 16. v. 20. ut. 32. v. 13. dixi in Acerrâ lib. 1. num. 116. & . omniſq; omnium medicinarum virtus, non tum malorum.

Exhilarant animos prædulcia, odoraq; mala,
Frigus & humorem inducunt, & vota ciborum
Proritant, cordi & proſunt, &c. Durantes.

dè Proverbium: *prægnanti malum dari oportet, ut od obrodat ſit, ſi animo malè eſſe occœperit,* Plaut. nphitr. Plura è dicendis addat, cui otium erit & entia.

6. Dixi, *homines* naturâ omnes 2. *malis*, aliisq; *veſtribus* arboribus ſimiles eſſe, fructu acerbo, ſobeſtiis expetito, ut citati PP. *peculiare his acerbatis convitium, cujus vis tanta, ut aciem gladii perngat.* Plinius l. 15. cap. 14. itaque peſſimum indè *acetum*. Sic ſumus, *naturâ filii iræ*, & ut ajunt, *mum non procul cadit à ſuâ matre.*

De radice malâ naſcuntur peſſima mala:
Naturæ ſequitur ſemina quisque ſuæ.

nc, ut neglecta mala ſilveſtria, cadimus humique

 putre-

putrescimus. *Æqua senum ac juvenum densanti funera.* Est ut Epictetus in Altercat.

Poma ut in arboribus pendent; ita corpora nostr
Aut matura cadunt, aut citò acerba ruunt.

Pulcherrimum *in Visione Amosi* cap. 8. v. 1. 2. 3. em blema proponitur: videt ille: *Relubh Kaiz, corbem* vel *calathum, fructuum æstivorum*, vel ut Hierony mus vertit, *Uncinum pomorum!* quanquàm non pu tem intelligi eum, *quo rami attrahuntur ad carpend poma*, ut illi visum: sed *corbulam in summitate pe tica*, quâ in ipsis ramis pendula poma excipi solen ne ad terram allisa vitium trahant; nostri voca ein Aepffelbrech. Indicatur 1. *scelerum maturita* 2. *Poenæ tempestivitas*, quæ *Vindemiæ* comparatu ut Joël. 3. & Apocal. 14 &c. Ut Paterfamiliâs, cu maturuisse videt poma, quæque vel manum sollic tantis statim sequantur, vel eâ non exspectatâ spo te cadant; *non*, inquit *præteribo*; statim primo qu que tempore colligam; arreptoq; uncino vind miam incipit. Ita Deus hic: pœnam longiùs no differet: pauci, velut relicta poma, effugituri su uncinum: passim humi jacebunt strati multi, qua putria & vermiculosa; quæ indignatus Paterfam liâs, jubebit projicere, ut indigna, quæ colligantu & ut post vindemiam in vineis; sic tunc ubique s litudo erit & silentium, cantusq; verteretur in le sum, Psalm. 65. v. 14. Esai. 16. v. 10. Epigraphen d ipse Deus: *Venit Finis!* *Kaiz æstas* indicat adef *Kez finem*, Cæsar à Ripâ in Iconographiâ, ex ho loco, *mortem pingit cum falce & uncino pomorum*, notat Cornel. à Lap. *Stat sua cuiq; dies!*

Ut matura suâ carpuntur ab arbore poma;
Sic homines unco mors trahit atra suo.

7. Apud Lxx. quanquàm à fontibus longè recesint, pro uncino aut canistro pomorum, habetur ἄγγος ἰξευτοῦ, *vas Aucupis*. Theodoretus *viscatam virgam* intellexit. Possis tamen pro omni Aucupii instrumento & apparatu accipere, de quo in Atrio Latinitatis dixi cap. 39. Undè aliud mortis hieroglyphicum, non minùs elegans, ut Eccles. 9. 12. Amos. 3. v. 4. der Tod ist ein rechter Leimsingler. *Lethi mille viæ*. Et plerumque, ut dixit Prudentius in Hamartigen. exr. *viscatus inescat Pastus*.

Ut volucres Auceps, visco, laqueo, illice, clavo;
Sic nos mille capit mors, peremitq; modis.

Nunquam non inveniet ille universorum Deus rationem, quâ, si velit, punire possit peccatores; neque quisquam obsistet, cùm irritatus pœnas inferre decreverit, adeò multos variosq; habet ulciscendi modos. Is verò effugiet, qui pœnitentiâ iram averterit, Dominumq; tam mitem & ad misericordiam pronum, ad miserandum, ad clementiam erga se, *flexerit*, Cyrillus h. l.

8. Illud non minùs venustum, quod Job ait: cap. 9. v. 26. *Transierunt dies mei ut naves*, vel æquè ut naves, אבה *Ebeh*, id est, *poma portantes*, ut Vulgatus, neque aliter Chaldæus & Aben Esra, aliique, ab *Ebh fructus*; alienè putat Coccejus quidem: sed tamen eleganter. Nam fructus ὡραῖοι citissimè corrumpuntur, ut remis velisq; properandum sit, si quis venum exponere velit, nec lucrum hinc perdere. *Tempus abit! mors venit!*

Cymba

Cymba uti poma ferens; properant ita tempor[a]
nostra:
Fac bene quæ debes; & citò, si qua voles.

Sic *locustæ*, quæ in Plagâ Ægypti octavâ, omne[m] terræ herbam, & *omnia arborum poma devorârum[t]* Exod. 10. v. 15. *Malos Dæmones*, eorumq; asseclas *hæreticos, adulatores, falsos fratres*, & id genus signifi[i]cant, juxta diversas Patrum expositiones, apud Hie[i]ronym. Lauret. *in Locusta*. Ita vita humana *nil ni[si] malitia est*, Job. 7. v. 1. *Vita omnis*, ait Seneca *supplicium*.

Quàm multæ rodunt Ægyptia poma locustæ;
Tàm patet innumeris undiq; vita malis.

Cùm igitur homines nos naturâ pomis, & quide[m] silvestribus, similes simus, propter vitæ *improbita[i]tem fugacitatem*; age, quæramus *delicatissima illa e[t] dulcissima Poma cœli, Poma collium æternorum*, qu[æ] *Benedicta Josephi Terra* profert, Deut. 33. v. 14. T[ὰ] ἀνώτερα καλλίω. Hæc sunt illa *Poma, quæ S. Doro[i]thea Theophilo misisse legitur de Paradiso Sponsi su[i]* apud Adonem in Martyrol. ad 8. Idus Februar.

Accipe de Sponsi Paradiso mellea mala;
Calcabis Mundi fellea mala mali.

9. *Omnia poma Vetera & Nova, Dilecte mi, ser[i]vavi Tibi*, Cant. 7. v. 13. ἀπέκρυψά σοι *abscondidi Tibi* Symmach. & Aquila ex Hebræo. Fecit tale qui[d] *Theodora*, meruitq; *Theophili Imp. conjux*, pro ser[i]vato bene pomo donato, coronam; recitavi lepi[i]dam historiam in Acerrâ l. ult. in Mantissâ Ænigmat[.] num. 37. iterare piget. Nam cùm duodecim Virgi[i]nes Imperatori Porco exhibitæ, Pomum è man[u]

eju[s]

is accepissent, cæteræ illud statim comederunt; c sollicitè inter ubera asservavit: id cùm alterâ die poscerct Imp. sola è sinu Virgineo protulit, altemq; addidit, dicens: *En, quod donâsti mihi ad gaudium; sed & aliud, quod dono in amoris pignus!* Pona nobis Vetera & Nova donat Sponsus noster, doctrinam Legis & Evangelii, *præcepta Veteris & Novi Testamenti*, Theodoretus, ut Matth. 13. v. 52. Variaq; charismata *regenerationis* & quotidianæ *renovationis*, fructus Spiritus, ejusq; primitias, pignora amoris sui, ac futuræ desponsationis Galat. 5. v. 22. Rom. v. 23. Eph. 1. v. 13. 14. Hoc tam nobile depositum condamus in sinu quasi nostro, servemusq; Sponso ad solius nominis ipsius gloriam. Hæc nos animæ deliquio reficient, ut Cant. 2. v. 5. Pro coronam dabit Sponsus.

- - Deus sua dona coronat!
Pro Pomo accepit Regni Theodora coronam;
Sic fidei servat qui bene depositum.

li Deo gloria! Philipp. 1. v. 11. *Tibi soli!*

Quæ mihi donâsti Tibi soli, Sponse, reservo
Poma: nec hoc alius debet honore frui.

ille nos ardenter amat, ut rivalem pati non pos-. Est enim *Deus zelotes!* Sic *Pomum à Theodosio Juniore conjugi Eudocia donatum*, cùm illa Paulino misisset, in causâ fuit, ut hic insons occideretur, & in odium mariti incurreret; quare invisam se cernens, acceptâ abeundi facultate, Hierosolymam profecta, imperio se exuit, Zonaras Tom. 3. Annal. in Theodesio Juniore.

10. Sunt igitur Poma quoq;. *3. Symbolum Fructuum*

ctuum Fidei & justitiæ : in fide sunt vetera ; in just
tiâ semper nova : hæc proferunt arbores Pomifer
plantatæ Dei manu, Gen. 1. v. 11. & 2. v. 9. non qu
dem statim perfecta, esuiq; idonea ; undè *Lex de a*
ferendo arborum pomiferarum præputio, Levit. 19.
23. nam labes originaria semper adhærens facit,
& omnes justitiæ nostræ, dum vivimus, immun
sint, Hebr. 12. v. 1. Esai. 64. v. 6. quare cor semp
circumcidendum, deponendumq; hoc quasi pr
putium est, Jer. 4. v. 4. tamen Deo grata sunt, p
manus Sacerdotis Unici oblata & consecrata, 1. Pe
2. v. 5. Venietq; tandem Tempus, quo colligere
ceat, fruiq; sine fine, Esai. 3. v. 10. vide Lev. l. cit. v. 2
25. Tales *arbores vetat exscindi Deus*, Deut. 20. v. 2
sterilibus aut damnatos ferentibus fructus secu
imminet, jam ad radices posita, Matth. 3. & 7. &
Locus, ubi talia nascantur, non est *Desertum*, Nu
20. v. 5. Sed *Terra Sancta*, Nehem. 9. v. 25. ir
gata Torrente Aquæ vitalis, Ezech. 47. v. 12. pl
na tamen consummataq; perfectio erit in plat
cœlestis Hierosolymæ, Apocal. 22. v. 2. *Agrico*
qui conserit & plantat, Deus est, Johan. 15. v.
συνεργοὶ ejus Ministri, 1. Corinth. 3. v. 9. qui & c
stodes, cum Christianis Magistratibus, Esai. 49. v.
Cant. 1 v. 6. ita à furibus tuta servantur, quamlib
afflicta Ecclesia eò redigatur, ut tuguriolo fiat sim
lis ad custodiam Pomorum, Psalm. 79. v. 1. Esai
v. 8 *nam quamdiu vinea uvarum plena est, poni sol*
custodes in umbraculis : In cucumerario quoque, q
Lxx pomorum custodiam vocant, parvulæ fiunt c
sulæ, propter ardorem solis, ad radios declinandos :
u

dè vel homines vel bestiolas, quæ natis frugibus insi-
tri solent, abigunt, Hieronymus in Esaiam. Atq;
c sunt poma illa, *in Portis* domus Dei, ubi cœtus
conventus celebrantur, publicè pendentia,
nt. 7. v. 13. Proverb. 1. v. 21. & 8. v. 3. Psalm. 9.
15. Matth. 5. v. 15. ad quæ comedenda invitatur
onsus, Cant. 5. v. 1. de quo loco dixi in Parallelis
ang. Dom. Sexagesimæ, quæ huc omnia spe-
nt. Videt Lector, quæ dicendorum hic sit copia,
d nos spatiis ex. ludimur iniquis.

11. Hæc ergò Poma servemus Deo nostro: non
t illi gratius sacrificium. Sic *Herculi* μῆλα *poma*
ovibus apud Bœotios oblata, bacillis suffixis, &
rnibus quasi impositis, in ovium formam effli-
, ut refert Pollux l. 1. Onomast. cap. 1. num. 37.
uomodò *Locri Epizephyrii* in fame *pro bove Cucu-*
rem immolârunt, undè Proverbium; *Bos Locro-*
m. Hæc donemus, ut *Mises ille grande Ma-*
n Punicum R. Artaxerxi, curâ, studioq; nostro,
remento felici aucta, adspirante & cooperante
tiâ, Ælianus 1. variar. cap. 33. Plutarch. in Arta-
rxe & Apophtheg Regum. Hæc teneamus,
l fortiori animo, quam *Milo Crotoniates, cui ma-*
n manu tenènti, nulla unquàm virium fortitudo ab-
axit, Ammian. Marcell. lib. 30. Histor. Amasia
nen nullo negotio extorsit Ælian. 2. Variar. c. 24.
paremus itaq; cadiva, ne contagio noceant inco-
nibus malis: & *ut in paleis, aut milio tutò poma*
vantur; sic hæc nostra in humilitate & mode-
â, vide Plinium l. 15. cap. 16. & 17. undè plura huc
ferri possunt. Sic etiam *acerbiora mitescent*, ut

Accius

Accius de suis scriptis dixit ad Pacuvium, apud A
Gellium l. 13. cap. 2. *Cum tempore meliora.*

Ingenium melius fit tempore: Sic & acerbum
Dulcescit pomum mitificante die.

Itaque *humilitas virtutum custos* rectè dicitur.

Poma velut milio, paleisve recondita durant;
Sic Virtus humili corde reposta manet.

12. Pertinent huc & alia *remedia contra arb*
rum pomiferarum fructuumq; morbos & vitia. Ve
miculationem nulla frequentiùs arbor sentit quà
Malus, & poma quoq; non rarò. Indè *cadiva* fiun
etiam ante maturitatem, & pereunt: quod & Pun
cis accidit, floribusq; ipsis, ut nimio rore, aut pru
nis labantur, ut Porta pluribus docet lib. 5. cap. 1
& 31. meminit etiam Ambrosius Hexaëm. l. 3. c. 1
Omnia, ut ait Augustinus, *habent Vermem suum*
Virtutum vermis superbia est illa Pharisaica, Luc. 1
v. 9. nec aliundè frequentior lapsus, & interitu
Exemplo est Pharisæus ille ibidem, cui accidit, *qu*
Gallinis, quæ mox ut ova pepererunt, clamore suo d
minos excitant, qui ova edita illis auferant, ut apu
Augustinum Psalm. 102. *Superbia præcedit ruinam*
Proverb. 11. v. 2. de quo multa dixi in Analec
Rhetor. l. 2. cap. 1.

Vermiculans velut ante diem cadit arbore Pomum
Sic Virtus ipso in flore superba perit.

Ergò in rectè factis cavenda gloriatio est. *Ne qu*
glorietur.

Quæ peperit gallina, suis clamoribus ova
Perdit; sic fructum corda superba suum.

Remedium est emuscatio arborum, ut musco libere
ti

ur, in quo nidulari ſolent iſtæ peſtes, Columella. *i caduca ſunt poma fiſſæ radici lapis injectus retinebit,* 'alladius. Caudex arboris cùm floret *circulo plum-eo* includendus eſt, aut involvendus *anguis exuvio, Mala Punica ne rumpantur in arbore, remedio ſunt apides tres, ſi cùm ſeres arborem ad radicem collocave-is. Africanus in excavatos ſcrobes, cùm pangerentur, 'lices ingerebat,* Idem & Columella, &c. Sic, *ut mygdalus pro amaris dulces fructus ferat, terebratur adix, clavusq; inſeritur è piceâ arbore, quam Græci* πεύκην *vocant*, Ambroſius l. cit. *Ergò*, inquit, *ſi griculture convertit ſtirpium qualitates, nonne ſtu-ia doctrinæ, & diſciplinæ attentio mitigare poſſunt uaslibet ægritudines paſſionum?* Quo & pertinet, uod Punicas malos non ſinunt altiùs excreſcere, *amosq; inflectunt, ne ſubrecti infeſtum humorem ex-ipiant, & retineant*; ſic Cytinos retinent ne laban-ur, Theophraſtu & Plinius. Quæ omnia pulcher-imè curæ culturæque animorum reſpondent. Sta-im à teneris injiciendi ſunt *ſcrupuli, & ſilices*, quos n Perâ ſuâ recondidit David. 1. Sam. 17. v. 40. tunc tiam cùm florere incipiunt, *circulo plumbeo* arctio-is diſciplinæ *coërcendi*, Epheſ. 6. v. 4. & ſi altiùs ſur-;ant, *rami deprimendi*, Sirac. 30. v. 12. Denique emper *emuſcandi* ſunt, ſcopis pœnitentiæ, & per quotidianam renovationem, quæ per *anguis ſene-ctam* ſignificatur, Epheſ. 4. v. 24. Luc. 15. v. 8. *Cla-vus timoris Dei adigendus* in cordis radicem, ex quâ omnia procedunt opera; quod ſit memoriâ mor-tis, quàm *Picea* denotat, Sir. 7. v. ult. Eccl. 12. v. 11. Pſal. 118. v. 120. ex verſione Vulgatâ. Habes hic, quot verba, tot emblemata.

13. Sunt etiam Poma 4. *Caduca hujus mundi bo-na*, guſtui ſuavia; appetitui deſiderabilia; viſui pul-chra: ſed vermiculoſa, caduca, noxia. Ita de Ro-mâ Apocal. 18. v. 14. ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυ-χῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, *Autumnus ille deſiderii anim-tuæ receſſit à te.* Vulgatus habet, *Poma*. Rectè: nam autumnus pro fructibus autumnalibus ponitur, u-Amos. 8. v. 1. *Kaiz æſtas*, pro æſtivis. Sic Martialis *Nec in Falerno monte major autumnus.* De ſenſ-literali Cornel. à Lap. *Inter alias Romæ delicias nu-merat poma deſiderii, id eſt, deſiderabilia: quia Itali & Roma pomis aureis, Limonibus, Malogranatis, Per-ſicis, Citriis, aliisq; abundat, ita ut horti hiſce conſi-referant Paradiſum terreſtrem*, &c. Myſticè, ut apu-Cœlium Pannonium h. l. *poma hæc ſignificant carna-lem voluptatem, & vilia quæq;, quæ ſeculi hujus ama-tores anteferunt bonis Spiritualibus, magnis, pretioſis æternis, nec cum mundo arſuris: ſimiles pueris inſi-pientibus, qui poma pluris faciunt quàm gemma-* Hæc ſunt illa poma quibus *amatores* allicit Mundus Sic *malo Galathea*, & *Clearista petunt* apud Virgi-& Theocrit. undè μηλοβολεῖν τὸ εἰς Ἀφροδίσια δε-λεάζειν, Scholiaſt. Ariſtophanis vide Lipſii Antiq-Lection. & Mylium in Malis. Sic Acontii,

Litera Cydippen Pomo perlata fefellit.

Et Atalantam - *malo Schœneida vicit Hippomene.* Notæ ſunt fabulæ: meminit Alciatus Emblem. 19-*Venus apud Sicyonios alterâ manu malum, altera ca-put papaveris*; illud propter amoris jucunditatem hoc propter ſeminum copiam, *geſtabat*. Multa d-his malis Pierius Valerianus l. 54. Hieroglyph-

Etiam

tiam apud Germanos *Syeba Dea*, manibus post rgum reductis, *alterâ malum gerebat, alterâ uvam m pampinis*, apud Helmoldum l. 1. cap. 54. Et acchus, ut dixi, *malis coronabatur*, uti Veneris ariger. Sed ut *malus* arborum omnium *celerrimè escit, quæq; dulcia fert poma vitæ brevioris est*, ut ud Plinium, & Mala quæ insigniter rubent, ac ulis blandiuntur, vix vermiculis carent; ita est luptas. Hæc sunt *Ægyptia poma*, quæ locustæ vorant, Exod. 10. v. 15. *Pomum Eridos*, litium & scordiæ omnis seminium. Sic *Narses Longobars, ex Pannoniâ in fertiles Italiæ campos, missis ex eâ tissimis pomis, invitavit*, Paul. Diaconus l. 1. c. 5. ristolochiam *Latini Malum Terræ*; *Piscatores mpaniæ radicem ejus, quæ rotunda est, venenum rræ vocant: contusam immistâ calce cùm in mari rgunt, advolant pisces cupiditate mirâ, statimq; animati fluitant*, Plinius l. 25. cap. 8. Sic *Fenella tuam mirâ arte fieri curavit, in cujus manu pomum erat aureum gemmis refertum; quod quicunq; tigisset, illicò jaculis ex eò prosilientibus configebar*: ita fraude illectum Regem Scotorum Kemeum, quod Fenellæ filium & affinem interfecisset, cidit, Caussinus Polyhistor. l. 11. cap. 5. *Pompejus rtio Triumpho, quem de Piratis, Asiâ, & Ponto it, inter alia transtulit montem aureum quadram, cum cervis & leonibus, pomisq; omnis generis, cumdatâ vite aureâ* Plin. 37. cap. 2. Talem olim riumphum acturus est Dominus de Româ, ut incat ipse Cornel. à Lap.

14. E t ut 5. Cœlestis sponsus Cant. 7. v. 8. Lci

ſuam propter oris ſuaveolentiam; ſic Wolffgan
gus Crellius in Pomo Nuptiali, eleganti carmin
omnem *ſponſam Pomo comparat*, bene à bonis na
tam, probè educatam, ætate nubili maturam, mo
ribus honeſtis ornatam, maritali thoro commo
dam, cum ſtudio lectam, ac cum curâ ſervandam
Vide apud Mylium. Sic Venus Sicyonia indic
bat, quæ ſit - *Dos optima nuptæ?*

Uxor, ut in Veneris manibus Pomum a
Papaver,
Sit jucunda Viro, ſitq́ benigna thoro.

His adde 1. *Mala Citria*, aurea à colore, à Pat
dicta Medica. Ea Tellus in honorem Jovis & J
nonis, quo tempore nuptias celebrabant, edidi
fingitur: Juno, ne quandò malâ manu carperent
cuſtodem appoſuiſſe Draconem, Hyginus in
ſtronom. Poët. de Serpente. Aliter fabul
narrat Ovidius: Themis prædixerat, fore ut a
quis Jove natus ex Heſperidum hortis auferret a
rea mala:

Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas
Montibus, & vaſto dederat ſervanda Draco
Arcebatq́ ſuis externos fructibus omnes.

Hoc eſt, quod Parentes monet Siracides, cap. 26
13. *opus huic cuſtodia firma.*

Aurea pervigili dat Atlas ſervanda Dracon
Poma: Parens, natam fac tueare tuam.

2. Sunt autem eadem χρύσεα μῆλα, quæ
Ἑσπερικὰ, Μηδικὰ, Περσικὰ dicuntur, ut pluri
probat Porta lib. 5. c. 5. Talibus jucundos, ſaluta
& *Tempeſtivos ſermones* comparavit Salomon, t
um

mque fragrantiam ſpirare os ſponſæ dixit, ll. cit. loc eſt *Felix* illud *malum*, Virgilii 2. Georgic. quod *membris agit atra venena.* Quin &, ut addit,

- - animas & olentia Medi
Ora fovent illo, & ſenibus medicantur anhelis.

ic Theophraſtus dixit χρήσιμον πρὸς ϛόματος ωδίαν, & Plinius: *Parthorum ora fœtere; Sed roceres mederi ſibi grano Aſſyrii mali, in eſculenta ddito,* lib. 11. cap. 53. *- ſpurcum nihil exeat ore*, ait poſtolus, Epheſ. 4. v. 29.

Medica manſa animæ fœtori poma medentur:
Sic & honeſta loquens os bene ſemper olet.

Ialum Medicum, Citrium 3. hieroglyphicum eſt *Euchariſtiæ*, ut Volum. 1. S. Analector. p. 248. exipharmacum contra venena. Virtus pomi hus patuit apud Ægyptum, cùm damnati, ut ſerentibus objicerentur dovorandi, à Cauponâ acptum prægustâſſent, Athenæus l. 3. Sic cùm Clechus Heracleotarum Tyrannus, per amoris ſpeem, cicutæ poculo multos interfeciſſet, rutâ præansâ alii vitæ ſalutique ſuæ caverunt, ex Theoompo ibid. *non eſt præſentius ullum Auxilium*, ut cam cum Virgilio:

Ut colubri fugiant, nequeantq; nocere Tyranni!
Accipe de menſâ Medica poma Sacrâ.

llim quidem propter *- - triſtes ſuccos tardumque porem*, in cibum non venerant, nec dùm ætate heophraſti; ſed tantùm odoris gratiâ veſtiariis terjecta à tinearum offenſis vindicabant, ex eo linius. Sic, ut ait S. Cyprianus, vel quicunque

 eſt,

est, serm. de Cœnâ, *Nova est hujus Sacramenti do*
ctrina. Abhorret stulta ratio; sed fides mysterium
adorat, Joh. 6. v. 60. Christus nos edere jussit car
nem hujus Pomi, & bibere sanguinem. Hinc fra
grantia oris nostri in precibus & gratiarum actio
ne: sic Vestis justitiæ tuta est à tinearum offensi
Est enim *antidotum mortis, & Pharmacum immor*
talitatis, &c.

15. Varia sunt genera Medicorum malorum
præter *Citria,* dicta *Limonia, Aurantia,* quæ Græc
recentioribus *Nerantia,* & præ cæteris magnitudin
ac pulchritudine præstans; sed sapore inferius, m
nusq; gratum palato, quod *Adami Pomum* vocatu
apparent enim in cortice exteriori fissuræ, perindè ac
dentibus admorsus esset, Matthiolus. Dicam de A
bore vetitâ suo loco. Malum fuisse ex Cant.8. l.5
colligunt. - *Manent sceleris monumenta vetusti!*

Dentibus admorsum cur pomum apparet Adam
Neu cadat ex animo mortis origo tuo.

Pulchrè Irenæus: *Ecclesiam esse velut Paradisum:*
omni ejus ligno esse manducandum, id est, *de om*
Scripturâ Dominicâ: Hæreticorum, qui gloriantur
habere notitiam boni & mali, mala *mala esse cave*
da, ne projiciamur de Paradiso vitæ, lib. 5. c. 17. Hoc
est quod dixit Dominus: *à fructibus eorum cognosc*
tis eos, Matth. 7. v. 16.

Quid tristes succos de Pomo quæris Adami?
Hæc pete, Scripturæ quæ Paradisus habet.

16. In Malorum pomorumq; censum veniu
quoque *Cydonia,* & *Persica,* & *Armeniaca,* osseo in
cluso nucleo; qualem pruna quoque habent,
Ceras

Cerasa; quæque eo carent Pyra, Mespila, Sorba, & id genus alia. De his multa dicere nihil attinet, cùm in S. literis non sit expressa mentio. Possis tamen, quod *de fragrantiâ oris* Sponsæ suæ dicit Sponsus Cant. 7. l. cit. ad Cydonia referre, voluptate & salubritate malis cæteris prælata. Et sunt ea, quæ variâ appellatione naturæq; differentiâ, *Chrysomelæ, Struthia,* à Patriâ *Cydonia*, & Cotonea dicuntur; Conjugis, non tantùm oris gratiâ jucundæ, verùm etiam pudicæ hieroglyphicum. Hinc Solonis præceptum, apud Plutarch. in Connubial. ne priùs Sponsa cum Sponso concumberet, nisi gustato hoc malo: - *Sermonum gratia major!*

Sponsa priùs gustet Saturata Cydonia melle;
Gratia jucundo major ab ore venit.

Sit ea casta, ut - *uni placitura marito.* Nam ut Palladius;

Cùm præstet cunctis se fulva Cydonia pomis,
Alterius nullo creditur hospitio.

Hoc est; cùm per insitionem omnibus pomiferis se præbeat; sola nulli alii arbori inseri potest. Pudica, quemcunque Deus dederit, maritum recipit: ipsa nulli alteri se fert inseri. *Democritus* docuit, Cydonia exprimere ad quamlibet animalium effigiem, sic ut clausa exsculptis, quorumlibet imagine, formulis adolescant. *Qualis vir, talis uxor! In domo suâ Dominus quasi corporis sui caput est, & vita ejus cunctis, quasi norma vivendi*, Salvianus 7. de Gubern. Dei.

Moribus ut proba sit conjux, probus esto maritus;
Namq; viri formam ducit ab effigie.

Facit huc quod habet Serenus Poëta-Medicus, si nomine Macri, l. 2. c. 23.

Languida si duro turgent præcordia morbo;
Quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris,
Cocta teres, durum ut possis mollire tumorem.

Emplastrum optimum sæpè casta uxor est; cont pravos mariti mores, cordisq; tumores. Sic quo

Viri adjutorium.

Quæ Cretæ dat poma Cydon præcordia sanant:
Casta sui conjux sæpè medela viri est.

Taceo, ut alia plurima, Cydonia obscæno sensu a cipi, ut in illo:

Ipse ego cana legam tenerâ lanugine mala.

Indè videtur joco dictum: *Si prægnantes hæc pom crebriùs esitaverint, parituras esse industrios & ing niosos infantes.* Sed - *poma nocent capiti.* Qua tempus est, ut amoveamus.

CAPUT XXXIV.

De Theenâ, Ficu.

1. FUisse Ficum inter præstantissimas Judææ a bores, indè constat, quod *Explorator* etiam *de ficubus terræ* aliquid in castra attulerin Num. 13. v. 24. Hoc est munus Apostolicum, e plorare & perscrutari S. Literas, ac mysteria Regi cœlorum, Matth. 13. v. 11. Joh. 5. v. 39. atque inc uno quasi humero, *in phalangâ*, *referre* ad Popu lum Dei, *uvam* admirabilem Christum, Johan. 1 v. 1. Gen. 49. v. 11. *cum Malis granatis*, Doctrin scil. de Ecclesiæ Unitate, Ephes. 4. v. 3. 4. *ac fi*

dulcis

ulcissimarum consolationum Evangelicarum, salm. 19. v. 11. Rom. 15. v. 4. sic ferè Rabanus & .upertus, & ex iis Pelargus in Num. h. l. ubi hæc ria inveniuntur; *Gloria Christi, adificatio Ecclesia,* *consolatio Sp. Sancti,* juxta Verbum Dei; ibi con- at esse divinitùs institutum Verbi Ministerium, tque adeò hæ sunt, divinitùs patefactæ, *Vera reli- ionis nota.*

Qui Botrum & ficus & punica mala reportant,
Exploratores credimus esse Dei.

icTerra Promissa laudatur, quod sit *Terra frumen- ac hordei, & vinearum; in quâ ficus, & malogra- ata; terra olei olivarum & mellis,* Deut. 8. v. 8. ubi ıysticè, pari ratione, vera ac propria Ecclesiæ bo- a indicantur, vide D. Pelargum omninò h. l. Hæc mnia in deserto Mundi hujus absunt, ut Num. 20. . 5. Divinâ benedictione fœcundante, *ficus & vi- is, malum Punicum & olea,* fructus ferunt, Hagg. 2. . 20. & Joël. 2. v. 22.

2. Itaque inter gravissimas calamitates est, si vel ello, vel solis æstu, vel grandine, vel per locustas c insecta, ista bona auferantur: *si comedant hostes icum & vineam,* Jerem. 5. v. 17. ut *nec uva in vite, ec ficus in ficulneâ, imò ne folium quidem supersit,* ap. 8. v. 13. *si devastet Deus ipse vineam & ficum,* ut ngratos ulciscatur, qui beneficiorum horum ipsum Autorem nolunt agnoscere, Ose. 2. v. 12. Si *locustæ & erucæ devorent vineta & ficeta,* Joël. 1. v. 7. Amos. 4. v. 9. Si nimio solis æstu exarescant, ac qua- i *erubescant Vitis & ficus,* Joël. 1. v. 12. Si *grandine, ut igne cœlesti percutiantur,* Psalm. 105. v. 32. ut

neque floreat ficus, neque fructus ferat vitis, ac spe fallat olea, Habac. 3. v. 17. Quæ Tria his ferè lo conjunguntur, ac mysticè significant *Sacrament Verbum Dei, & unctionem gratiæ Sp. Sancti*: qu bona subtrahit Deus vel per hostes & Tyranno persecutores Ecclesiæ; vel per locustas hæretico aut erucas hypocritas, fallosq; fratres; vel vim jori, grandine ac igne iræ divinæ.

3. Partes sunt, 1. *Cortex*, quem deglubere d cuntur locustæ, Joël. 1. v. 7. *Heu mihi! in tantu cuncta depopulantur, ut & arborum derodant cortic exutasq; projiciant, & omni virore consumpto, alb ramos aridosq; relinquant*, Hieronym. in fontib tamen est; *posuit Ficum Libzaphàh, in spumam*: est, adeò decorticavit, ut humor omnis ebullie in spumam, fungos & tubercula, concrescat; qu arboris emorientis vitium ac indicium est, Plin. 1 cap. 24. vide comment. meum in Joël. Deinc 2. *Folium*, quod habet *maximum umbrosissimum* Plin. Indè *perizomata* protoplastorum. Gen. 3. v. de quibus multa dixi in Volum. 1. S. Analect. p. 25 & 353. primæ *vestes è foliis arborum* consutis, apud Barbaras quasdam gentes hodiè etiamnum æquè ac ex libro aut cortice, aviumque plumis Seneca Epist. 90. Plin. l. 12. Procem. Porta lib. 1 Villæ cap. 1. sub fin. Arbor primos homines vest justitiæ exuit, miseriæ induit, ut innuit Alcimu Avitus in S. Analect. l. cit. Ambrosius de Paradis c. 13. *Justus fructum eligit, peccator folia.* Dicun non faciunt! At Christianismus non consistit i verbis, sed in factis.

Fructi

Fructibus amissis, foliis se vestit Adamus:
Qui sapit, omissis poma legit foliis.

Quicunque prævaricatur mandatum Dei, spoliatur atque nudatur, & fit ipse sibi turpis: Vult se operire quibusdam ficûs foliis, fortassè quibusdam inutilibus vel umbratilibus sermonibus, quos compositis mendaciis assuens, ad operiendam conscientiam, factiq; velamen peccator intexit, ut pudenda sua contegat, Idem Ambros. l. cit. *Deus tegat vulnera, non tu: nam si tu tegere volueris erubescens, Medicus non curabit,* Augustin. in Psalm. 32. Indè Sedulius:

Quid juvat abscondi? quoniam sua crimina nutrit,
Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti.

Qui se excusat, Deo accusat, Salvian. *Si agnoscis, Deus ignoscit,* Augustin.

Consutis ficûs foliis prætexere culpas
Frustra est: si retegas, contegit ipse Deus.

Addo aliud ex Gregorii M. 8. Moral. cap. 30. *Mens,* inquit, *quæ per jactantiam proditur, decorticata rectè ficus dicitur.* Ostende mihi fidem tuam! Jacob. 2. v. 18. Vide Alciati Embl. 127. & ibi Cl. Minoem.

Dente locustarum nudata exsuccaq; ficus:
In Vano sterilem denotat ore fidem.

4. Abjiciunt ficus non folia tantùm arida, sed & fructus. Hinc Esaias: *Omnis Cœlorum Exercitus decidet, sicut folium defluit de vite, & sicut deciduum,* נבלת *Nobéleth,* ὡς φύλλα Lxx. alii de cadivis fructibus accipiunt, *de ficu,* cap. 34. v. 4. Ex quo, aliisque similibus, rectè colligitur; mundum universum, Cœlumque ipsum cum sideribus, non tantùm acciden-

accidentaliter esse mutanda, sed substantialiter in novanda; quod agnoscit h. l. Corn. à Lap. *magis hac in re Christo affirmanti, quàm Aristoteli neganti esse assentiendum*, ut ait Chrysostomus. Sic Apoc. 6 v. 13. dicitur; *astra cœli casura esse in terram, quemadmodùm ficus abjicit* τὰς ὀλύνθους αὐτῆς, *grossos suos magno agitata vento.* Id in Consummatione seculi eventurum, non dubitandum; etsi modum fortè assequi ratione nequeamus, docet D. Cluverus ibid. Rectè dictum est: *Constat, æterná positumq́; lege est, ut constet genitum nihil.* Omnia prætereunt! *præter amare Deum.*

Si vel ab axe ruent, ceu grossi, sidera cœli;
Insanum est mundi fidere velle bonis.

Parallelum est illud Nahum. 3. v. 12 *omnes munitiones, ut ficus cum primitivis*, grossis Vulg. zeitige Feigen/ Lxx. habent καρποὺς, vel ὀλύνθους: *Si commotæ concussæq́; fuerint, cadent in os devorare cupienti.* De ficubus primitivis, *Biccurim* dictis, mox. Comparantur his propugnacula, quibus Nineve superbiebat, ut ficus arbor suis fructibus maturis, & quidem præcocibus: hi enim, ut mox, delicatiores gratioresq́; habentur, ac citissimè pereunt. Τὰ πέπειρα τῶν συκῶν vocat Cyrillus; & quia pro καρποὺς legit σκοποὺς, *speculatores ac defensores* munitionum intelligit, qui oppugnantium telis machinisq́; petiti, in terram sternantur. *Sic*, inquit, *omnis anima supernis destituta præsidiis*, εὐχερὴς καὶ εὐάλωτος, *ut citra sudorem capi possit à devorante Satana: Scriptum enim*; τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. Nullo ille cibo libentiùs vescitur, quàm electo, optimo,

io, præstantissimo. *Satanas ecce expetivit vos!* uc. 22. v. 31.

Ut Lupus esuriens inhiat prædam; ut gula ficus;
Sic Satanas animam, stet nisi firma fide.

:a Cicero: *diligentiùs urbem religione, quàm mœnia us cingendam esse monet*, 3. de Nat. Deor. - *Domi- i, Turis fortissima, Nomen!*

Quid muri, & turres, & propugnacula? Ficus,
Quæ fluat in cupidam spontè cadiva gulam.

5. Pars itaque 3. præcipua *fructus* est: *flore* pro- riè nullo. *Ficus flores non habet; sed pro floribus rossos mittit, tempore quo cæteræ arbores florent. Et uomodò flores apparent & transeunt, ad nihil utiles, isi quod secuturi fructus quidam prænuncii sunt; ta & grossi oriuntur, sed immaturi cadunt, & dant ocum maturandis, ipsi minimè habiles ad vescen- lum*. Bernhard, serm. 60. in Cant. *Flores ficus fru- tus sunt*, ut ait Plinius l. 16. cap. 25. *Sic*, inquit, *& ominum multis fortuna sine flore est*: sed ea quo- que plerumque ut ficus, *fructus est abortivus*, qui vix unquàm maturescat, uti ibid. *Quod citò fit, itò perit!*

Quæ sine flore venit Fortuna, *frequenter abortat:*
Antevenit flores grossus, abitq; citò.

Quare quod Habac. 3. v. 17. dicitur: *non florebit fi- cus*; id Lxx. rectè exponunt: οὐ μὴ καρποφορήσει τὸν καρ- πὸν, vel οὐ καρποφορήσει. Est tamen *Indica* quædam *ficus*, & ab Indis quoque *Thune* ex Hebræo *Theena*, dicta; quæ folio in terram depacta, radices agit, me- risque foliis, sine caudice aut ramis, constat, flo- resq; præmittit fructibus; miraculi causâ in hortis apud

apud nos vi ſitur, de quâ Matthiolus & Dodonæu
Fertur fructus noſtris non abſimilis, adeò plenu
eſſe ſucco ſanguineo, ut & manus tingat, inſtar mo
ri: eſu tamen inſalubri, urinam veſcentium redder
ſanguineam. Sic homo eſt, crudelis & ſævâ natur
inprimis, *lutum ſanguine maceratum*.

E folio radix, flos, fructus ſanguine plenus,
Si rogites quid ſit? Sanguinolentus homo eſt.

Eſt homo *folium* merum, Eſai. 64. v. 6. *radix* i
terrâ, undè provenit, ut blitum, Gen. 3. v. 19. *Spin*
ut in ficu illâ folioſâ, pungentes curæ & ærumna
Sir. 41. v. 1. *flos* caducus, vita Job. 14. v. 2. *fructu*
è naturâ pravâ, pleni ſanguinibus, Pſalm. 51. v. 1
Eſai. 1. v. 15. quibus omnia cogitata, dicta, facta
omneſq; animæ & corporis vires ac facultates in
ficiuntur, Tit. 1. v. 15.

6. Sunt autem in ficu *triplices fructus*. 1. *Pag
gim*, ὄλυνθοι, groſſi, Cant. 2. v. 13. dicti vel à *Pug*, defe
cit, ceſſavit: vel à *Pagag*, undè Arabicum *Pagi* cru
dus & immaturus, quod de omni acerbo & non ex
cocto fructu uſurpatur. Hinc *Beth-phage* in Evan
gelicâ hiſtoriâ, quaſi *domus groſſorum*. *Cypria fi
cus fructus quaternos fundit, toties & germinat. Se
groſſus ejus non matureſcit, niſi inciſurâ emiſſo lacte*
Plin. l. 13. cap. 7. *Lacteus ille ſuccus coaguli more la
concretum diſſolvit, corpora exulcerat, lepras & ali
cutis vitia emendat, inſtillatus plagæ percuſſis à ſcorpio
ne, venenatorum ictibus, & rabioſi canis morſibus au
xiliatur*, Dioſcorid. l. 1. cap. 145. *Aceti naturam ha
bet, lac coaguli modo contrahit, cum axungiâ verruca
tollit, quod & crudæ groſſi faciunt*, &c. Plin. l. 23. c. 7

Erg

gò ut groſſi *Judæos* ſignificant; ſic Lac illud *Do-inam Legis.* Sequitur matura ficus Evangelii, de â mox. *Noviſſimæ ficus ſalubriores quam primæ,* n. l. cit. quare *qui ſeram ficum facere volunt, gros-os, prioremve fructum decutiunt; iterum alterum t, quem in hiemem differet,* Columella l. 5. cap. 9. decuſſis Judæis & rejectis, ſuccrevit Eccleſia Gentibus, Rom. 11. v. 11. 15. *Judæorum abjectio, ntium electio.*

Excutitur groſſus Judæa, noviſſima ficus
Ut creſcens fructu ſe meliore probet.

7. Fructus ficus alteri 2. dicuntur *Biccurim*, hum. 3. v. 12. & in fœmin. ficus *Habbaccüroth*, rem. 24. v. 2. & in ſingul. *Biccuràh bitheenàh pri-ivum in ficu*, Hoſeæ. 9. v. 10. Mich. 7. v. 1. ubi x. τὰ πρωτόγονα, apud Hoſeam. l. c. σῦκον ἐν συκῇ ὄϊμον, ut & apud Jerem. Romanis *præcoces.* Athe-*Prodromi*, autore Plinio: etiam *Proterica*, quaſi ores. Gratas palato fuiſſe, pluriſq; æſtimatas, citatis ll. apparet; dixi in Volum. 1. S. Analect. 160. Superſunt, 3. Autumnales, & quæ ſub hie-m maturantur, quas *noviſſimas* dixit Plinius; μοι, τὰ πέποιρα τῶν σοκῶν, *feræ* Columellæ, He-ris nomine abſoluto *Theenim* Jer 8. v. 13. Radix obſcuro, *Thaanah* ab *Anah*, impulſionem & de-tionem; *Theunah* ab און *On*, dolorem ſignifi-: poſſisque ficum dicere *Pomum deceptionis,* od cauſſa fuit vel occaſio peccati & mortis, dolo-mque omnium. Ex veteri perſuaſione, quod lum vetitum in Paradiſo fuerit Ficus, de quo Vo-n. cit. S. Analect. p. 352. & ſuo loco. Inter bella-

ria

ria menſæ ſecundæ *Sicca* celebrantur, ſolebantq; vi-
num exponi Hieroſolymis, 1. Sam. 30. v. 12. &
cap. 25. v. 18. 1. Paralipom. 12. v. 40. Nehem. 1
v. 15. Græci ἰσχάδες, Hebræis, *Debela eſt maſſa, ſi*
Palatha, pinguium caricarum, quas in modum la
rum figurantes, ut diu illæſæ maneant, calcant atq
compingunt, Hieronymus in Hoſe. 1. v. 3. Indè pr
verbium; *Gomera*, id eſt, conſumptio, *eſt filia D*
blaim duarum maſſarum caricarum; per quas co
poris & animæ fœdæ Voluptates ſignificari poſſun
Vatablus ex Hebræis ibid.

8. Gratam præbet ficus *umbram*, ſub eâque h
bitare ſolebant Iſraëlitæ in pace. Hinc Proverbiun
Habitare ſub vite & ficu ſuâ, 1. Reg. 4. v. 25. &
c. 18. v. 31. *Comedere de vite & ficu ſuâ*, id eſt ſecu
habitare in pace, ac frui terræ bonis. Ita pax deſc
bitur ſpiritualis in regno Meſſiæ, Mich. 4. v. 4.
Zach. 3. v. 10. *vocabit quisque proximum ſub vite*
& ficum ſuam, eodem ſenſu. Quemadmodũ
hodiè vites pergulanæ ante ædes plantantur, ac
dilia ſubdialia in plateis opacant, ut olim Romæ,
alibi; ſic in Judæâ olim. Ita vidit Dominus *N*
thaneëlem ſub ficu ſuâ, Johan. 1. v. 48. 50. Neque d
bium eſt, quin & in hortis & alibi pergulas habu
rint, vitibus aut ficubus umbroſas, ſub quib
convivia agitare ſolebant. Hæ myſticè *ſignifica*
Eccleſias, ut Cant. 2. v. 13. *ubi ſub umbrâ Chriſti ipſ*
ſecurè habitant fideles, bonisque cœleſtibus fruuntu
Pſal. 27. v. 4. Sic in Zachar. l. cit. Cyrill. Eò voc
proximum quisque ſuum, Eſai. 2. v. 4 ibi tàm vit
quàm ficus, in emptas dapes, potumque miniſtra

c de *Chiâ ficu* Martialis, quæ in Setinis nata, ob
ni salisq; saporem, præstantissima habita:

Chia, seni similis Baccho, quam Setia misit,
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

ossis igitur pergulæ tali ficulneæ inscribere - ***Deus***
bis hæc otia fecit!

Degere sub ficu hac, & dulcia carpere poma
Concessum nobis munere, Christe, tuo est.

ertinet huc *Ficus* illa *Indica*, cujus rami deorsûm
enduli, ubi terram attigerunt, radices agunt, ma-
emque numerosâ propagine in orbem ambiunt,
pere quodam topiario, admirabili: Sic arbor una
vam facit, quæ umbraculo suo non tantùm pasto-
s cum gregibus; verùm etiam exercitum tegere
ossit; descripsi è Plinio, & è Clusio in Acerrâ Phi-
log. lib. 1. num 80. 81. Meminerunt alii plures
terum & recentiorum, ut nuper Mandesloë in
inerario Indico. Sic Ecclesiam sub imagine Vi-
s depinxit David, Psalm. 80. v. 9. 12. Crescit oc-
ilto velut arbor ævo! *donec totum occupet orbem!*

Indica ceu ficus numerosis stirpibus orbem;
Sic Tua, Christe, ingens efficit una nemus.

9. Sunt & alia de Ficu in S. Literis proverbia;
istoriæ item, & Parabolæ. Sic Salomon Prov. 27.
18. *Servans ficum, comedet fructum ejus: ita obser-*
ans Dominum suum, glorificabitur: Vulgatus;
istos Domini sui, &c. Servum fidelem comparat
um *Custode ficus*, qui Hebræis *Nozer:* undè Deus
ustos hominum Job. 7. v. 20. & animarum, Prov.
4. v. 12. Sic Job. 27. v. 18. mentio fit *Tugurioli*, aut
mbraculi, quod pro tempore facit Vineæ aut fice-

ti *custos*; cui domus divitis comparatur: ut ibide
texto aut telæ, quam tinea sibi circumvolvit, a
blatta, aut texit aranea. עש *Asch* tamen propr
est insectum illud, quod in vestibus nascitur, easq
arrodit & corrumpit, Job. 13. v. 28. Esai. 51. v.
Sic Deus promittit, se vineam suam custoditurum
noctes atque dies, Esai. 27. v. 3. Est igitur in citat
Proverbio, *Custos* servus, *Ficus* Dominus, *fructus* h
nos. Divites fatui & luxuriosi similes sunt Ficubu
in præruptis rupibus natis, quarum fructus corvi
graculi diripiunt, ut dixit Diogenes, vide Alcia
Emblema 73. At boni Principes Patresve familiâ
sunt ut ficus hortensis, aut in vineâ. Hujus fructu
hominibus servantur, & ideò custos apponitu
Hujus officium est noctu atque interdiu excubare
& arcere aves ac fures, cavereq; ne quid detrimen
capiat Domini ficetum. Sic enim Principum op
bus alii clàm insidiantur, alii palàm: *Grata avibu*
ficus, sed eas plantare recusant, ut Græco dicitur ada
gio, vide Erasm. Sed & ille nequam servus est, qu
præcipuas devorat ipse, hero deteriores relinqui
aut nullas; ut ille Æsopi conservus apud Max. Pla
nudem in vitæ princip. Furtivæ tales ficus dulce
gustu, sed concoctu sunt difficiles: sæpè cum fasti
dio revomendæ, quandoque strangulant. Cadiva
verò liberalis Dominus custodi donat, & partem
etiam fortè ex pacto. Nam *neque bovi trituranti o*
obligandum est, & *digna est canis pabulo*. Sed &, con
tra æstum, parandum tali custodi est tugurium
Denique fidelem in parvo expertus Dominus, u
Columellæ verbis dicam, *largitionibus prosequatur*
non-

nonnunquàm mensæ suæ adhibeat, & aliis quoque velit honoribus dignari, l. 11. cap. 1. Sic custodes ficuum suarum remuneratur Dominus Dominorum, Matth. 25. v. 23. Psal. 36. v. 8. 9. Quæ apud Cornel. à Lap. ad h. l. Proverbior. afferuntur, multa sunt; sed an apposita? id judicet, qui volet. *Principis boni ficus* elegans erit *hieroglyphicum*. Habeat ille, *lac* acidum, *fructum* dulcem; sit severus malis, bonis suavis & clemens: habeat *folium* asperum, quo teneri possint lubricæ anguillæ, ut in proverbiis est. Sit bifera, imo & trifera ficus: nec fructum promittat flore, sed florem promat in fructu. *Mitte*, ajunt, *non promitte*. Bis dabit, qui citò. *Gratia, quæ tarda est, ingrata est gratia*: Magnoq; emitur, quod constat precibus.

Quas non promittit ficus, festina dat arbor:
Gratia cùm properat, gratia grata magis.

Denique illud huc maximè facit; quod *sicca ficus & panis hordeaceus*, inter vulgares cibos, recenseantur; quibus cùm aliquandò, direpto commeatu, in fugâ esuriens, vesceretur Artaxerxes Mnemon, Persarum Rex; *Papæ*, inquit, *quàm magnæ voluptatis hactenus fui inexpertus*, apud Plutarch. in Apophthegm. Augustum Cæsarem *cibi fuisse minimi, atq; vulgaris ferè*, scribit Suetonius cap. 76. *secundarium panem*; *& ficos virides, biferas maximè, appetiisse*. Is *Athletarum* quoque cibus fuit, apud Plinium; *militum*, ut testatur quoque S. historia, l. cit. 1. Sam. 25. & 30. sed & *servorum*, ut ex Hipponacte constat, vel Ananio, apud Athenæum; qui affirmat esse τὰ σῦκα τοῦ χρυσοῦ κρείσσω. *ficus auro præstantiores*;

tiores; idque reapse comperturum, si quis multu auri, paucasque domi ficus recondat, ac duos v tres habeat alendos homines, lib. 3. Dipnosophis Pier. Valerian. l. 53. Illud quoque ad Principes Dominos spectat, quod Theopompus histor. l. 5 scribit; *cum Philippi principatu medio vere, atq; ad tempore non suo, vitis, ficus, & olea fructus pram turos edidissent; omnia illi ex voto successisse.* Contr inter *omina mortis* Alexandri Severi habitum fui *cùm Tres fici, quæ ficus eas ferrent, quibus Alexandr narum nomen est, subitò ante illius tentorium decid sent*, Lampridius. Similia exempla vide apud Schi dium in Sueton. Galbam, c. 1. ex Tacito & Tzeze.

10. Sic ἀπὸ τριβόλων σῦκα, *de tribulis ficus co ligere* Matth. 7. v. 16. Proverbium est, cui simi illud Theognidis:

Non sanè è scyllâ rosa nascitur, aut hyacinthus

Mala arbor non potest bonos parere fructus: scilice naturâ; *dabit autem & bona malos, si non colatur*; *mala bonos, si inseratur*, ut rectè Tertullianus de A nima cap. 21. Divinæ hoc gratiæ miraculo fit, olim aureo seculo,

- - *quercus sudabant roscida mella,*
Incultisq; rubens pendebat sentibus uva.

Aliud sed paullum dissimile est Jacob. 3. v. 12. *Ne ficus uvas* aut olivas edet, *neque Vitis ficus*. Ad s men nata respondent, ait Seneca, quem vide Epi 87. & Zehneri Adag. 16. Centur. 3. Dicere h possis quod Homerus Odyss. 8. - - *Non omnib omnia Dii dant munera*; vel quod Virgilus: *n omnia possumus omnes!*

N

Nec Vitis ficus profert, nec ficus olivas:
Nec dona ex æquo dat ſua cuncta Deus.

Quare rectè ſe habet illud contra φιλαυτίαν moni-
um;

Si quadam virtute nites, ne reſpue quenquam:
Ex aliâ quâdam forſan & ille nitet.

II. Hiſtoriæ memorabiles ſunt. 1. *Quod ficus & uvæ Iſraëlitas*, in deſerto peregrinantes, *ad occu-andam Terram Canaan invitaverint*, Num. 13. v. 24. upra Num. 1. Sic Eunuchus quidam *Xerxi*, inter lia bellaria, ficus appoſuit. Eas cùm guſtâſſet, bi reſcivit Atticas eſſe, quæ præſtantiſſimæ habe-antur, edicto vetuit; ne quis in foro venum ex-oſitas, vel venderet vel mercaretur, priusquàm, uantum ipſe vellet, præcepiſſet. Id de induſtriâ ictum ab Eunucho, ut Regem expeditionis com-onefaceret, quam contra Athenienſes deſtina-at, Dinon in Perſicis apud Athenæum l. 14. Sic icus *Carthaginem* delevit, Plin. lib. 15. cap. 18. Cauſamque *Gallis* præbuit, ut Italiæ ſe ſuperfunde-ent, Romamque caperent, Idem l. 12. cap. 1. Ami-rochates Indorum Rex per literas ab Antiocho oſtulavit, ut vinum dulce, caricas, & Sophiſtam nitteret, ſuo ſibi empta ære. Reſpondit ille; Vi-um quidem & caricas mittemus; Sophiſtam au-em vendi Græcorum leges non ſinunt, Athen. .c. contrà Sandanes Crœſum monuit, ne in Cap-adoces aut Perſas arma moveret; quod victor ihil lucrari, victus tot bona ſua amittere facilè oſſet: nam neque vinum bibere, neque ficos co-nedere illos, nihilque adeò apud eos eſſe lauti,

 Hero-

Herodotus l. 1. Ita *ficum vel per bella quæsisse venia sit*, ait Plinius. - *Per saxa, per ignes!*

1. *Non piguit Gallos ficus per Saxa, per ignes*
   Quærere: nos cœlum spernere, non pudor est?
2. *Ne pigeat ficus vel bello quærere: dantur*
   Non nisi Vincenti Nectar & Ambrosia.

Ergò *Militemus!* hanc quasi Tesseram dabat Josua Explorator, Num. l. cit. Quam Pertinax Imperator, signum petenti, primam dedit Tribuno, ut Severus deindè: *Laboremus!* apud Spartian. Adde parallelum de Narsete, cap. præced. num. 13.

12. Jam 2. *de ficus foliis*, quibus se Protoplasti nudos tegere volebant, diximus. Illud verò non tacendum; meliùs nos vestiisse Filium Dei, *Agnum illum immaculatum, qui molli vellere cunctorum operit vulnera populorum*, ut ait Ambrosius. *Deus tegat, non tu!* Contra proprias satisfactiones.

Pro rigidis ficus foliis, nos vestiit Agnus
Vellere: nil aliud crimina nostra teget,

Porrò, 3. *emplastrum de ficubus* memoratur, 2. Reg. 20. v. 7. Esai. 38. v. 21. Quæritur; *an natura virtute curaverit Ezechiam?* Solutio pendet, ex naturâ morbi. Ac lethalem quidem fuisse certum est. De specie litigatur. Fuisse *Sechin* indicatur, quod Vulgatus modò *ulcus*, modò *vulnus* interpretatur: Aquila, Symmachus, & Theodotion ἕλκος, ut & LXX. 2. Reg. l. c. *per quod Morbum Regium intelligi volunt, cui contraria putantur, vel sumpta in cibo, vel apposita corpori, quæcunque sunt dulcia*, Hieronym. Quia dulcia facilè in bilem vertuntur, & mel fit fel: undè morbus ille. Vocabulum tamen Hebræum

pro-

oprie significat *ulcus cum inflammatione*; qualia
nt anthraces & bubones in peste. Eâ laborâsse Re-
m, circumstantiæ indicant. Prosunt autem Ca-
:æ impositæ contra duros tumores, ad discutien-
m & concoquendum, ut ex Galeno observat
ioque Matthiolus: & lixivium è cineribus fici
ngrænas expurgat, & consumit, Dioscorid. Itaq;
positum quidem puto cataplasma, non contra-
im aut per se nocivum; sed utile, ex arte Medicâ;
jus ad laudem pertinet, quod tantus Propheta
is quoque peritus fuerit: operatum tamen in
nclamato Regis statu, tàm celerem sanitatem, ut
toria indicat, naturæ facultate, credi nec debet,
c potest. Plura Valesius in S. Philosoph. *Verbum*
nia sanat, Sap. 16. v. 12.

Nullos humanos sanant cataplasmata morbos,
Ni Verbi accedat vis operosa Dei.

13. Matth. 21. v. 19. 20. & Marc. 11. v. 13. 14. 20.
aledicta à Domino ficus sterilis, statim exarescit,
ii de eâ in S. Analect. loc. cit. Certum est judi-
im hoc Domini mysticum fuisse, ut visibili signo
dæis denunciaret instans excidium, de quo paulò
st concionatus est, Matth. 21. v. 43. & antè Luc.
v. 6 per Parabolam, de quâ mox. Itaq; fames quo-
e Domini non tàm corporalis fuit, quàm Spiri-
alis: non cibum, sed salutem populi avidissimè ex-
tebat. Illud ad literam quæritur, multosq; torsit;
quomodò ficus in arbore quæsiverit Dominus, cùm
ndùm esset tempus ficuum? 2. *Cur arborem inno-*
ntem damnârit, quæ fructus per tempus nondùm fer-
potuerit? Heinsius, ut hæc ἄλυτα ἄτοπα solveret,

Verba Marci corrigenda esse putavit, vide Wal Annotat. Sed hoc est nodum non explicare, s ferro rescindere. Neque illud satisfacit, quod int alios Franc. Lucas affert; *Sententiam maledictioni non arboris caussâ latam esse, sed significationis. Na ut arbor ficus ferret, tempus opportunum nondum a venerat; Judæi ut fructus ederent, jam diu tempus ex gebat.* At isto modo ficus non fuisset Typus Judæ rum, neque maledicto feriri debuit, quod spe Domini delusisset. - *Nihil illa nec ausa est, nec potu* Gulosi homines ficus præcoquas à rusticis per bla ditias emendicare solebant, undè de assentatorib proverbium: σῦκον αἰτεῖ, er hätte gern Feigen. It que artificio ficus etiam hiberno tempore, *alie* ut ait Plinius *anno, præcoces*, extortæ, lib. 15. cap. 1 & *qui ante tempus decerpserant, etiamsi in proprio fu do, mulctis coërciti*, Lege Platonis apud Athenæur quam vide lib. 8. de LL. pag. 916. quod viderentu gulæ aviditate, Baccho datori ingrati, & naturæ i jurii esse. M. Antonius, apud Mylium, *insani e hominis dixit, ficum hieme quærere*: tale esse, si qu præteritam quærat pueritiam jam senex. Quid e gò? Accidit hæc historia mense Martio, paucis di bus ante Pascha: Eo tempore jam maturos fuis fructus præcoquos, messemq; propinquam in Ju dæâ, certum est, & constat quoque ex Matth. 12. v. Luc. 6. v. 1. ubi Apostoli aristas carpunt solandæ fa mi, Sabbatho δευτεροπρώτῳ, quod in mensem Nisa incidit, de quo Cloppenburch. & Capellus. Qua re quamvis *nondum esset tempus Vindemiæ*, ὥρα τ τρυγᾶν, Ἀρκτούρῳ σύνδρομος, in Græcia, ut apu Plato

latonem l. cit. Tamen *prodromos ficus* κατ' οἰκονο-
μίαν in visâ arbore non abs re sperare potuit Domi-
us; & erant illæ gratissimæ; quia rariores, chario-
:s. Illud certum; *grossos* esse debuisse jam tùm, si
rbor ea spem de se fructûs præbuisset. Nam cum
rimô statim vere erumpunt in ficu, ut gemmæ in
ite, Cant. 2. v. 13. Matth. 24. v. 32. Marc. 13. Luc. 19.
t cùm prorsus *nihil, nisi mera folia*, ut historia diser-
: dicit, reperisset, nullaq; nec prodromorum, nec
:mpestivarum, autumnalium ficuum, spes superes-
t, non injuriâ maledicto percutiit arborem, - ἐτώ-
σιον ἄχθος ἀρούρης. Talis arbor erat Judaicus populus:
olis foliis luxuriabant ceremoniarum, & hypocriti-
e sanctimoniæ: fructus nulli, ne tùm quidem Vere
ieunte Novi Testamenti prodromi; nec autumnus
ierari poterat. *De Reprobis* autem sermo est; nam &
rossi tùm apparebant electi aliqui, de quibus in l. cit.
Cant. 2. nec maledicto rejecit Deus populum suum,
uem elegerat, ut docet Apostolus Rom. 11. v. 2. & 29.

14. Allusit hoc miraculo Dominus *ad Parabolam*
iam *de Ficu* & *ad visionem Jeremiæ*. Utraque igitur
onsideranda est. Hæc prior. Legitur autem Jer.
24. toto. Ostenduntur Prophetæ in visione *duo ca-*
lathi pleni ficis: Locus fuit; *ante Templum Domini*, in
ujus atrio varia fructuum genera vendebantur, ut
n promptu haberent ingressuri, quæ Domino of-
errent, ante quem nemo vacuâ manu apparere po-
erat, Exod. 23. v. 15. Matth. 21. v. 12. ut ex Ferran-
lio observat Cornel. à Lap. vel; in duobus his Ca-
istris *primitiæ ficuum* ostensæ, quas pro more, ex
ege, in Templum solebant afferre Judæi. Indè

Canephoria inſtituta à Græcis, in honorem Dionyſii aut Bacchi, quem omnium terræ fructuum ſatorem datoremq; colebant. Mos autem erat, *ut Virgines nubiles, præcipuæ dignitatis, non ſine pompâ, in caniſtris aureis, primitias omnium fructuum deferrent*; ut & *in Panathenæis, quæ ad Sacrificiorum apparatum pertinebant, quod Erichthonio regnante primitùs inſtitutum* refert ex Philochoro Suidas, vide Heſychium & Natalem Comit. l. 5. Mytholog. c. 13. Quæ inſtituta à populo Dei accepta veri per quàm ſimile eſt. Cæterum in ficubus à Prophetâ viſis magna erat *differentia*. Nam in altero Calatho erant *optimæ*, quales haberi ſolent *primitivæ* præcoces, πρώϊμοι, vel ut habet Vulgatus, *primi temporis*, quæ ineunte æſtate, aut ante maturantur, expetitæ adeò & electæ. His Deus comparat Jechoniam cum ſuis, qui ſponte ſuâ, Dei timentes, Chaldæis ſe dederant, primitiæ facti transmigrationis. Eos igitur indicat ſe Deus diligere, curaturumq; eſſe, ut ſibi ſerventur. Enimverò in altero calatho erant *peſſimæ*, quales ſunt groſſi, qui nunquàm ad maturitatem veniunt, & quæ ne *caprificatione* quidem meliores fiunt, ideoq; decutiendæ, ne ſuccum exhauriant, & ut aliis naſcituris præbeant locum. Tales erant cum Sedeciâ impio Rege, qui minas Dei ſusque deque ferentes reſtiterant, freti opibus ſuis & auxilio Ægyptiorum. Quibus Deus comminatur, non tantùm commotionem & *excuſſionem*; ſed & arboris à radicibus *exciſionem*; ac cum malis ſuis fructibus abjectionem. Tantùm ad literam *de Viſione*.

15. *Parabola* habetur Luc. 13. v. 6. *Paterfamiliâs* Deus

us eſt: *Vinea* ejus Eccleſia, Pſalm. 80. Eſai. 5. *Fi-*
, populus Judæorum & inprimis primores ejus,
erdotes, ſcribæ: *Ficus, folia tantùm amara, fru-*
nullos proferens: Tribus annis viſitatur, per Mo-
Prophetas, Chriſtum ipſum: ut Theophylactus.
ue hic *cultor* erat tàm diligens, qui jam in ter-
n annum Miniſterii omnem impenderat ope-
, ut fructu exhilararet Dominum ficus: tantâq;
itate, ut & tùm adhuc pro eâ exoraret, ac excidii
ram impetraret; quod vel cruci fixus facere non
itit; ſi fortè vel *fodiendo* & ablaqueando, per præ-
tionem ſuam; vel etiam *lætamine* ſanguinis ſui,
m illi nefandi velut ſtercus reputabant *pinguefa-*
do & opimando, ad fructus pœnitentiæ ferendos
ıcam redderet, vide Salmeron. in Parab. Evang.
ct. 21. Sed ut ficus, quæ necdùm tertio anno
tum edidit, vix unquàm editura ſperatur, atque
ò ne fruſtrà terram premat exſcinditur; ita illis
lem accidit. Sic ergò Judæi ſæpiùs ficui com-
intur ejusq; fructibus: Conſequenter etiam
leſia Catholica, viſibilis illa. *Reſpectu 1. plantatio-*
Dei beneficium eſſe ficum, omnes ferè gentes
overunt. Itaque alii *Saturno* tribuerunt, in cu-
ıonorem Cyrenenſes, ſacra facturi, ſe ficubus
entibus coronabant, Pier. Valerian. l. 53. extre-
: alii *Baccho*, quem & ideò Lacedæmonii *Syci-*
Naxii *Meilichium* cognominârunt, apud Athe-
m lib. 3. alii *Cereri* in Atticâ, quæ *Phytalo* hoſpiti
Xenium donârit, ut Pauſanias in Atticis. Sanè
naturâ amarâ, Dei quodam munere, ſoli cœ-
ingenio & virtute, *dulces edit fructus*, cujus
cauſſam

causſam indagat Plutarchus Sympoſ. 5. Quæſt.
Sicut Jecur, inquit, *bile in unum locum ſecretâ fit du*
ciſſimum; *ſic ficus contrà, omni dulcedine in fructu*
collectâ, ipſa dulcedinis manet expers. An rem acu t
tigerit? viderint Phyſici. Sol è cœlo quaſi mel a
fert, & ſuperfundit, dùm coquit & maturat. *Dem*
crito melleas ficus appoſuerat famula. Delectatus
le guſtu, nam ſapor planè mel referebat, juſſit
hortum ſe deduci, undè eas collegiſſet. Illa cauſſa
ſciſcitata, cur eò tenderet? cùm Democritus r
ſpondiſſet; cauſſam ſe dulcedinis percupere, inſp
cto nativo ſolo, invenire; aſſide, inquit, menſæ: e
ponam: Ego in vaſe, quod melle imbutum pri
fuerat, repoſueram, Plut. Symp. 1. Quæſt. 10. N
ſtra certè omnis dulcedo à gratiæ divinæ melle eſ
nec ab intùs manat, undè nil niſi merus amaror; ſ
ἄνωθεν ſuperfunditur. Itaque loc. cit. Jer. 24. Deu
Ego, inquit, *plantabo! ego dabo cor!* ſcilicet, *quod n*
ſolùm opera, ſed & voluntas noſtra Dei nitatur aux
lio, ut ait ibid. Hieronymus.

16. Pergamus: Similis eſt Eccleſia ficui *reſpect*
2. educationis: Culturâ enim eget: effodienda, abl
queanda eſt, & ſtercoranda. *Foditur anima, quan*
dò decutitur temporalium curarum pulvis, & allevia
tur ipſa. Stercus verò circumponitur per ſeveram pæ
nitentiam, quandò quis ſe abjicit in vitam ingloriam
propter animæ ſalutem, Theophylactus. Fodienda e
ligonibus Apoſtolicis, ſtercoranda *humilitate*, vid
Ambr. in Luc. l. 7. ubi pulchrè Judæi cum ficu ſteri
conferuntur. Lex fodit, radices retegit, ſtolones re
ſecat: Evangelium lætamen addit: Porrò 3. ſimil
quoqu

ioq; *respectu fructificationis*: magna utrobiq; fru-
uum differentia est. Mixtura in externo cœtu Ec-
esiæ Bonorum Malorumq; perpetua est. Boni bo-
: sunt ficus: alii tamen quasi grossuli in vere pue-
iæ, alii quasi præcoces in adolescentiæ æstate, alii
iasi serotinæ in senectutis autumno, & quidam
iam sub hiemem maturescunt; gratiâ, non naturâ.
c *per Tres annos*, Luc. 13. *Tres ætatum status quidam*
telligunt, ut Theoph. & Athanas. qui dicitur, in S.
ript. Quæst. 36. *Multi enim*, inquit, *in senectute de-*
ùm resipuêre: qui per afflictiones fossi, & per tenta-
nes recepto stercore frugiferi facti, protulêre virtu-
n, sic in Catenâ Corderii in Luc. Sic ficus Ecclesiæ
ovi Test. primo *statim vere*, quandò vox Turturis
Baptistæ, & posteà Apostolorum audita est, gros-
s protulit, quorum aliqui, ex Judæis scilicet, con-
antes maturuêre, alii inutiles excussi perierunt,
ant. 2. l. c. Ab hoc die cœpit Deus benedicere
agg. 2. v. 20. quo fundatum est Domini Templum.
cutæ sunt *præcoces ficus*, primitivæ Ecclesiæ, primæ
ılcedinis & præstantissimæ, ut Act. 2. v. 46. 47. & 4.
32. Quales olim in Veteri Populo, de quibus Hoseæ
9. v. 12. Patres Sanctissimi: *sed gaudium illud Dei*
n fuit nisi exiguum: quia non diu steterunt, Aben.
sra ib. Deo quasi bolum eripuit Beelphegor, ut ib.
quitur apud Prophetam: scil. Priapus ille Moabi-
cus, egregius hortorum custos. At in Novo Testa-
ento tandem *autumnus* fuit, plenæ collectioni Ju-
æorum & Gentium. Deniq; 4. *respectu visitationis*.
dit enim hortum suum Dominus. Stant in conspe-
u ejus, & in atrio Templi ficus omnes; *eò quod cun-*
cta scien-

cta scientiæ ejus pateant, Hieronym. in Jer. Neq
mixtim hic versantur boni malique: *Novit Domi-
nus, qui sint sui*: jam secreto judicio discrevit,
suum quosque calathum. Interim ficum ad Tem-
pus visitat *Gratiâ*: dùm longanimis pœnitentia
exspectat, culturamque adhibet, exorante Chri-
& operante per Spiritum suum. Nisi fructus sequi-
tur, visitabit in *irâ* quoque, exscindet, abjiciet, cr
mabit. Securis jàm ad radices posita est. Sic eve
Judæis ultimo excidio: sic olim Israëlitis Dece
Tribuum. *Fuit gloria eorum sicut Biccurah fi*
præcox ante æstatem, furum aviditati in prædam e
posita: *quam qui adspexerit, vix in manum a*
ceptam, statim deglutire solet. Es. 28. v. 4. ὡς πρ
όδρομ@ σύκε: ὁ ἰδὼν αὐτὸ, πρὶν εἰς τὴν χεῖρ
αὐτε λαβεῖν, θελήσῃ αὐτὸ καταπιεῖν, LXX. elega
ter. Tàm avidè itaque expetebantur: notandum
que tempus præcocium, ante æstatem.

17. Simus ergò per gratiam *bonæ ficus*, adeptam
que bonitatem ostendamus 1. fructu, non flor
2. fructu dulci, 3. præcoci & serotino, 4. copios
& perpetuo, quales ex Onesicrito tradit Plinius i
Hircaniâ esse, nostris dulciores, fertilioresque, ut qu
modios CCLXX, singulæ ferant, l. 15. cap. 18. Et qu
ficus facillimè perdit fructus ante maturitatem, Iden
l. 16. cap. 26. Perseverantiam à Deo flagitemus
humilitati studeamus; nam & ficus altiùs evecta f
tuas gignit ficus, Salmeron l. cit. *prodestq́; summ*
cacumina ferro amputare: sic firmiores arbores & f
raciores fiunt, Columella de Arborib. cap. 21. sæp
conscientiamDeo & Ministris ejus retegamus; *ga*
d

et enim ficus assiduâ fossione, Palladius in Martio; & ossunt ejus generis innumera dici, de culturâ cuîque ficuum, deque earum morbis & vitiis, quæ udiosè collegit Porta l. 5. cap. 16. Ita fructu dulci eum & homines delectabimus, umbram quoque ratiorem præbituri non inanem, & meram umram. Neque de Cœlo tangemur, Psalm. 11. v. 6. roverb. 3. v. 25. Nam & *ficum negant fulmine tan-*; quod quidem Plutarchus *amarori & pravæ quaati stipitis adscribendum censet: talia enim cœlo non ngi, ut nec phocæ pellem, aut hyænæ*, Sympos. 5. uæst. 9. Sed diligit Deus ἱερὰν συκῆν, ut Athenis dicebatur, Psalm. 116. v. 15. multò magis curat, perennet, quàm Romani *Ruminalem & Navin* suam: *persuasi divinis responsis, quamdiu ea vieret, libertatem Populi Romani incolumem mansum*, de quâ Plin. l. 15. cap. 18. & ibid. Dalechamp. Festo, Tacito &c.

18. Addam his aliqua miscellanea, 1. *Ficus uminalis* sub Imperio Neronis, *quæ annis CCCXXX. steterat, ab eo tempore quo Remi Roulíq; infantiam texerat, arescente trunco deminuta, idque prodigii loco habitum, donec in novos fœtus viviſceret*, Tacitus 13. Annal. extremo. Accidit nno U. C. 812. Christi 59. omen fuit, desituram Nerone Cæsaream stirpem. Eodem ferè temre cœpit emori ficus Judaica, excisa decennio ft: revixit tamen in Ecclesiâ Nova, duraturâ usque ad Mundi finem. 2. Apud Salmeronem l. cit. tè dictum habetur: *Hoc habet ficus, ut in alterius ciei arborem inseri nequeat, ob eximiam dulcedinem,*

nem, quam non potest derelinquere: ita Justus alte non nititur, neq; fidit, nisi tantùm divinæ bonitati & dulcissimæ misericordiæ. Repetit quodammodò Cornel. à Lap. laudo ἀπόδοσιν: Sed ficum inseri etiam moro, & platano, & tiliæ aliisque, rei Rusticæ Scriptores docent, vide Portam. 3. *Fumus è crematis ficûs lignis mordacissimus est, & lixivium è cineribus summam habet vim abstergendi,* Plutarch. Sympos. Quæst. 10. exempla iræ divinæ in reprobos statuta & edita efficacissima sunt ad pœnitentiam medi. Mit dieser Laugen muß man den Gottlosen zwagen Apoc. 14. v 10. 11. Mich. 2. v. 6 &c. 4. *Philippus Pers. Pater R. Macedonum cùm Asiam incursionibus vastaret, commeatus inopiâ, in cibaria Militum ficus accepit missas à Magnesiis: quare Myunte potitus, locum Magnesiis tribuit,* ex Polybio Athenæus. Pro ficubus fidelibus suis æternam urbem donabit Christus Matth. 10. v. 42. Luc. 19. v. 17. 18. Mitto alia quàm plurima, & ad finem festino, ne ficus nauseam pariant.

19. Supererat *fabula de Ficu* ex Judic. 9. v. 10. Sed de eâ commodiùs in Oleâ dicam, & dedi jam expositam in Paradigmat. S. concion. Exemplo, 52. Ex dictis apparet, Ficum arborem, esse Symbolum. *Theologicum* Ecclesiæ: *Politicum* Boni Principis, ut & Judic. modò alleg. *Oeconomicum* æque Boni Patris-familiâs: Eadem cum fructibus suis designat *Verbum Dei S. Scripturam: de his ficubus dixit David: quam dulcia faucibus meis eloquia tua! ex his cataplasma fit Ezechiæ,* ita Lauretus. Sic Mercurio, τῷ λόγῳ τρισμεγίστῳ, Sacra faciebant Ægyptii melle & ficu, dicentes: *Dulcis est veritas!* Plutarch. de Iside & Osiride.

Ext

xtat elegans Passeratii *de Ficu* carmen, in quo
eraq; recapitulantur, quæ huc usque dicta sunt, &
a adduntur, quæ ad Verbum Dei suaviter possint
commodari: ut - *Cereris sunt munera Ficus.*

1. *Hoc dignum Phytalo pretium Dea flava benigni*
Rettulit hospitii.
2. *Ficus Erechtheas - insignibat Athenas.*
Ficum indè efferri nec fas nec jura sinebant.
3. *Ficus habet lactis nivei, rutiliq; saporem*
Mellis, & Ambrosiæ similes cum Nectare succos.
4. *Ficus alit pueros, longumq; educit in ævum.*
Sollicitæ Ficus panem atque obsonia plebi,
Attentisq; solet cœnas præbere colonis.
5. *Illa Jovis flammas, & tela Cyclopea temnit.*
6. *Continuò appensasq; jubet tenerescere carnes.*
7. *Dùm properat prodesse simul frondetq; paritq;.*
8. *Apta - scutis eadem est signisq; Deorum.*
9. *Cinxerit indomiti tantummodò colla juvenci,*
Sponte truces animos, & corda ferocia ponet.

erbum Dei 1. *Donum est*, quod Hospes ille Pa-
iarcharum contulit, & Filius ejus ad homines di-
ertens, Hebr. 1. v. 1. Est 2. *insigne Ecclesiæ* & nota
us publica, Psal. 147. v. ult. nec efferre licet,
eut. 4. v. 8. *Dulcedo* 3. Super mel & favos, Psal 19.
11. Est 4. *cibus* animarum - *petite hinc, juvenes-*
ue, senesque,

Finem animo certum, miserisq; viatica canis.

sal. 119. v. 9. 2. Tim. 3. v. 15. 16. Securos 5. præstat
fulmine, Psal. 1. v. 3. 4. Proverb. 13. v. 13. &c. 6. *Ef-
cacia* mira, confer. Ezech. 36. v. 26. Philipp. 1. v. 11.
roverb. 30. v. 5. 2. Petr. 1. v. 4. Esai. 11. v. 6. 7. Quæ-

rit Plutarchus, *qui fiat, ut recens mactata carnes, si ficu suspendantur, tenerescant?* Respondet, acrimoniam arboris, & Spiritum indè exhalantem in causa esse: ex eâdem *Taurum, quamvis ferocissimum, fici alligatum, mox mitescere, tactum admittere, & ferociam deponere,* Sympos. 6. Quæst. 10. Plinius: *Caprificus Tauros quamlibet feroces, collo eorum circumdata, in tantum mirabili naturâ compescit, ut immobiles præstet,* l. 23. c. 7. ubi multa de Medicinis ficuum, quæ huc referre liceat: ut illa; *juvenum vires augent; senibus meliorem valetudinem faciunt, minuunt rugarum: sitim sedant, calorem refrigerant.* Et l. 15. c. 19. *Panis simul & obsonii vicem siccatæ implent.* Catoto, *cibaria ruris operariis justa, ceu lege sanciens, minui jubet, per fici maturitatem,* de Re Rust. c. 56. *Salutis ficubus casei vice vescebantur,* &c. Grossulos ex melle edebant, Macrob. Saturn 3 c. 20.

20. *Ficus in Vineâ,* ut Luc. 13. Verbi Divini Ministrum, *Ecclesiæ Doctorem* significat. Nam 1. ut ficus eminet, 2. populum pascit Verbi dulcedine, Ribera & Corn. à Lap. in c. 1. Joël. v. 7. Ad hæc 3. *mira hujus pomi festinatio, ad maturitatem properantis arte naturæ,* Plin. lib. 15. c. 18. Sic ille doceat non coactè, 1. Pet. 5. v. 3. *nullius terrenæ rei, sed solius mercedis cœlestis intuitu,* Beda ibid. & ut ficus bifera, ἀκαίρως καὶ εὐκαίρως, 2. Tim. 4. v. 2. non flore inani verborum, sed fructu, 1. Cor. 2. v. 1. 4. prodromos edat in se, ut producat serotinas in auditoribus, 1. Tim. 4. v. 12. 16. ne sit arbori bis mortuæ similis, ut ait S. Judas Epist. v. 12. ἐν τῇ τοῦ καρποῦ ἀποβολῇ, καὶ ἐν τῇ τῶν φύλλων ἀποῤῥοῇ, ut ib. Oecumen. 4. Præ-

beat

eat *umbram* fessis, consolando; *anguillas stringat* ſpero folio, hæreticos confutando; *Tauros domet* roces, vi Spiritûs coërcendo. 5. Mundi *Caprifi*-*um* adſitam patienter ferat, muſcasq; indè evolan-es, quibus fructus pietatis ad maturitatem perdu-antur. *Est enim Caprificus è silvestri genere ficus unquàm maturescens: sed quod ipsa non habet, aliis ibuit. Culices parit, qui fraudati alimento in ma-e, ad cognatam volant, crebroque morsu ficorum ria aperiunt, solemque inducunt & cereales auras*, in. 15. 19. Hinc *Caprificatio*, quæ & hoc præ-at, *ne decidant ficus*, ib. de eâ multa Theophra-us de Cauſſ. Plantar. l. 2. c. 12. & 13. ubi & illud: *se qui caprificandum non censeant, quod ficus eva-nt deteriores: itaque cùm vendunt, clamitant: us se venum dare non caprificatas, idque ad pre-um referre putatur plurimùm.* Sed Doctores *ἀνερίναστοι incaprificati*, inutiles ſunt. *Non Tentatus ualia scit?* Sir. 34 v. 10. *Fructus*, 6. S. Miniſterii cus ſunt, ſcil. auditores: boni quidem bonæ, ut ixi; ſed non omnes æquè: ſunt enim multi *πρόσ-καιροι*, ut groſſi cadivæ, Luc. 8. v. 13. 14. & quidam bliis ſimiles, ſine fructu, ut hypocritæ. Neq; hoc ex efectu virtutis optimæ arboris; ſed vitio vel docen-um, vel diſcentium, aut & peſtium extrinſecùs, quæ lurimæ ficubus in feſta ſunt, ut Luc. 8. v. 5. 12. ic culices, formicæ, cochleæ. Patiuntur ipſæ ſuos iorbos; Scabiem, & quaſi podagram ac chiragram, *adicationem & cradationem* vocant ex Theophra-to, de quibus Porta. Sic apud Joëlem inter ficuum eſtes recenſentur locuſtæ, bruchi, erucæ,

 & inju-

& injuriæ cœleſtes, quas dicunt, non tacentur, c. 1
v. 4. 7. 12. Amos, 4. v. 9.

21. *Voluptates & bona Mundi caduca* ficus quo
que ſunt, ut Eſai. 34. v. 4. Nahum. 3. v. 12. Apoc. 6. v. 1
quæ Rabſaces, Diabolus, promittit ſibi obſequenti
bus, Eſai. 36. v. 16. cupiuntq; qui Ægyptum reſpi
ciunt, Num. 20. v. 5. pertæſi duræ & difficilis pere
grinationis in Patriam cœleſtem. Quos *Sycophanta*
non injuriâ dixeris, de quo nomine Athenæus l. 3
& Suidas aliique. Sunt enim Sycophantæ propri
qui & συκωρεὶ, ficuum inſpectores, & συκολόγοι, qu
de ficubus loquuntur, Φιλόσυκοι ficuum amatore
ut indicat Autor Etymologici. *Sycophantarum*
maximus eſt Diabolus; *qui & Deum calumniatu*
eſt, Gen. 3. v. 2. *& homines, ut Jobum*, cap. 1. Suida
Sunt mundi bona ὡς σῦκον ἐφ' ἑρμῆ, ut *Ficus ſacr*
Mercurio. Nam qui ficum primitùs conſpexera
eam huic dedicabat, quam fas erat auferre volent
Heſych. & Suid. Indè Proverb. Manè minùs no
cent comeſtæ ficus, confer Matth. 21. v. 18 Sed *mer*
die morbiferæ ſunt. Sic Nicophon in Sirenibus apu
Athenæum: *Si quis ficus meridie recentes eſitaveri*
& obdormiſcat, febris protinùs curſu advolat. Si qu
gloriolam, aut *opes* deſideret, adhuc infirmus, veni
dignus videbitur. *Pueri puerilia tractant*. At *magn*
magna decent! 1. Cor. 13. v. 11. c. 14 v. 20. Tob. 1. v.
Crudæ ficus nec ſtomacho utiles, & voci contrariæ in
telliguntur, Plin. 23. cap. 7. Itaque Demetri
Scepſius ſcripſit, *qui ficis abſtinent, vocaliores eſſe*
ideoq; Hegeſianacta, cùm pauper eſſet initiò, egregiu
Tragœdiarum actorem & Hiſtrionem evaſiſſe, vo
admo

admodum sonorâ; quia per annos octodecim ficum non gustâsset, apud Athenæum, l. cit. Quid? quod hæ Mundi ficus veneno sunt illitæ. Sic *Liviam* quidam produnt Augusto Cæsari mortem attulisse. *Nam cùm Cæsar αὐτοχειρίᾳ συκάζειν, ficus manu suâ carpere & comedere soleret, quandam Livia veneno illevit: cumq; ipsa comederet innocuas, illi τὰς πεφαρμαγμένας obtulit*, Xiphilinus ex Dione. Fecit, quod Eva Adamo. *Corvus* Apollinis Minister, *missus ad fontem, ut Diis ad libandum aquam deferret, cùm vidisset arbores grossos habentes, volans in eis consedit, donec maturæ fierent, & aquam deferre distulit, Apollo iratus, hac eum ignominiâ dicitur affecisse, ut quamdiu fici coquerentur, corvus bibere non possit, ideò quod guttur habeat pertusum illis diebus* In rei memoriam inter astra stat corvus cum cratere. C. Cæsius Bassus in German. Aratéa, & Hyginus in Astron. Poët. At nostros φιλοσύκους, ut Epulonem Evangelicum, æterna manebit sitis, Luc. 16. v. 24. Oseæ, 2. v. 3. ſ. 12. Denique in hac ficu pendens crepuit Judas proditor. Nam *dum sitit lucrum, pervenit ad laqueum*, Leo M. juxta Juvencum;

Informem rapiens ficus de vertice mortem.

22. Adjicio in cumulum pauca, huc usq; dilata, emblemata. 1. Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρὸν, *reperit Deus ipse nocentem?* vide Erasm. Adag. - *fuga per terras, fuga nulla per undas*, ex Valerio Flacco.

Lubrica ficulnis foliis anguilla tenetur:
Sic fuga deprensis non patet ulla malis.

Vide Alciati Emblem. 21.

 2. *Didi-*

2. *Didicisse fideliter artes!* vel - *vi Sacra mitio agno!*

1. *Compescit Taurum collo circumdata ficus:*
   Emollit mores culta Minerva feros.
2. *Est sacer in Verbo, quo corda agitante calescunt*
   Spiritus: hic Taurorum effera corda domat.

3. *Novit Deus suos!* ex Jerem. 24.

Esse Deum, & pariter novisse bonosq; malosq;:
In foribus Templi bina canistra docent.

4. *Bonos exercet noxa malorum!*

Ut fera per culices cultis caprificus in hortis
Maturat ficus: Sic Deus ipse suas.

5. *Sibi malus, aliis bonus.*

Quo caret, hoc aliis malus affert sæpe magister:
Possidet ingenium sic, Caprifice, tuum.

6. *Manet altâ mente repostum.* vide Camerar. Emblem. apud Mylium.

Clàm crescens tandèm Caprificus marmora rumpet:
Erumpit clausus corde aliquandò furor.

7. *Rumpit, ut erumpat.*

Omnia perrumpit fastus: sic sæpè, papaver
Exeat ut fici, findere Saxa solet.


Sic Tertullianus dixit Præscript. cap. 36. *Etiam de papavere fici gravissima & suavissima; ventosa & vana caprificus exsurgit: Ita & hæreses, degeneres veritatis grano, mendacio silvestres, de nostro fructificârunt, non nostræ.*

8. *Dulce venenum!*

Sæpe venenato ficus necat illita succo;
Sæpeq; pestiferum dulcia virus habent.

Has meritò quis dixerit ficus *Cauneas. Cum Marcus*

Craf-



SYCOMORUS.

assus exercitum Brundusii imponeret, quidam in rtu caricas Cauno advectas vendens, Causeas clamitabat: quasi moneret Crassum, caveret, ne iret, Ciro 2. de Divin, Plinius l. 15. cap. 19. Secuta apud rthos strages, & cædes Crassi. Tantum de Ficu.

CAPUT XXXV.

De Schikemim, Sycomoris.

DE Sycomoro jam aliquid dixi *in Cedro* cap. 21. num. 12. Præter ibi explicata S. ripturæ loca, Esai. 9. v. 10. ut & 1. Reg. 10. v. 27. 2. Paralip. 1. v. 15. ac cap. 9. v. 27. in quibus dicir tot, Salomonis curâ & studio, plantatas fuisse ssim Cedros, quot vulgò nascerentur Sycomori; *er* adhuc in Veteri Testam: & *semel atque iterum* gitur in Novo. Atque ut ex istis jam citatis locis; isse Sycomorum *arborem* in Judæâ *frequentissiam, campestri solo gaudentem*; quomodò Bellous refert, se in ipso limite Palæstinæ, propè Carssara sivè diversorium aliquod Arabicum, Sycooros vidisse, serie quâdam in planicie dispositas, eluti apud nos juglandes l. 2. observ. 78. ita por- apparet ex citandis; crevisse non minùs freuentes *in Ægypto*, ac propter *eduleis fructus*, non inus atque vineas, in pretio habitas fuisse. Undè ter plagas Ægypti memoratur, quod *Deus vieas & Sycomoros*, [moros habet Vulgat. ut & D. utherus Maulbeerbäum; nam nullum habet peegrina arbor vernaculum nomen. LXX. tamen *υκαμίνους*,] *grandine percusserit & perdiderit*,

Psalm. 78. v. 47. vel. 52. Fructu illo *victitabant pau*
peres, nec maturescebat, nisi scalperetur ferreis un
guibus, Amos. 7. v. 14. Denique *altam magnam*
arborem esse, folio & adspectu moro similem, fru
ctu ficui, colligitur, ex historiâ Evangelicâ de Za
chæo, Luc. 19. v. 4. 5. vide quoque Luc. 17. v. 6
Superest locus, 1. Paralip. 27. v. 28. qui indicat à Da
vide quendam fuisse *præfectum* reditibus *olearum* &
Sycomororum in campestribus sitarum: vel ut habe
Vulgatus: *super oliveta & ficeta*, Adeò hujus quo
que arboris proventus ratio fuit habita, ut & i
census regios referretur. Itaque hæc altera qua
fuit messis.

2. Est autem *Sycomorus*, describente Diosco
ride lib. 1. cap. 144. *Arbor magna, fico similis*, πολύ
κομος, *foliis mori: pomum ter aut quater fert in anno*
non ramis, ut ficus; sed caudice ipso: caprifico non
dissimile, dulcius grossis, sine granis interioribus: quod
non maturescit, nisi ungue, aut ferro scalpatur. Nasci
tur plurimùm in Cariâ, Rhodo, locisque non mult
tritici feracibus; ubi proventu fœcundo restibilique ju
vamentum adfert, cùm annonæ caritas premit. Ea
dem ferè Theophrastus, qui addit *materiem ca*
sam continuo virere, neque siccari, nisi aquâ obrua
tur: Quare lacubus & stagnis demergi, madefa
ctamque in profundo siccari, & tùm superfluitare, atque
innatare. Genera ejus duo sunt. Quam descri
psimus, *Ægyptia* vocari solet. Alterum *Cypria* dici
solet, quam depinxit Rhauwolff p. 57. Arabes
Mumeiz appellant, aut *Jumeiz*, & cum articulo
Aljumeiz: In Ægypto Christiani indigenæ *Tin* et

Pha-

haraòn, ficum Pharaonis. Cairi incolæ, Solis ardo-bus admodùm vexati, ad arborum perpetuò viren-um umbram confugere coguntur: eam ob causam ultis urbis locis, & per compita & publica fora Sy-moros colunt & alunt, Bellon. 2. observat. cap. 37. *icus nostris similes essent, nisi putamen rubrum habe-nt, ovi essent magnitudine, & perpetuò fissæ ac hian-: parum grati saporis, magni tamen census universæ Ægypto,* Idem cap. 40. *Hortus est propè Memphin,* airum, descriptus quoque ibid. à Bellonio, *El lataria dictus à lustratione,* ubi Christus cum Vir-ne Matre diu habitâsse fertur, & fons in eo, Bal-mi hortum irrigans, in quo illa Filium sæpè lavâs-, ejusque fascias & pannos eluisse perhibetur. *In quoque ingens Sycomorus, jam à mille & quingentis nis religione Christianorum nobilis: Vigent etiam-m cacumina lætis frondibus, caudex tamen circa dices fœdè mutilatus; nam iidem, qui arborem oscu-humectant, ejus particulam de solido frequenter ab-ndunt: animi intemperantis stultâ curiositate labe-ctantes, quod affectu pio servare præstabat. Sunt plures circa villas & prædia Sycomori ibidem, tantæ olis, ut vel terni homines circumplecti nequeant,* eslingius in Prosp. Alpin. cap. 6.

3. *De nomine* & significatione eleganter dispu-t Mercerus in Amosi cap. 7. v. 14. 1. Quæ Luc. 17. 6. συκάμινος dicitur, eandem esse, quam idem vangelista cap. 19. v. 4. vocavit, συκομωρέαν: si ymon attendatur, συκομορεάν dici debuisse. Dio-orides συκόμορον appellari notavit, eoque nomine ræci Interpp. aliquandò usi, ubi Lxx. συκάμινον

 posue-

posuerunt, quod & Grotius annotavit: Corn. Cel-sus nomine inverso *Morosycon* dixit: 2. *Elias ad radices Kimhi*, putabat Sycomoron dictam à Græcis quasi *ficum fatuam*, μωρὸν σῦκον. Sed vera originatio est, quod arbor folio mori, fructu sit ficus, ut descripsit quoq; Plinius, sub nomine ficus Ægyptiæ, l. 13. c. 7. Jam 3. Errare ait Mercerus, qui *Schikemim* genere masculino putant esse aliam arborem, quam *Schikemot*, quod vocabulum tantùm Ps. 78. legitur genere fœminino: Hanc esse ficum *Ægyptiam* dictam multò laudabiliorem; at Schikemim peculiarem *Palæstinæ*, ficus agrestes ferentem. Ratio ejus quod multa in utroq; genere reperiantur. Neq; singulare esse *Schekem*, aut *Schekam*, nisi fortè Arabicè nàm in Thalmudicis passim reperiri *Schikema* fœmininum. 4. Idem errare putat nonnullos recentiorum, qui deducant hoc nomen à Verbo *Schakam* quod bis legitur Judic. 5. v. 7. *Schakamati, surrexi*: quasi dicas, arborem in altum assurgentem. Non putem tamen hanc etymologiam omninò reprobandam. Radix שכם, permutatis inter se *Caph & Kuph*, propriè significat, *matutino tempore, matureq; parere se, & expedire*. Quod arbori huic optimè convenit. 1. Quia fructum non differt *in ramos*, sed *ipso statim candice* protrudit. 2. *Fœcundo proventu est. & si fructus scalpatur, mox maturescit, ut quarto die demeti possit*: 3. *alius illicò subnascitur*, 4. *ita septeno partu fit numerosa arbor, per singulas æstates*: 5. *subnascitur etiam, si non scalpatur, fœtus quater æstate, prioremq; expellit immaturum*, ut Plinius l. c. Hoc ut arbori huic planè singulare accidit, quòd adeò festi-

net,

t, seq; *maturè expediat*, copioso proventu; mirâ
turæ benignitate alimenti necessarii copiam sub-
nistrantis; ita nomen indè accepisse, puto, veri-
illimum esse. Sic Amygdalus *Schaked* à festinan-
. Nec aliundè nomen virile *Sichem*, Συχὲμ LXX.
od denotaret hominem agilem & expeditum.

4. Ab hoc Hebræo *Schikemim* Græcum est συ-
κιν⊙. De quo tamen lis est inter Interpp. *an*
orum significet? Et Salmasius quidem citant.
alæo in Luc. 17 probat, *Sycaminon antiquos Græ-*
Scriptores appellasse morum arborem & fructum
. Morum autem rubi dici fructum τῆς ἀγρίας συ-
μίνου. Indè pertendit apud Lucam l. cit. non *de*
omoro, sed *de moro* sermonem esse. Quod & Vul-
o visum, & D. Luthero. Neq; hic reprehendi de-
, quod *Schikemim* quoq; verterit, *Moros* simpli-
r, Maulbeerbaum; quod necessitate fecit, cùm
prium nomen nostra lingua non habeat. Ipse
eronymus in Amos c. 7. ait, *nonnullos putare συκά-*
genus esse arboris in Palæstinâ, in Campestribus
cens, & ficus agrestes afferens, quæ nisi vellicentur,
arissimas Caricas faciant, & à culicibus corrum-
tur. Sunt qui addant. folitas infuso oleo dari familia
sum. Nobis verò, inquit, *quia solitudo, in quâ mora-*
ur Amos, Thecoitica, nullam hujusmodi gignit arbo-
, magis videtur rubos dicere, qui afferunt mora, ac
orum famem & penuriam consolantur. Sed huic
umento respondet Corn. à Lap. *Schekem* alibi
sim, etiam ipso Hieronymo interprete, verti
omorum, vel morum; Et regionum naturam
feracitatem, variis temporum mutationibus,
aut

aut culturæ defectu immutari ac perire. Add
quod ex Bellonio & aliis constat, neque hodiè r
ram adeò in Arabiæ confiniis, quâ Palæstinam atti
git, esse hanc arborem : & quod olim frequenti
fuerit, hominum cura ac cultura fecit, ut ex 1. Par
lipom. cap. 27. cit. certum : quâ caussâ hodie quo
copiosa in Ægypto provenit : quia tùm umbræ gr
tiâ, cùm fructus & census colitur studiosiùs.

5. Ut loco Amosi lux afferatur, quæro 1. *Qua*
ille Sycomorum vellicâsse se dixerit ? 2. *Quomod*
3. *Quo fine ?*

Quam ? duo genera describunt Dioscorid
& Plinius ex Theophrasto : *Ægyptiam*, de q
dixi num. 2. hæc fructu prædulcis est, magnitudi
ficus, & adspectu, non tamen æquè ventricoso,
ait Veslingius, ovali figurâ, ut Bellonius. 2.
priam, cujus grossi non maturescunt, nisi incis
emisso lacte : magnitudo eorum *sorbi*, ut Plinius, a
pruni, ut Dioscorid. Hanc, ex relatione Sergii R
sii Archiepiscopi Damasceni, describit Corn. à La
frequentem Syriæ, fructu mespili formâ & magnitu
ne, rubescente, & dulci, sed non perindè, ut ficus. In
gnam haberi, quæ in hortis & vineis colatur, in viis
ri, & fructus Vulgò colligi; inde proverbio dici :
ut gemmayz, ita dici, *in horto :* q. d. rhamnus in
oleas, anser inter olores. Hæc igitur silvestris qu
Sycomorus est, & Caprifico quodammodò simil
ut Theophylactus & Euthymius Luc. 19. pos
runt. Neque dubium, quin de hac loquatur P
pheta. Quanquàm & illam præstantiorem Æg
ptiam, passim in Palæstinâ, studio cultam, red

Reg

egni Davidis jam olim auxisse, nullus dubitare de-
at. *Quomodò* vellicârit? dubium faciunt variæ
rsiones vocabuli בולס *Boles*, cujus radix nuspiam
peritur. Græci habent ἐρευνῶν, κνίζων, χαρακῶν,
est, κεντῶν, ὥςε γεῖεδζ πέπειρα, Hesychio: *Vel-
are* Vulgatus habet: alii *stringere, perquirere*, etiam
mportare, D. Lutherus, ablesen. Nos illud eliga-
us, quod ingenio hujus fructus proprium, qui nō
ulis fit, nisi scalpatur. Undè & *finis* manifestus:
ictum sibi indè quæsivisse Prophetam. Id respon-
t Amasiæ exprobranti: *fuge in Patriam, ibi como-
panem, & propheta!* quasi ventris caussà fameli-
s hoc prophetandi munere fungeretur. Acerba
lectatio, sed animosa responsio Amosi. *Non sum
·opheta*, ordinarius scil. &c. *bubulcus sum*, non pa-
delicatorum hominum assuetus; sed pauperum
astorum cibo, quem præbent viles Sycomori,

Cornaq; & in duris herentia mora rubetis.

am per speciem genus significâsse, nihil puto pro-
bet, vide quæ de h. l. dixi in Quinquagena Festal.
oncion. Rabbini, qui negant *Spiritu Prophetiæ
ienquam afflatum nisi divitem*; Amosum fingunt
oc cibo victitâsse Prophetam, *quod sese afflixerit
ropter delicta Israëlitarum*; ut Chald. alii *compor-
isse* mercede conductum; alii in esum boum aut
ecorum. Verùm quid opus erat nugis?

6. Varias Patrum *Allegorias* vide apud Laure-
um in Silvâ, & Corn. à Lap. in Amos. c. 7. & Luc. 19.
heophylactus in c. 17. Luc. *Sycaminum* ait esse
Diabolum, *quod nobis autor sit & alumnus seculi Ver-
nis, propter cogitationes quas generat. Foliis enim*

Syca-

Sycamini pasci vermes, qui conficiunt serica. Eu
per fidem è corde eradicandum & in abyssum perditi
nis abjiciendum esse. Idem per Sycomorum, vel u
habet *caprificum*, in quam Zachæus adscendit visu
rus Dominum, *fatuas mundi voluptates* intelligit
Ambrosius, *Judæorum Vanitatem*: adscensus pe
Pœnitentiam fit, quâ calcatur; descensus per hu
militatem. *Nemo*, inquit Ambrosius, *potest Jesu*
videre constitutus in terrâ: Chrysostomus in Caten
Lucæ citatus, *Christum Aucupi* eleganter compara
Egregius, inquit, *auceps ab arbore animam deduc*
calamo, amite, virgâ quasi viscatâ, *sermonis*. Hoc ei
Salutare Aucupium.

Pipilat, ut timidus Zachæus in arbore passer:
Attrahit hunc verbi pertica, Christe, tui.

Crucem Christi Cornel. à Lap. & Lauretus, vel ipsu
Crucifixum, Sycomoro similem dicunt. Et co
gruit sanè 1. *propter Mundi contemptum*. Undè
μωρὸν τοῦ Θεοῦ, 1. Cor. 1. v. 23. 25. 2. *propter paup*
rum cibum, Matth. 5. v. 3. 6. 3. *propter fœcundu*
proventum, Apoc. 22. v. 2. Proverb. 3. v. 18. 4. *Re*
gium censum, Psalm. 96. v. 7. 5. *vellicationis officium*
Johan 5. v. 39. tunc enim, ut Augustinus ait, *dulce*
scit, cùm dilucescit. Non sapit nisi meditanti, 6. *Vu*
nerum adspectum: Verè enim ferreis unguibus scal
ptus est Jesus Christus in cruce, ut nobis esset dul
cior, Psalm. 22. v. 17. 7. *putamen rubens & sangui*
neum, Cant. 5. v. 10. 8. *Saporem dulcamarum*
Thren. 5. v. 16. Luc. 23. v. 28. 30. Psal. 34. v. 9. Ac
hæc 9. *propter unicum* in fame *solatium*, Amos. 8. v. 1
Genes. 41. v. 55. & 10. in æstu *refugium*, Cant. 2. v

Ha

ancSycomorum olim coluerunt Prophetæ & vel-
ârunt. Hujus curæ præfecit David Cœleſtis mini-
os ſuos, 1. Cor. 2. v. 2. Hæc in horto *Materea*
ſcitur, in Eccleſiâ, quæ animarum purgationi de-
:ata eſt, Eſai 1 v. 16. amplectenda fidelibus & oſcu-
ıda. Luc. 7. v. 45. Adde 11. *ligni mirum ingenium.*
: quo etiam Plinius: *Materies inter utiliſſimas.*
ſa ſtatim ſtagnis mergitur. Hoc eſt ejus ſiccari. Su-
eam, ut lenteſcat, dureturq; & ad fabrilem mate-
turam apta fiat, *alienus humor, qui aliam omnem*
at, humoreque corrumpit. *Et primo ſidit*, fun-
mq; petit, *poſteà fluitare incipit*, & emergit, *idq;*
ıum habet tempeſtivæ, cùm innatare cœperit. Sic
ıriſtus crucifixus deſcendit, ut adſcenderet, Eph.
v. 9. 10. aquæ ſuperfuſæ non nocuerunt. Cant. 8.
7. Hinc vaſa gratiæ & gloriæ, Dei ſuppellex, 2.
m. 2. v. 20. &c. Naſcitur in campeſtribus, corde
mili gaudet. Hinc rectè videtur Jeſus! Mundi
:omoros, ut Ægypti, perdet Deus, Pſal. 78. fides
ıdicatas projiciet in mare, Luc. 17. utinam paſſim
:ſceret in omnibus viis noſtris, pluresque ſint
comori quàm olim Cedri! Nam per fidem ſe in
rdibus propagat Chriſtus, ut fiamus ipſi ſimiles,
h. 3. v. 17. Rom. 8. v. 29.

7. E multis, quæ hinc peti poſſunt, aliqua dabo
blemata.

Ad hiſtoriam Luc. 19. *Feſtina, deſcende!*
Ocyùs adſpectò deſcendere oportet JESV!
Ne teneant triſti dulcia poma morâ.
Deſcendit ut adſcendat. De ligno Sycomori.
Sycomori lignum cùm mergitur, enatat: & mens
Freta Deo nullis obruta ſidit aquis. 3. In

3. *In Mundo immundo mundus*, Jacob. I. v. 27.
Sycomorus mediis intacta levatur in undis;
Inq; luto mundi mens bona munda manet.

4. *Beati pauperes!* Matth. 5. v. 3.
Spernit spernentes hæc ficus, pascit egenos:
A Christo exspectet non nisi pauper opem.

5. *Laboranti!* 2. Thessal. 3. v. 10.
Hos fructus ut edas, ferratis unguibus antè
Scalpe: laboranti dat sua dona Deus.

6. *Virescit vulnere virtus.*
Cottana ceu crebro dulcescunt vulnere: sic mens
Dulcior adversis fit, meliorq; malis.

Cottana ficus Syriæ peculiares, caricis tamen mino-res sunt, quales in Sycomoro, Plinius l. 13. cap. 5.

7. *Dolor & voluptas invicem cedunt:* - medio d fonte lepôrum surgit amari aliquid.
Acre parit dulcis ceu Cypria ficus acetum;
Lætitiæ ex ipso tristia fonte fluunt.

De *aceto Sycite*, Plinius l. 14. cap. 16. Columella l. 1 cap. 17. fit Alexandriæ quoque ex Sycomoris, Dio-scorid. l. 5. cap. 24.

8. *Adspiret modò mitior aura!*
Dulcescit Zephyro perflante Ægyptia ficus;
Aura modò adspiret cœlica, dulcis ero.

Fructum Ægyptiæ ficus, quam Sycomorum nonnu vocant, indigenæ ferro leviter scalpunt, ut tamen arbore relinquant. Is vento agitante intra triduum maturescit, odorus & esu jucundus: præsertim si Fa-vonius adspiraverit, Athenæus l. 2. Hac spe boni in patientiâ sustentant.

9. Denique est quædam *Pseudosycomorus* dict in It

Italiâ *nusquam nisi in Monachorum claustris nasci-*
r: floribus stellatis purpurascentibus, & admo-
m odoratis, racematim cohærentibus. *Baccas*
t virides, fœtidi ingratiq; saporis, deleteriæ faculta-
, quas ne aves quidem ullæ degustant: Osseo intus
xagonoque nucleo, *è quo Monachi verticillos*
iunt, quibus funiculo trajectis mulieres suas nume-
it preces, Matthiolus, qui & depictam exhibet, &
usius in Hispan. p. 55. *Blandum venenum!*

Falsa uti Sycomorus: quos flore invitat, eosdem
Interimit fructu blanda superstitio.

CAPUT XXXVI.

De Bacha, Moro, Pyro.

VOcabulum בכא *Bacha* quinquies legitur, de quo Marinus in Arcâ Nohæ: *ferè*
ertum est, quid significet. Communiori sententiâ
Pyrus, vel Morus arbor, à fletu fortasse dicta, juxta
rami & Thisbæ fabulam, etsi nobis caussa ignota sit.
o arbitror, locum extitisse omnibus notum, quod ibi
igna mororum copia esset. Nonnullis est rivulus
uæ è terrâ erumpens, ad pedes montis: per trans-
ionem eleganter sic dictus, quasi illius planctus, à ra-
e בכה *Bacha scilicet: vel est Toar montis propriè,*
od magis arridet, ex quo pluribus locis aqua scatu-
et. Nos singula loca expendemus. 1. Est Psal. 84.
7. *Transeuntes in vallem Habbach, fontem ponent*
m. Hoc est, per vallem ubi sunt mori arbores,
sicco & arido loco crescentes: quam ad festa ad-
endentes Hierosolymam ita fodient, aquas edu-

 cendi

cendi gratiâ, ut tota quasi vallis in fontem abea
Schindlerus. LXX. habent, κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶ
νος, Vulgatus, *vallem lacymarum*, quos sequuti
D. Lutherus: das Jammerthal / Thränenthal: al
vallem fontis, ubi fons, per lapillos decurrente ri
vulo, leni murmure quasi planctum edit; *alii valle*
fletus; nam *habbachah* per ה in fine, fletum sign
ficat, & inde fontem, qui ut aquam emittit, sic ocu
flentes lacrymas: alii *vallem Mori*, ut Tremelliu
id est *aridam & sitīculosam*, quibus locis gaud
morus; ita Vatablus, Rob. Sephani. Hic etsi nu
lo argumento appareat *Bacha* morum esse, sensu
tamen non est adeò obscurus. Beatos prædicat Da
vid, qui, ad festa inprimis annua, frequentare po
sint domum Dei: qui, quamvis vel per Valle
Habbacha, quod certum locum designare satis ma
nifestum est, eumq; siticulosum & desertum, iter fa
ciant; tamen studio suo & frequentiâ passim ciste
nas effodiant, & fontes, ut totum locum quasi fon
tem efficiant. Sic faciunt fideles in *valle* hac *mis*
riarum. *Cisternæ & fontes* Templa & Scholæ sun
ubi aqua consolationis.

Arida contendunt qui per loca consita moris;
Cœlestes optant, queis recreentur, aquas.

Moros, præcipuè albas, in siticulosis locis nasci, m
râ naturæ benignitate, audiemus. Qui per Ara
biæ Syriæque solitudines hodiè iter faciunt, *aqua*
in utribus secum deportant, ut ex Ægypto olim i
Syriam profecturi *in hydriis*, Herodotus l. 3. que
lege, quo modo Arabum Rex Cambysi, per arid
loca Ægyptum cum Exercitu petenti, aquam su
ministra

iniſtraverit? Qui magno beneficio incolas, aut
eregrinos demereri volunt, *puteos* alicubi *effodiunt*
tiſſimos, qualem prope Sues deſcribit Bellonius
2. cap. 55. aut *ciſternas*, cap. 71. & 100.

2. Deinde *Bechaim* fit mentio 2. Sam. 5. v. 23.
iterum v. 24. eademq; repetitur, 1. Paralipom. 14.
14. & 15. ubi, cum Philiſtini irruptionem fecis-
nt, Deus juſſit Davidem, *ut a tergo invaderet*,
*regione Bechaim: cumq; audierit ſtrepitum in cacu-
minibus Bechaim, quaſi incedentis*; tùm de adventu
ei confiſus, fortiter aggrederetur hoſtes. Ex
io loco *Bacha* arboris eſſe nomen probatur. Sed
jus? Lxx. habent ἄλσος τοῦ κλαυθμῶνος, *lucum
loco fletus*; & locis poſterioribus, ἄπιον poſue-
int, id eſt, *pyrum*, ut & Vulgatus; cæteri fere
orum, Hebræi tamen veſtutiores apud Hiero-
ym. in Tradit: *Bechaim Idola* interpretantur; non
uod iis non niſi lacrymis ſacrificaretur, ut apud Cor-
el. a Lap. ſed quod mortuorum eſſent ſimulachra,
gna luctus, annuoq; planctu culta, ut Sap. 14. v. 15.
ul. Firmic. de Errore Profan. Relig. Fulgent. in
Iytholog. &c. Fuiſſe locum, qui *Clauthmon* dice-
tur, ſive ἄλσος λεγόμενον κλαυθμών, prope Hie-
oſolymam in valle Raphaim, Joſephus lib. 7.
ap. 4. & alii inde teſtantur: neque abſurdum
t credere, Moris conſitum fuiſſe, quæ luctus Sym-
olum ſpecie præferrent, & a luctu nomen habe-
ent. Eum ipſum locum eſſe, qui Judic. 2. verſ. 1.
ochim a flendo dicitur, putat Cornel. a Lap. ibid.
ii alibi; quod perſequi nihil opus eſt. Illud unum
x hac collatione claret *Bechaim fuiſſe arbores*;

quare & in Targum est, 2. Sam. 5. l. cit. אילניא *Ilanaja*, quod Hebræi dicerent *Elonim*, de quo Quercu suprà.

3. Si pergas quærere; *utrum Mori fuerint, a Pyri?* nescio, an, non dicam rationibus, sed tantù conjecturis ullis, explicari possit? videamus tame De *Bachà* arbore hæc ex S. literis habemus: *loc gaudere siticulosis*, vallibus, & campis aridis: *foliosa esse*, & agitante vento magnos edere strepitus: *si vam facere densam*, & opacam, ut tectus umb exercitus Davidis, à tergo potuerit supervenire ho stibus non advertentibus: denique *à fletu* verisim etymologiâ appellari; viderique adeò, plantata ἐν κλαυθμῶσι, sivè iis locis, quæ à fletu, in rei alic jus mœstæ memoriam, nomen essent consecut Putant enim à radice בכה *Bachah* dictam, qu significat *flere*, cum ejulatu aut gemitibus. Affi בוך *Buch*, animo turbatus, perplexus fuit, ex r pentino luctu & mœrore, ut nesciat quis, quò vertat. Videtur quoque *Bacca* dicta à *Bacha*, mc fructus. Hæc *Moro* convenire facilè probatu Sabulosa loca quærit, gaudetque cæmentis; indè ruderibus seri solet. Sicco loco fructus parit sapidi res: humidis, frondosior fit, Porta l. 5. cap. 17. solitudinibus, ubi magni æstus, naturæ benefic nascitur, ad reficiendos peregrinantes. Testis H bertus Thomas Leodius de Friderico II, Electo Palatino l. 6. p. 106. Præmissus ille, *in Valle flu Ana*, *Ubedam*, ut pararet Principi hospitium, ja animam agenti Comiti Pincernæ, & sibi, salute attulit, repertâ inter dirutos muros arido & sitic

lo

ſſo campo, moro, &c. *De foliis*, notum eſt: ver-
tur enim ante oculos. Nemora quoque indè
pacat, quod non adeò celſo caudice exſurgit.

Usq; minùs fiat ſævis obnoxia ventis,
Iratiq; Jovis telo fugit ardua morus.

aſſeratius in Moro. Apud eundem, quæ ſequun-
r, huc etiam ſpectant:

Morus in antiquis arbor gratiſſima Lucis.
Omina ſanguineis non ſunt niſi triſtia moris.

am Vulgò *funeſta putant de ſanguine mora*, ex fa-
ılâ Babyloniâ, de moro candidâ in nigram mutatâ,
emini in Nomenclatore ſuprà cap. 3. num. 9. Ita-
ıe ſomniorum Interpretes *mora ſanguinem, vul-
ra, cædes, ſignificare* docent, ut Artemidorus, lib. 1.
p. 75. Demetrius Ixion apud Athenæum mora
ıtabat dici, quaſi αἱμόῤῥοα; *ſanguinea* vocat Vir-
lius, & *cruenta*. Hæc pro *Moro*.

4. Contra *Pyrum* verò iſta: 1. quod Diopha-
s habet, *gaudere frigidis, aquoſis, & uberibus lo-*
. 2. Quare Theophraſtus ait, *in Ægypto, propter
lorem inhoſpitalem, & ſilveſtrem & mitem malè ſe
bere*: 3. & quanquàm *Syriam* dixit Plinius *pyra
ore nigro donare*, quod ad luctum fortè aliquod
gumentum præbeat; Tamen, 4. nuſpiam in S. Lite-
memoratur *pyrus*, neq; nomen aliquod Hebrai-
m legere memini. Arabibus *pyra eſſe humechte*, ni-
nendoſus eſt locus, notat Serapion cap. 114. Ter-
llianus inter arbores Sodomiticas, intùs favillâ
enos fructus edentes, recenſet *pyra, Perſica*, ut
o loco dicam, autoritate Poëticâ. Mitto alia:
c cauſſam reperio, cur Bechaim vel Græci ἄπια,

vel Vulgatus *Pyra* verterit? *Non omnis fert omni tellus*. Pyra puto Europæ tàm peculiaria; quàm palmas & Sycomoros & alias Syriæ & Ægypto: no quod his nulla pyra fuerint; nam præter *Syriaca* etiam *Alexandrina* nominat Plinius l. 15. cap. 15. se quod rara, nec fortè in silvis. Sed viderint docti res. Addam tamen non nulla. 1. Nomen *Pyrus*, *pyrum*, Græcam originem indicat; πῦρ ignis est, בער *Baar* ardendo, undè nostrum Brennen / Feuer. Retinent nostri, Biren. Notatio sump à *figurâ*: quæ pyris *turbinatior*, ut Plin. l. 15. c. & quasi Pyramidalis. Malim tamen dici *Pyrum* ἀπὸ τοῦ πυροῦ, à *frumento*, aut πύρυς, id est, *edulio, a mento*; undè Theocrito πυρναῖον quod edule est Hebræi בר *Bar* dicunt, undè *Far*. Nam pyra 2. inter cætera poma prima ferè in cibos venerunt; cocta, aut siccata maximè laudantur. *Argivorum pueri quibusdam feriis per jocum se βαλλαχράδας a pellabant: quod sub Inacho pyris silvestribus victit rint; & tùm primum Græcis in Peloponneso, py cognosci cœperint; undè & illa Apia Terra à pyris*, Pl tarch. in Quæst. Græc. 51. Quæ confirmant, Sy pyra olim non fuisse familiaria: quare cùm Inac in Peloponnesum traducti, cùm novo cibo adsu scerent, *Bar* Syriacè appellârunt. *Vino & aquâ c quuntur, atq; pulmentarii vicem implent*, Plin. l. c & lib. 23. c. 7. *decocta mirè salubria dicit & grat* In sole arefacta, Birenschnitz / oder Spältlein / *hi mis temporibus, non minùs ac ficus aridæ, cibaria r sticorum adjuvant*, Columella l. 12. c. 14. *Fit & v num de pyris: quod hieme durat, primâ æstate acesc*

Pall

alladius in Februar. cap.25. Id quodq; largiùs sumtum inebriat; ipse porcos vidi, devoratis fracibus, ost pressuram residuis, ebrios, miros dedisse ludos. ruda tamen pyra noxia sunt, *onerosa etiam valentius*, & quædam strangulant. Undè Proverbium: *am facilè, quàm Vulpes pyrum comest*, & illud Schoe Salernitanæ - *sine vino sunt pyra virus*, de quo ide ibidem doctissimum Interpretum Renatum Moreau, p.545. &c. Deniq; 3. *Apion* dictam Pyrum, ; ἥκιστα πίνουσαν, vel *quod locis siticulosis nascatur*, ndè & ἄχιν dicta sit quasi ἀχὸν, ut habet Etymog. quanquàm hanc rationem secuti videantur Græci illi, qui *Bechaim* verterunt Ἀπίους, ut dixi; ugæ meræ. *Pyra solo juvantur irriguo, &, ut genus oc arboris proficiat, frequenti humore, & assiduis fosonibus colendum est*, Palladius l. cit. Quare si à πίνω πι@, oportet ut *Alpha* illud non στερητικὸν sit, ed ἐπιτατικόν. Nam & comesta pyra potum desiderant: juxta vulgatum illud;

Cum pyra manducas, pro consuetudine ducas,
Ut citiùs potes, quicquid habere potes.

4. *Species* tàm multæ, ut neq; numerus constet, eq; nomina, vide Plinium, Columellam, Macroium; adde & Athenæum l.14. inter recentiores inrimis Portam. *Prima adventu decerpiq; properania, Superba ideò dicta sunt: parva sed ocyssima*, Plin. .15. cit. Zuckerbirn / Muscatellerbirn. Imago Φιαύτων & præcocium ingeniorum. Sed *serotina in yemem usq; ad matrem pendent gelu maturescentia*, ervarique diutiùs possunt, Ibid. Præcoces sunt ὠκύμοροι.

Ut pyra mox pereunt, nimium properantia carpi,
Ingenium præcox dulce, peritq; citò.

Quare *festina lenté.*

Ut pyra, quæ durent, serò de matre recedunt:
Sic hiemem præcox vix feret ingenium.

Illud omittere non libet Horatii *de Pyris Calabri hospitis*, l. 1. Epist. 7. nam, quia Calabri hoc fruct abundant, valde sibi liberales videbantur, si pyr ad nauseam usque & vomitum conviviis apponerent, hortarenturque & devorare largiter, & domum absportare; addito etiam verborum lenocinio, quo donum commendarent, elegantes homines & urbani: se tanti pyra facere, ut nisi auferan paullò post porcis relinquenda sint. Ita, inquit,

Prodigus & stultus donat, quæ spernit & odit.

Digna dignis! stultè liberalitatem ostentat, qui dat quæ nolit accipere.

Dignis digna dato: Calabri non more coloni
Da pyra; mox porcis objicienda tuis.

5. Redeo ad *Morum*: 1. Maccab. 6. v. 34. *Elephantis ostenditur* αἷμα σταφυλῆς καὶ μόρων, *ut acu antur in prælium. Sanguis mororum*, succus est ill sanguineus. Quæritur, *quomodò ostensus? quo fin & effectu!* Valesius in S. Philosoph. cap. 82. oculi tantùm objectum fuisse putavit. *Sic in Hispani* inquit, *qui tauros agitant, rubris induti vestibu prosiliunt, ut irritent. Frivolis*, aït Seneca, *turba mur, & inanibus. Taurum color rubicundus exci tat: ad umbram aspis exurgit: ursos Leonesq; mapp proritat*, de Irâ l. 3. cap. 30. At Serarius vinum ru brum & succum mororum *in potum præbita* disputat

it. 1. Quod 3. Maccab. cap. 5. v. 1. & 30. Elephan-
os legamus, *vino mero, thure copioso temperato*,
rgiùs potatos *efferari* solitos. 2. Quod Ælianus di-
it; *Elephantis pugnaturis vinum, non modò ex uvis,
d etiam ex oryzâ factum propinari*, Fullonius nupe-
us & doctus interpres conjungit utramque senten-
am. Mihi prior placet, ut simplicior & textui pro-
iùs accedens. Vino poto, præsertim addito *thu-
, quod largiùs haustum maniam adfert & interficit*,
ioscorid. 1. cap. 70. efferari Elephantos, certum
t. Sed neque rubro opus est; neque mororum
ccus, naturâ frigidus, ad inflammandum quic-
uàm opis adferet. Denique vini meri haustus non
icò operatur furorem, sed ex intervallo. At in-
r ipsa prælii initia rubro colore confestim irritan-
erant Elephanti. *Quomodò id fiat?* bene docet
alesius, quem vide. Novi ipse, qui conspecto san-
uine statim deficerent animi deliquio: ita iracun-
& sanguinis sitientia, aut eum metuentia, ani-
alia, hoc colore objecto phantasiæ, ad vindictam
ovocantur. Sed & *candidâ veste in rabiem agi
lephantos*, autor est Plutarchus de Fort. Alex.
at. 1. objectum enim visibile, candore excellens
nsum afficit vehementer, terretque & spiritus
ncitat. Idem Plutarchus monet mulieres, ut iis
stineant, quibus mariti irritari possint: *Nam &
i Elephantos tractant, splendido, & qui Tauros pu-
ceo vestitu non uti: & Tigres, tympanorum circum
lsatorum sonitu, ita in rabiem agi, ut se ipsas discer-
nt*, in conjug. Præcept. Denique Sanctii in 1.
accab. l. c. singularis opinio est; *non efferari* vino

 rubro

rubro conspecto has belluas, *sed animari: quo ita in memoriam iis revocetur, eo vini medicamen to morbos suos ac vulnera sapiùs fuisse curata: hác enim medicinâ uti solere Indos*, ex Æliano l. 13 cap. 7. Sed quid mororum sanguine fiet? & qui si Elephanti hoc remedio non antè usi? Cùm satis certa habeamus, incerta persequi quid atti nebat?

6. Seges hinc variorum Emblematum. 1. *Opi nio terret!*

Frivola perturbant animos. Ita sanguine mori,
In rabiem Barri sæpè feruntur agi.

2. *Irritare cave:* non est placare suave: ut vulgat rhythmo dicitur.

Puniceis Barrûm qui tractat, vestibus uti;
Irritare virum non solet uxor amans.

3. *Nondum usque ad sanguinem!* Hebr. 12. v. 3. vide Locum.

In pugnam exacuunt Elephantos mora cruenta;
Et Christi nequeat nos animare cruor?

4. *Fac illis Domine, sicut Madian!* Psalm. 83. v. Judic. 7. v. 22.

In rabiem & cædes hostes oratio vertit:
Tigridas ut bombis Tympana pulsa suis.

5. *Fide & simplicitate!*

Ut rubor & candor Barros; ita Dæmona terrent
Sanguine tincta Fides, puraq; simplicitas.

7. Addam alia: ut 6. Sericei velleris gratiâ, u ait Porta, crebra sunt mororum hodiè in Italiâ plan taria. Hinc Chrysostomus in Catenâ Luc. 17. v. *Quemadmodùm mori foliis vermes nutriuntur; sic*

Diab

iabolus per technas suas & insidias seculi altor ex-
it, vide cap. præced. num. 6. Aliter Ambrosius in
icam. l. c. *Mori fructus primùm albet in flore, de-*
dè jam formatus irrutilat, maturitate nigrescit: sic
iabolus ex albenti angelicæ flore naturæ, & potestate,
tilante prævaricatione dejectus, tetro inhorruit odo-
, fortè potiùs nigrore, *peccati* Sic illi per συκά-
νον arborem apud Lucam, Diabolum mysticè in-
llexerunt. Est autem Morus Græcis eadem μορέα
συκαμινέα, Dioscorid. Græcis etiam μορέαι Sa-
æ Minervæ oleæ, autore Seleuco in Etymolog.
:. Μόρ☉ verò *mors*, à μείρω, ut σπόρ☉ à σπείρω,
id. hinc fortè Μόρα, propter colorem nigrum &
ccum cruentum, morti Sacra. Undè fabula illa
ibylonica, vide suprà num. 3. Quæ notatio cum
ebræo *Bachà* satis concinit. ibid. Arabes תות
uth vocant, Serap. cap. 132. & Hottinger. At
ebræis טיט *tit lutum*. Species duæ, alba & nigra.
ipiens arbor dicta, quod serò germinet, & inter
imas fructificet, vide Plinium & Alciat. Pulchrè
isseratius.

Sit pudor insanis, Morus sapit: *illa doloso*
Nil temerè credit Zephyro: nam veris adulti
Jam certum exspectans solem, non germinat antè.
Frigoris infesti quàm cuncta recesserit aura,
Tum floretq́; viretq́; simul, longæq́; rependit
Damna moræ, atque unâ totam se nocte profundit;
dè ait *Prudentia* Sacram esse, Sit nobis imago Cru
. *Hinc vescor & vestior!*
E moro pasti nent stamina serica vermes:
Me cibat & vestit mors tua, Christe, simul.

Jam

Jam, 7. *Tardè consulta, propere rem gere.* Delibe-randum diu, quod statuendum semel est,

Tarda viret, fructus properat mox edere morus;
Consilio tardus, promptus & esto manu.

8. *Dubios praenoscite casus!*
Prospiciens hiemis differt se exponere morus;
Qui sapit, exspectat tempus, & ante videt.

9. *Tres humanae vitae aetates.*

1. *Flore albet, rutilat crescens, matura nigrescit*
Morus & aetatum tempora trina notat.

2. *Mora, ut acerba, & acuta dein, sunt dulcia tandem,*
Fit sensim humanum mitius ingenium.

Mnesteus apud Portam: *Mori germinatio sera, maturatio cita. Diu enim vires colligit, inde virium collectarum impetu facto, tam celeres progressus ad germinationem facit, ut sonitum facere videatur. Fructus statim ab ortu candidus, mox rubeus, cùm maturuerit ater: sic succus primùm acerbus, deinde acutus, tùm dulcis,* &c.

CAPUT XXXVII.
De Hadàs Myrto.

1. SExies legitur hoc vocabulum, quod myrtum significare plerique consentiunt. 1. Inter festas frondes, quas in Scenopegiis gestare mos fuit: Nehem. 8. v. 16. ubi LXX habent φύλλα μυρσίνης: de quo loco suprà cap. 2. num. 25. 2. Esai. 41. v. 19 & 55 v. 13. ubi illi: ἀντὶ τῆς κονύζης, vel ἀναλήψης μυρσίνη: quasi dixerit, *pro urticâ myrtus*: Proverbium de fortunâ in melius mutatâ, de quibus locis actum

ctum cap. 4. num. 1. & 11. Denique tribus vicibus
achar. 1. v. 8. 10. 11. Qui locus superest expenden-
us. Videt Propheta 1. *Ducem*, non Alexandrum
Macedonem, ut voluit Arias Montanus: nec Mi-
haëlem, aut Gabrielem, Ecclesiæ Tutelarem An-
gelum, de quo & pro quorum isto altero pugnant
Ribera, Castrius, Sanctius, Cornelius à Lap. quos
de; sed ipsum *Dominum & Salvatorem*, Esai. 63.
2. Psalm. 45. v. 4. 6. Apoc. 6. v. 2. & 19. v. 11. 13.
c Hieronymus, Cyrillus & alii, quos citant, *Eccle-*
arum magistri, ut & Hebræi apud Galatin. l. 3.
p. 24. Ejus describitur 2. *Equitatus*; sedet enim
equo ruffo, ut se indicaret esse ἐμπειροπόλεμον, καὶ
δεῖτα τὰ τακτικὰ, Cyrill. Exod. 15. v. 3.

Bello armantur equi, bello hæc armenta parantur.

olor vel *sanguinem ejus* significat, cujus vi & me-
to semper debellavit hostes Ecclesiæ suæ, ut
achar. 9. v. 11. Apocal. 19. l. cit. vel *iracundiam*,
nguinem hostium jam jam effusuri, ut Cyrill. &
ai. 63. l. cit. 3. sequitur *situs*: stabat enim *inter myr-*
ta ἐν μέσῳ μυρσινεώνων, etsi LXX. habeant *inter duos*
ontes: in profundâ valle. Additur deniq; 4. *comi-*
tus, equitum Angelicorum ala, Ecclesiæ auxilia-
s; sed hæc jam non sunt hujus loci, quæ apud In-
rpp. legi debent. Tota visio Consolatoria est.
rgumenta ducuntur *à Dei præsentiâ*, justâque
hostes Ecclesiæ sua iracundiâ; *ab Angelorum* pro
ei populo excubantium, *frequentiâ* & industriâ;
à paternâ Dei, intercedentis Filii intuitu, *benevo-*
ntiâ. Dulcissima imprimis Ecclesiæ cum Myrteto
omparatio, de quâ statim.

2. Undè

2. Undè nomen *Hadas* acceperit, & Græcu
μυρσίνη, velut apud Galenum μοῤῥίνη; nescio a
quis explicârit? Nam quod Radix *Hadas* significe
salit, aut *festinavit*, Thalmudicis; nescio quomo
dò convenire debeat? *Edessam* Syriæ & *Edissam* Si
ciliæ urbes *à myrtetis* dictas docet Bochartus in Ca
naan, p. 602. & hoc cognomen fuisse Estheræ, ple
riq; ex Esth. cap. 2. v. 7. Eadem est *Atossa*: verisimi
liter *à pulchritudine*: undè & Arabibus, Æthiop
bus, Thalmudicis טוס *thus* & Græcis ταὼς, ταῶν
pavo, avium pulcherrima. Undè proverbium i
floridè vestitos: πόθεν ὁ ταὼς ἦτ☉; *undè nobis h
pavus?* apud Lucian. in Nigrino. *Pulchram alite*
vocat Panegyristes Maxim. & Constant. *Pavonu*
formosum gregem, Phædrum dixisse notum, fab.
Neque abludit Syriacum טס *thas*, quod *auri br
cteas* significat: undè nomen *Thaso* insulæ, Bocha
tus pag. 425. Quomodò pavo P. Syro,

Plumato amictus aureo, Babylonico:

Nam qui ταὼς derivant ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶ
quod pennas laudatus *expandat*, puto nugari. Nequ
insolens, unius organi literas, *Daleth & Theth*
permutari. *Hadassam* igitur & *Atossam* crediderir
dictam *Venerem*, pulchritudinis & Amorum præs
dem Deam. Quam & Romani *Murtiam*, id es
μυρτίαν dixerê, Plutarch. Quæst. Rom. 20. Eode
sensu *Esthera* dicta; quod nomen Persis, Græcis
Latinis & nobis *astrum*, stellam, einen Stern/
per ἀντονομασίαν, Veneris, significat. Arabibu
tamen Myrtus, *As* dicitur, ut apud Serapion. cap 9
& cum articulo *Alas*. Sic Chaldæus interpres Esth

ra

n ait dictam *Hadassam*, id est myrtiam, *quod justa rit: justos enim comparari* לאסא *Laasa myrto*, mpè apud Esaiam ll. cit. ut Bochartus cit. p. 602. *a* autem Syris dici potuit myrtus à medicinâ vide hindler. in אסה *Asah*. Et indè fortè per πρόσθεσιν vilium literarum *Hadassa*. Sed hæc doctioribus inquo, qui judicabunt quoque, annon & μύρ- & μύρτον, ut apud Nicandrum & ejus Scholia- n, ut & μυρσίνη, ab Hebræo fonte? quasi dicatur *orasa*, myrrhina myrtus, aut ab *amaritudine*, dè & *mare* Latinum & μύρον *unguentum*, ex cau- mox dicendis: sivè à principatu; *Mara* Syris *mina*, undè *Martha*.

3. Est autem *myrtus* inter arbores, quod *rosa* er flores: *utraque Sacra Veneri, propter eximiam lchritudinem. Quare apud Eleos in Templo Gra- rum hæ Veneris Comites stabant; una rosam, alte- talum*, propter lusus juvenum, *tertia myrti fron- n manu gestantes*, Pausan. in Eliac. poster. l. 6. n procul à fine.

Populus Alcidæ gratissima, vitis Jaccho,
Formosæ Veneri myrtus, sua laurea Phœbo.

ulta de myrto Plinius l. 15. cap. 29. nos ea breviter abimus, quæ huc spectant. *Species* variæ: Cato censuit *nigram, candidam, & conjugulam* dictam: æ fortè *Tarentinæ, Exoticæ, Nostrati* dictæ apud nium respondent: prior *folio minuto*; posterior, am putat dictam conjugulam, aut conjugalem, *ulo*; media *densissimo*, *senis foliorum versi- s*, &c. Est & alia *sativa*, alia *silvestris*. Hæc humi- r frutex; illa culturâ in arborem quodammo- dò

dò adolescit: quæ tamen neglecta in fruticem redit. *Baccæ* colore differunt, & odore. Ex nigris fi *vinum* simile, & ex albis album. Si non siccentur gigitur oleum, cui etiam vini Sapor quidam, & simul pinguis liquor inest. *Odoratissima* est in Ægypto: spirat autem gratum odorem foliis & *floribus*; è quibus, his maximè, stillatitius liquor elicitus suavè redolet. Ripis & marginibus aquarum litoribusque lætatur, ac humidis umbrosisque vallibus: frigidis tamen locis non solet mansuescere: itaque nulla in Olympo, nulla in Ponto provenire potuit, quanquàm summo studio, vel religionis caussâ, consita. *Litora myrtetis gratissima. - loto aquas, litora myrtus amat. Circa Bosphorum Cimmerium, in Panticapæo urbe, omni modo laboravit Rex Mithridates, & cæteri incolæ, sacrorum certè caussâ, laurum myrtumque habere: sed non contigit.* Plin. 16. cap. 32. Gaudet arbor crebro repurgatu & in proceram altitudinem excrescit, ad texile vasculorum opus utilis, vide Portam l. 5. cap. 29. ut ex Didymo: *Lætiore comâ virebit, uberioremque fructum pariet, si comes rosæ conjungatur: & cum myrto rosa consortium iniens fructuosior emicabit*, &c.

4. *Cur Ecclesiæ Judaicæ imago ostensa fuerit in Myrteto* Prophetæ? & *quomodò justi myrtis similes* prolixè exsequitur Cornel. à Lap. sed, dùm sibi nimium indulget, satis coactè. Si textui inhæreamus, indicatur Ecclesiæ conditio, qualis tùm fuerit in Babylone 1. *ratione sui*. Non malè Sanctius, cùm in captivitatem irent Judæi, similes fuisse *salicibus amaris & frugiperdis*, Psalm. 137. v. 2. sed pœn-

enitentiam evasisse *similes myrtis*. Inter tot per-
tos reprobos, supererant piæ reliquiæ. Eæ, qui-
is electa constabat Ecclesia, comparantur myr-
to 1. *propter perennem viriditatem*, quod ne qui-
m sævissimâ istâ hieme virorem amiserint, Plin. 16.
p. 20. Psal. 1. v. 3. Jerem. 17. v. 3. Deindè 2. *propter
nustatem*, undè & rosæ comparatur Ecclesia,
ant. 2. v. 2. Grata autem myrtus non tantùm *folio-
m* virore; sed etiam *florum* odore, *baccarumque*
pore, quo etiam vina imbuta commendantur:
dè *myrtidanum* Plinio, quod Græcis *Myrtites*, &
lyrsinites. Ipsa varietas delectat specierum. Et
quoque in Ecclesiâ alia quasi *myrtus Nigra*, quæ
medicinâ maximè laudatur, ut docet Dioscori-
s: prodest succus baccarum contra phalangii
orsus, & ictus scorpionum, oculorum inflamma-
nes lenit & ulcera sanat decoctum jus, capillos
entes continet &c. Dioscor. & Plin. 23. c. 9. Quæ
Chorum, ut ajunt, pertinent, & verbi divini effi-
ciam significare possunt. Est & *alba*, topiariis
sepibus utilior; quæ denotare poterit statum Po-
icum, variaque Pacis & Belli munia: nam myr-
s arte Topiariâ in varias formas hominum, equi-
m, peditum, animalium item & avium effingi so-
. Est denique etiam *Conjugula*. Hæc nomen ac-
pit ab eventu: *Quippè ita traditur; Romanos Sa-
nosq;, cùm propter raptas virgines dimicare voluis-
nt, depositis armis, purgatos verbenâ myrteâ, eo in
co, qui nunc, ut ait Plinius, Veneris Cluacinæ signa
ibet. Cluere enim antiqui purgare dicebant. Et hæc
rbena ideò tum electa, quia conjunctioni, puto con-*

Hh jugio,

jugio, & huic arbori Venus præ est, l. 15. cap. 29. S
in antiquissimis Quirini, hoc est, ipsius Romuli de
lubris *Sacra fuerunt myrti duæ, altera Patritia, & alt*
ra Plebeja dicta: fatidico quodam & memorabili au
gurio: nam quo tempore vel Senatus vel plebis au
toritas Romæ prævaluit, aut eviluit; eodem alter
tra vel florebat, vel languescebat, Ibid. sed in Do
mo Dei utraque conjuncta æquè floret, Psalm. 9
v. 14. quia utramque Deus æquè ordinat & cura
Rom. 13. v. 1. &c.

5. Tale igitur myrtetum quoque fuit Eccles
Babylone captiva, respectu sui: sed & 2. *ratio*
Dei; Sacra habita fuit myrtus *Veneri*, Sacra quo
Baccho. Nam & hunc Aristophanes dixit ferre σ
φανον Μύρτεον, & illa myrto se coronavit, quo tem
pore ad judicium de formâ, cum Deabus certatur
profecta est, ex Nicandro, vide Meursii arboretum
Sed & *Minerva* chara fuit, propter *Myrsinen* Att
cam puellam, quæ ab æmulo juvene, quem cursu s
perâret, interfecta, in hanc mutata arborem fing
tur. Quæ fabula ex Hebræo vocabulo, *Hadas salu*
enata est. Logi ridiculi! Est tamen inde mos in Sa
cris, ut Verbenis myrteis ad lustrationes uterentu
coronis his capita redimirent, & cingerent - - *fes*
frondentia myrtô Limina, inprimis in solennibus nu
ptiarum, cujus generis multa Athenæus habet,
exindè Porta, Meursius &c. Nihil Deo Vero
uni gratius myrtetô suô, vide Esai. 62. v. 3 4. 5. He
bræi in Zachar. l. cit. apud Hieronym. *Myrtos in*
telligi volunt Prophetas & Sanctos. Hac redimitu
coronâ in cœlos adscendit *Ovans* Deus noster
Psalm

ſalm. 68. v. 18. & juſto tamen Triumpho, ut dece-
it fuſo tam copioſè ſanguine: neque enim, qui ſo-
Amore vicit, aliâ quàm *Amoris coronâ* redimitus
ſe debet; *de Ovantibus* vide Plinium l. c. A Gel-
im, & alios. *De Coronâ Naucratite myrteâ*, & Ve-
eris miraculo, lepida narratio eſt Polycharmi apud
thenæum lib. 15. *Heroſtratus Olimpiade 23. Nau-
atin Patriam ſuam repetiturus, Veneris imagun-
lam in Papho Cypri emit. Ortâ mox tempeſtate,
i in eadem navi erant, omnes ad eam confugerunt,
eæ Salutem ſuam commendantes: adfuit invocanti-
s illicò propitia, totiusq; navis ambitum myrtis vi-
ntibus complevit, odore ſuaviſſimo nauſeâ laboran-
recreavit, ſolem reduxit. Reverſus domum He-
ſtratus ſimulacrum Deæ & myrtos in Veneris æde de-
cavit, evenitq;, ut hæ novo miraculo ſtatim revi-
erint*, &c. Quàm hæc ſimilia hodiernis miracu-
? & poteſt hæc narratio de multis monere atten-
m. Hoc verò Dei miraculum eſt perpetuum,
od navim Eccleſiæ ſemper recentibus myrtis co-
nat, eaſque virentes conſervat. Supereſt ſimili-
do 3. *ratione Loci.* Nam & tùm *in profunda valle*,
aquas Babylonis captivi reſidebant: & ſemper
cleſia militans, donec in Montibus Dei trium-
et, verſatur *in valle lacrymarum*. In Laconiâ non
ocul à Maleæ promontorio urbs eſt, à condi-
re Herculis filio, Bæa dicta. Is illò coloniam
duxit duce Lepore; nam oraculum erat; Dia-
m oſtenſuram, quo loco urbem fata condi
llent? Leporem ergò conſpectum ſecuti exules,
m ſub myrtum ſe recepiſſe conſpicati eſſent, eo

loco urbem muniverunt: Myrtum deinceps colue-
runt, Dianam Servatricem celebrantes, Pausanias
in Lacon. Nos ad myrtetum hoc Domini confu-
giamus, - *Sedes hîc Fata quietas ostendunt.*

Ad Babylonis aquas myrtetum, in valle profundâ,
Est statio, Christo præside, fida piis.

Nusquam præsentior æther! Esai. 57. v. 15.

Angelicis tuta excubiis stat myrtea silva;
Dignatur celsam nec Babylona Deus.

Apud Trœzenios *myrtus* reperta *perforatis foliis*
negabant sic natam; sed, quòd Phædra, Hippolyt
amore furens, crinali acu perterebrans folia, insa-
niam interim suam oblectârit, indè vulnera hæc re-
tinuisse. *Saucius omnis amans,*

Pertusis crescit foliis Trœzenia myrtus:
Sic stulto insanus pectore sævit amor.

Meminit Pausan. in Attic. & Chorinthiac. Deniq
per *Myrtum & Rosam* conjunctas pulchrè exprim
potest, *Bonorum societas.*

Ceu myrtus sociata rosæ fœcundior exit;
Fit melior socio mens bona juncta bono.

Pro Epithecâ: Hieron. Lauretus *Myrtetum* Za-
charianum notat designare *S. Scripturam, in qu*
latet Christus, ex Ruperto. Quod de *Myrteo un-*
guento ibidem addit ex Esth. 2. v. 12. mendum est
in quibusdam Codicibus Vulgatæ versionis. Nân
in fontibus est *Schemén Hammor*, id est,
unguentum myrrheum.

CAPU

CAPUT XXXVIII.

De Zaith, Oleâ.

1. DE *oleâ & oleo*, tàm multa sunt S. Scripturæ dicta, ut si quis, non dico omnia, sed tantùm pleraque velit explicare, volumen satis grande possit conficere. Quare compendio utar, & *Oleam Sacram* per Topica deducam, Sacraq; & profana mixtim spargam.

Incipio *à Nomine:* quod Germani Latiniq; à Græcis acceperunt. Undè verò Græcis ἐλαία, vel ἐλαίς, quod Minerva primùm imposuisse dicitur, derivetur? variæ Grammaticorum conjecturæ sunt, vide Etymol. M. quas referre non est operæ pretium. Mihi nomen è Phœnice ortum videtur, undè & olea. Notum est nomen Dei Phœnicium *Elion*, ἐλιοῦν Philoni Byblio; Hesychius, ἐλαιεύς, vel ἐλαιεῦν potiùs, ἐν Κύπρῳ ὁ Ζεύς. Indè Pœnorum *Alonim & Aloth* Dii, Dea. Sic ab *El* Deus, *Elah* Dea; indè ἐλαίς, divinum quasi donum. Sic Syrorum Deus ἐλαιαγάβαλος, *Heliogabalum* Græci dicunt, quasi dixerit *Deus creator*. Sic apud Hesychium, Ἀθῆναι, ἡ ἐλαία, potiùs Ἀθηναίς. Quod nomen cum Syriaco & Arabico *Zeithunà*, ex Hebraico *Zaith*, bene concinit: ut *olea* à Deâ repertrice ἐλαία, & *Dea* vicissim ex repertâ oleâ, Ἀθήνη, nominatæ fuerint. De ipso *Zaith*, nihil habeo quod dicam. Arabibus, Syris, Chaldæis, Æthiopibus commune esse docet D. Hottingerus: Pœnis usitatum quoq; fuisse, nomen urbis *Auzate*, in Libyâ ab Ithobalo conditæ, quæ & *Uzita*, ab olivetis dicta, indicat, Bochartus pag. 529. In Græco

κότινος, quod ἀγριελαίαν significat, vestigia Arabici *Zaithon*, vel *Caiton*, supersunt. Radicem oportebat esse *Zûth*, alioquin non abluderet verbum אזה *azah* incendit; nec סות *Suth*, incitavit, neque *Zythum*, potus ex aquâ & hordeo Ægyptiorum: & proximè accedit Hebraicum צית *Zith*, succendit aut יצת *jazath*, flagravit, Oleum Camino addere Proverb.

2. *Causa efficiens prima*, sivè sator datorq; olei Deus celebratur. Esai. 41. v. 19. *Dabo*, inquit, *in deserto Ez Schemen*, ubi Vulgatus: *lignum olivæ* de quo suprà cap. 3. num. 33. & cap. 4. num. 5. Et apud Oseam. 2. v. 5. cùm Idololatræ Diis suis ascriberent *Schémen* oleum, v. 8. contradicit Deus seq; & dare, & auferre ingratis ait, *hajizhar* oleum de quo plura in Oleo. *Ministri* sunt cultores, ἐλαιῶναι, quibus procuratores Regii præfecti, 1. Paralipom. 27. v. 28. Gentes etiam profanæ Dei munus esse agnoverunt, - *oleæq; Minerva Inventrix habita* fuit: quæ post diluvium *primam Athenis in Acropoli* excitaverit, eoque pignore dato vicerit Neptunum, quâ de re diversas fabulas recitavit Porta Neapolitan. in Oliveto suo, sivè lib. 6. Villæ cap. 2. Origo nugarum ex S. historiâ Genes. 8. v. 11 de quâ deinceps. vide Augustin. de Civ. Dei l. 18 cap. 9. & 10. & ibid. Vivem ac Coqueum. Athenienses cùm Piraticam exercerent, terræq; optimæ ac fertilissimæ culturam negligerent, hac fabulâ, sivè ab Ægyptio Cecrope, sivè ab alio Rege successore ejus, admoniti sunt, ut Pacis præferrent studia & artes. - *Pax una triumphis innumeris potior.*

Neptun

Neptuni prælata fero cur Palladis arbor?
Cedant arma togæ; Pax bona cuncta parit.
lus olei, quàm vini! Demosthenis apophthegma est.
Artes cura vigil nocturno discit olivo;
Hinc doctæ nomen Palladis arbor habet,
x Marciano Capellâ.

3. Colligi hinc potest, *quandò coli cœperit olea,*
leumq; exprimi. Tarquinio Prisco regnante nec-
ùm ullam *in Hispaniâ, Italiâ, Africâ*, fuisse ex Fene-
ellâ refert Plinius. l. 15. cap. 1. Ab anno U. C. 183.
oli cœpisse, quo tempore Nebucadnezar regnabat
dhuc Babylone, Amasis in Ægypto, Phalaris Agri-
enti. Si *Cecrops ex Ægypto Athenas* attulit, conse-
uens est, ut coli cœperit in Græciâ, quo tempore
Moses adhuc in aulâ Pharaonis fuit, ante fugam in
Midianitidem. *Ægyptii* Mercurium suum tradunt
docuisse rationem exprimendi oleum, apud Dio-
dorum Sicul. l. 1. c. 17. & seqq. ubi refert, *Osiridem*
um exercitu adiisse varias gentes nationesq; ut ter-
æ culturam edoceret, & à belluinâ vitâ ad huma-
am eas assuefaceret. Memorant etiam Græci olei
nventorem *Aristæum*, qui ut habet Oppianus Cy-
eget. 4. v. 268. primus, inter alia reperta,
Fructus agrestis pinguisq; expressit olivæ.
Docuitq; culturam & κατεργασίαν hanc in Eubœâ,
eo, Thebis, unde à canibus interfecto filio Actæo-
e, in Sardiniam & tandem Cumas venit; dictus ideò
upiter Aristæus & Apollo Agrestis, Apollonii Scho-
iastes, Servius in 1. Georgic. &c. vixit ille paulò
ost Cadmum, cujus filiam Autonoën in matrimo-
io habuisse, Bacchumque educâsse fertur, anno
Mosis excessu ferè 40. Fugit autem *Cadmus*

è Phœnice, quo tempore Cananæi, pulsi à Josuâ, no-
vas passim sedes quærere coacti fuerunt. Ita ergò
Europam olei usus, ut alia, ex Phœnice & Syriâ vi-
nâq; Ægypto translatus est. Prima oleæ memor-
apud Mosen extat in historiâ diluvii, neque dubiu-
est ex Armeniâ in Chaldæam, & indè in Syriam ej-
culturam à Patribus traductam; in benedictio-
Jacobi *cum frumento & vino, oleum* jungitur, apu-
Vulgatum Interpretem, Gen. 27. v. 28. & 37. atq-
ille profugus oleum quoque secum è patrio solo e-
tulit, cap. 28. v. 18.

4. Quod David Præfectos constituit, qui pub-
cas curarent oleas, imitati videntur Athenienſ-
Μορίας vocabant oleas publicas, quas si quis in fu-
do suo, propiùs admoto aratro, visus esset attigiſſ-
mulctabatur; qui verò truncaret, aut effoderet, S-
crilegus habebatur, dirisq; devotus patriâ fortuni-
que carebat, ut ex Lysiæ Orat. 6. *de Sacra oliva tru-
co*, apparet. Ea cura spectabat ad γνώμονας, q-
quotannis visitarent. Sacræ erant Minervæ; Hes-
chius & Suidas, & in Tutelâ Jovis Μορίου dicti, apu-
Sophoclem in Oedipo Coloneo. Hinc Passeratii

- - *Stirpi tanta est reverentia Sacræ,*
Numina nulla suis uri ut patiantur in aris;
Exigat & pœnas usu polluta profano: ex Plini-

Fabulati etiam sunt *Halirrhotium* Neptuni filium
cùm oleam Palladis, odio ejus & invidiâ victoria
quam contra Patrem retulisset, exscindere conare-
tur, securim suis sibi cruribus impegisse. *Epimenid-*
urbe Athenarum expiatâ, à Cylonio piaculo, cùm
magnam cives pecuniæ summam offerrent, nih-
aliu-

ud præter ſacræ oleæ ramum popoſcit, eoq; ac-
pto abiit, Plutarch. in Solone. - *Noli me tange-*
! Pſalm. 7. v. 15.

Se lædit, quicunq; pios: oleaq; ſecurim
Impactam illidit cruribus ipſe ſuis.

rs eſt pretioſior auro! Quævis terra alit artem.
Et Sacer argento prælatus ramus olivæ;
Et cæco potior docta Minerva Deo eſt.

5. *De materiâ ligni* ex Theophraſto Plinius: ca-
em, vetuſtatemque non ſentit; rimam fiſſuramq;
onte non capit. Præter oleam & oleaſtrum omnia,
maritimis navibus, obnoxia teredini. Indè mino-
ex radicibus olearum ſculpta ſimulacra. Epidaurii
elphico Apollini, de ſterilitate ſoli ſui conqueſti,
ſi ſunt *Damiæ & Auxeſiæ* ſimulacra erigere, &
idem *ex olea.* Eâ tempeſtate nulla uſpiàm erat,
ęterquàm Athenis, mitis olea. Indè ergò petere
acti, pactiq; ſunt quotannis ſacrificia Minervæ &
echtheo ſe miſſuros. Itaq; fecerunt, jam fertiliore
rrâ gaudentes; uſq; dùm tandem iſta ſimulacra
ginetæ abſtuliſſent. Ea cùm Athenienſes repete-
nt, nec ſedibus ſuis amoliri poſſent, injectis funi-
s vi trahere cæperunt. Sed & horrendum into-
it, & terra concuſſa tremuit, actiq; in inſaniam,
i trahebant, ſe invicem trucidaverunt, *Herodotus*
Terpſichore. Ita ludificabatur Diabolus ſuperſti-
oſos. In Templo Salomonis, tùm alia, cùm *duo*
erubini erant, facti *ex lignis olivarum,* interprete
ılgato, 1. Reg. 6. v. 23. & ſeqq. in fontibus ſunt
ze Schamen, de quibus ſuo loco. Targum tamen
i habet quoq; *Zeithe.* Alii ligna *pinea* ponunt, vel

 Cupreſſi-

Cupressina: moti fortè simulacrorum istorum gi-
ganteâ staturâ; fuerunt enim decem cubitorum, s
quindecim pedum. Sunt tamen oleæ sativæ qua
doq; prægrandes, ut notat quoque Dodonæus;
Schémen Hebræis sæpè oleum est: undè & nos
D. Lutheri versio habet; von Oelbaum-Holtz.
his Cherubinis varia disputant interpp. quæ colle
Cornel. à Lap. in Exod. cap. 25. Significâsse *Ange*
providentiæ divinæ administros, ex S. Scriptu
constat; nec malè Patres, *duo Testamenta* denotâs
quæ Arcam & propitiatorium obumbrant, *vela*
mysteria, & se respiciunt, *consonando*, Augustin
Quæst. Exod. 105. Materia ligni, Dei miseric
diam indicat, de hac enim testantur. Pulchrè A
gustinus, vel quicunq; est, l. cit. *In arcâ jussa su*
poni, Lex, & manna, & Virga Aaron. In lege pr
cepta sunt: Virga potestatem significat; manna gr
tiam: quia, nisi cum gratiâ, non est potestas facien
præcepta: Veruntamen quia lex à quovis proficien
non ex omni parte completur, propitiatorium est des
per. Ad hoc enim opus est, ut propitius sit Deus;
ideò desuper ponitur, quia superexaltat misericord
judicio. - Dei tegit indulgentia noxas.

Nemo adeò legem perfectè implevit, ad omnem
Justitiam indigeat quin bonitate Dei.

6. *Ad formam* pertinent *species & partium d*
scriptio. Species sunt ἐλαία ἥμερος, mitis & *sati*
olea, & κότινος sivè ἀγριελαία, *Oleaster*; memin
Apostolus Rom. 11. v. 17. 24. de quo in comparati

Nec pingues unam in faciem nascuntur olivæ,
Orchites, & Radii, & amarâ Pausia baccâ,

Virg

gil. 2. Georg. & aliæ multæ differentiæ, ex Ca-
e, Varrone, Columellâ, Plinio, &c. *Partes* sunt;
ix, Rom. 11. v. 17. defigit autem olea parvam, è
i cæteræ se diffundunt grandiores, & contortæ,
imo hærentes cespite, ex Theophrasto: Hinc
git *caudex*, quem & procerum & crassum opor-
esset alicubi, ut Cherubinorum tàm grandia
ıdè fieri potuerint simulacra. Quare & *maximo*
rvallo seri præcipitur olea. Quod tamen variâ
locorum natura. Non alia major in Bæticâ arbor.
Africa verò, fides penes autores erit, miliarias vo-
i multas narrant, à pondere olei, quod ferant an-
proventu, Plin. 17. cap. 12. *Folia* habet semper
entia, Gen. 8. v. 11. Sic *ad fretum maris Rubri sitæ*
, etsi maris æstu reciprocante toties inundentur,
en omni tempore florent, Agatharchides apud
otium cap. 53. *Flores* decussi spem auferunt fru-
s, Job. 15. v. 33. ambiunt enim fructum in medio
usum, & madefacti cum eo defluunt: sed cùm
ivi apparent quasi perforati, tunc probè deflo-
se argumento est. *Nocet oleis nimia fertilitas:*
entq; largum florem induentes, perperam exue-
: præsertim *cùm deflorescentem vitem & oleam*
cussit imber; quoniam simul defluit fructus Pl. 17.
. 25. De *frondibus* dixi ex Nehem. 8. v. 15. in Sce-
egiis, cap. 2. De *Baccis*, quas Habacuc vocat
ase Zaith, opus oleæ, cap. 3 v. 17. mox in oliva-
ne, ex Esai. 17. v. 6. &c. differunt magnitudine,
lei copiâ. *Magnitudine copiam non constare in-*
o sunt, quæ Regia vocantur, ab aliis majorinæ, ab
Phauliæ, grandissimæ, alioquin minimo succo,

Et in

Et in Ægypto carnosissimis olei exiguum: Dec
verò Syriæ, perquam parva, nec Cappari majores
ne, oleo tamen commendantur, Plin 15. cap. 3. Q
tò plus carnis, tantò minus Spiritus & gratiæ, Ga
5. v. 24. *Nuclei* denique in baccis, de quibus Vu
tus Baruch. 6. v. 42. de Virginibus Babyloni
quod sederint funibus circumdatæ, in viis ad Temp
Veneris Mylittæ, *succendentes ossa olivarum*; Gr
τὰ πίτυρα, furfures, de quo loco plura S. Analec
Volum. 1. p. 154.

7. *Finis, effecta*, & usus ex *adjunctis* elucent.
ter ea principem locum tenet *utilitas*. Quâ de
sâ, *cùm olim Dj, quas vellent esse in tutelâ suâ, lege*
arbores, placuissetq; *Quercus Jovi*, *Myrtus Ve*
Laurus Phœbo, Pinus Cybele, Populus Herculi, Mi
væ propter fructus gratior fuit oliva: quoniam
epimythion addit Phædrus, 56.

Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria,

Est autem oleæ præcipua utilitas *in baccis*, &
expresso; ad cibos, unguenta, medicinas, lum
nocturna, & alia. *In cibos* veniunt baccæ carno
res. *Quam ob causam Italicis transmarinæ præl*
cùm oleo vincerentur. Sale tamen condiuntur. S
& prædulces, per se tantùm siccatæ, uvisq; passis
ciores: admodùm raræ in Africâ, & circa Emerit
Lusitaniæ, Plin. 15. cap. 3. De his tamen nihil in
nio in P. Literis, nec *de conditurâ*, de quâ m
è suis autoribus Porta.

Oleum verò cibis pro condimento additum l
tioribus ex Ezech. cap. 16. v. 13. constat: ubi Deu
cibâsse ait Populum suum, quasi Regiam Virgine

fin

lâ, melle & oleo. De Mannâ locutum putant ldæus & alii. Nec abnuo. Sed & illud ita præpa- nt, ut *tortulæ*, quas vocat, Vulgatus, ἐγκρυφίας, calidis cineribus in ollâ aut testâ coctæ, saporem lerent similæ cum melle, & oleo, Exod. 16. v. 31. n. 11. v. 8. De similibus placentis vide Athenæum ios. Atq; hic est quoq; Aseritarum *pinguis ille s, deliciæ Regum*, Gen. 49. v. 20. abundabant enim & frumento, ut *pedes*, quâcunq; vestigia pone- , q. *oleo intingerent*, aut & oleo lavarent, Deut. v. 24. Job. 29. v. 6. Mox plura de Sacrificiis.

Unctui frequentissimè adhibitum legitur oleum. autem in Populo Dei usitata unctio alia *Sacra*, *profana*. Sacra, *rerum & Personarum*, quæ oleo, Deo sacrâ, consecrabantur, expiabantur: Sic ides & Stelæ, aut monumenta, erecta in rei ali- s sacræ memoriam, ungi solebant, Gen. 28. v. 18. . v. 14. indè frequens paganorum superstitio, ut *des olivi unguine delibuerentur*: cujus meminit eophrastus in Character: Apulejus in Apolog. lorid, Arnobius & alii, eorumq; Scholiastæ. A *belico* illo Jacobi citato, nomen ortum ut βαι- *οι* dicerentur, Magici lapides, quos describit nascius in Isidoro apud Photium cod. 242. Ve- hæc & alia obiter; nam propriam tractationem uirerent. In Tabernaculo omnia erant *oleo* con- rata, & quidem *Sacro*, cujus confectio describi- Exod. 30. v. 25. vide cap. 40. v. 9. Levit. 8. v. 10. indè *Chrisma* in Ecclesiâ. Et apud gentiles uncta *la, signaq;* militaria Romanorum, vid. Tacit. 1. nal. & Lipsium ibid. num. 106. Uncti item *Sa- cerdotes*,

cerdotes, Exod. 29. v. 7. cap. 30. v. 25. *Reges*, 1. Sa
10. & 1. Reg. 39. An & *Prophetæ?* ex 1. Reg. 19. v.
Leprosi, quandò expiabantur, Levit. 14. v. 17. Co
fer Plinium lib. 13. Capp. 1. 2. 3. & ex nostris C
ment. Alex. l. 2. Pædag. cap. 8. Significabat h
unctio gratiam Spiritus Sancti, *sine cujus numi
nihil est in homine, nihil est innoxium.* Sed hæc a
memoranda relinquo.

Profana unctio in Conviviis, in Balneis, & al
sanitatis, hilaritatis, voluptatis gratiâ creberrin
2. Sam. 14. v. 2. Psalm. 23. v. 5. & 45. v. 8. & 104. v. 16
141. v. 5. Eccl. 9. v. 8. Esai. 61 v. 3. Luc. 7. v. 46. Dan.
v. 17. 2. Paralip. 28 v. 15. Uncti etiam mortui, Joh.
v. 2. Gen. 50. v. 2. 3. ut alia prætercam. Hinc olea
Apologo Judic. 9 v. 9. gloriatur, *pinguedinem suan
Diis & hominibus magni fieri.* Mirumq; cum olei
omnibus plantis sit ὠφελιμώτατον, ut ait Plato, & i
sectis animantibus, apibus in primis, lethiferu
quod & Clemens Alex. annotavit l. cit. hominib
oris non voluptatem modò, verùm etiam Salubri
tem afferre. Indè vulgatum illud: *intus mulso,
ris oleo*, vide Portam cap. 5. *Usum ejus ad lux
riam vertêre Græci, vitiorum omnium genitores*, P
nius 15. cap. 4. Sed abusunt eum ipsi ex Asiâ Gr
ciæ intulerunt. Multa de hoc profano usu vi
apud Stuck. *de Sacrif.* pag. 55. & *Conviv. Anti*
p. 229. & 365. & seqq. Dempster. ad 5. Rosini p. 86
De Balneis & balneatorum unguentariâ, Plautus
Petronius cum Interpp. *De mortuorum pollinctu*
Kirchmann. l. 1. de Funer. capp. 7. & seqq. & Spo
danus in S. Cœmeter, l. 1. p. 3. c. 3. quædam etia
in

c pauca, La Cerda in 6. Æneid. v. 219. & dein-
os *De Luctatorum*, Palæstritarum, *Ceromate* ele-
ns locus est apud Statium, 6. v. 844. nataq; Pro-
bia; *ne oleum quidem adspexit*: & *oleum operamq;*
dit, qui bovem mittit ad ceroma, Hieronymi. In-
unctio Baptismo juncta, ad significandum; *fide-*
ita inunctos ad sacra certamina evocari, sub editore
nerum Christo, ut apud Dionysium de Eccl.
erarch. c. 2. Quo spectat quod apud Athenæum
5. Sophocles *Venerem* depingit delibutam *un-*
nto, ad speculum se contemplari; *Palladem* verò
unctam, exerceri. vide ibidem alia plura. Sed *de*
turâ satis.

9. *De Medicâ facultate* olei, Esai. 1. v. 6. & Luc.
v. 34. *Duo sunt liquores, corporibus humanis gratis-*
, intus vini, foris olei, arborum è genere ambo præ-
ti, sed olei necessarius, Plin. 14. c. 22. extr. Qui
murcâ olei l. 23. c. 3. *Vulneribus in linteolis impo-*
ur, luxatis in lanâ: ingens hic usus, utiq; inveterato
licamento. *Et* c. 4. *omni oleo mollitur corpus, vi-*
mq; & robur accipit. Lassitudinum refectio est;
nerariis emplastris utile, faciem purgat, &c. Inde
egrinantes oleum in lecytho ferunt, vide Gen.
v. 18. 2. Paralip. 28. v. 15. unctiq; pedes, Luc. 7.
7. 46. Joh. 11. v. 2 & 12. v. 2. 3. Quod remedium
uxum vertit, Plin. 13. cap. 3. *Cervus æger oleæ*
usculos mandit, & sanus fit. Locustas quoque fo-
oleæ arrosa liberant ab ægritudine; culices non
gent te, si absinthii herbam cum oleo coquas, &
e perunxeris, Ambrosius 3. Hexaëm. cap. 8.
s si quis superfundat oleo, properè necantur, eò
quod

quod obductis poris aërium spiramen haurire [...] *queant; continuoq; si quis acetum his superfundat,* [...] *licò reviviscunt, eo quod vis aceti poros illos aper*[...] Idem l. 5. cap. 22. Cervus ad oleam, peccatoris im[...] go est, quem - *Christi gratia sanat.*

Cervus ut ægrotus folio sanatur olivæ;
Sic medicina animi gratia, Christe, tua est.

Virtus mollitiâ destruitur, duritiâ extruitur, Terti[...] lianus.

Sicut apes oleo enectæ recreantur aceto;
Sic animum frangunt mollia, acerba fovent.

Sic de *Moris* Plinius 15. cap. 24. *Tingunt manus s*[...]*co matura, eluunt acerba.* Unde Proverbium[...] ἡ συκάμινος συκαμίνῳ ῥύπτεται. *Hinc polluit, in*[...] *repurgat!*

Prosperа conspurcant animos, quos aspe[...] *mundant;*
Sic mora inficiunt dulcia, acerba lavant.

10. De olei usu *ad lumina*, Lucernisq; Exod. [...] v. 6. & 27. v. 20. Zachar. 4. v. 3. 12. Matth. 25. v[...] & seqq. dixi S. Analect. Volum. 1. l. 5. cap. 42. v. [...] & volum. 2. lib. 1. c. 14. Nec vacat, nec libet, actu[...] agere. *Homo*, ut dixit Epictetus, *est Lucerna ve*[...] *exposita.* Lucernæ sunt *doctores Ecclesiæ*, Matth. [...] v. 15. Candelabrum inter duas oleas Zacharianu[...] perpetuam verbi divini lucem fore designat, mi[...]sterio piorum Doctorum & Magistratuum, vi[...] Comment. D. Balduini pag. 327. *Nunquam l*[...] *ista peribit!*

Semper erunt oleæ, foveant quæ lumina Temp[...]
Semper erit Jesus Zerobabelq; aliquis!

Pl[...]

ura de olei olearumq; utilitate non addo: claret
nc & sequitur *Dignitas*, quæ vel indè apparet,
iòd *Dei donum* toties prædicatur, Deut. 7. v. 13.
11. v. 14. Jerem. 31. v. 12. Ose. 2. v. 22. indè Zelus
ei, & ira adversus ingratos, Ose. 2. v. 8. Ezech.
. v. 19. & 23. v. 41. ac maledictio, Deut. 28. v. 40.
.&c. Quare plerisque *sacrificiis* additum oleum.
:od. 26. v. 2. 40. Levit. 2. v. 1. 5. 7. & 6. v. 21. quò
rtinent sacra *lagana*, *& collyrides*, Levit. 7. v. 12.
im. 6. v. 15. de Sacrificio tamen *pro peccato* vide
vit. 5. v. 11. Adde *primitias & decimas*, Deut. 12.
17. & 14. v. 23. & 18. v. 4. *Frondes* gestatæ in ma-
ons, de quibus suprà: undè & Poëtæ . *ramum*
cantis olivæ dixerunt; Item;

Vittatæ laurus & supplicis arbor olivæ:
Paciferæq; manu ramum prætendit olivæ.

m supplices veniam pacemq; petentens manu
tabant.

Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes.

in & *oleæ foliis* coronabantur, ut Æneas 5. Æneid.
774.

Ipse caput tonsæ foliis evinctus olivæ.

Moses apud Flaccum, 3. v. 424. Sacra facturus.

Tempora tùm vittis, & supplice castus olivâ
Implicat:

Tibullus l. 2. Eleg. 1. de lustratione agrorum,

Cernite fulgentes ut eat Sacer agnus ad aras,
Vinctaq; post oleæ candida turba comas, &c.

& Judæi prælatâ ἐλαίᾳ Dei invocabant ἔλεος,
nantes *Osianna!* Cur *in Olympicis* victores
stro; Athenis *athletæ*, & qui de Repub. bene

meriti essent *oleâ*, eâdemq; Romæ *ovantes corona* fuerint? longum est persequi, & alia id genus, vid Pausan. in Eliac. prior. Plin. 15. cap. 4. Portam. c. Apud Virgil. 12. Æneid. v. 766. est *Sacer Faun Oleaster*,

- Nautis olim Venerabile lignum,
Servati ex undis ubi figere dona solebant, &c.

Talis erat Megaris in foro, quæ arma peperit, Pli 16. cap. 39. de quâ & in Acerrâ meâ. Tales quibu *mel in ore, fel in corde!* Psalm. 55. v. 22.

Odi ceu portas Erebi, queiscunq; dolosum
Mollius est oleo os; corde sed arma tegunt.

11. Supersunt oleæ oleiq; variæ *proprietate olea* quidem pinguedo, Judic. 9. v. 9. & perennis v ror, ac vivacitas, Psalm. 52. v. 10. unde & epithet *olea virens, & pulchra fructu ac specie* Jerem. 11. v. 1 & Proverbium: *gloria ejus quasi olea*, Hose. 14. v. Virgilius dixit, *tardè crescentem, pinguem, vivacen pallentem*; ut Ovid. *albentem*; Silius, *Canenten* Statius, *glaucam*; Sidonius, *æternùm virenten* Ovid. *Semper frondentem*. Olim *tarda res era quare Hesiodus negavit, oleæ satorem fructum ex percepisse quemquam*, Plin. 15. cap. 1. *At nunc*, in quit, *in plantariis serunt, translatarumq; altero a no decerpuntur baccæ*. Contrà, ut *tardè crescent longo ævo durant, quæ velocia sunt, citò occidun* Idem 17. cap. 13. Sic *firmissima ad vivendum ole ut quas durare annis ducentis conveniat inter autor Olympiæ oleaster, ex quo primus Hercules coronatu & nunc custoditur religiosè*, ait Idem 16. cap. 44. *Athenis olea* ibidem *durare traditur, in certami*

edit

dita à Minervâ; Fluxerunt autem ab Herculis obitu, usque ad Vespasianum & Plinium anni ferè mille trecenti; & à Cecrope Atheniensium primo Rege, plusquam mille sexcenti. Sed hæ fabulæ sunt. Illud vero verum, facilè *regerminare oleam*, etiam *è succiso trunco*, *&* quod soli illi proprium, *in plures partes disciſſo*: quodq; mirere magis, etiam elaboratâ jam materia, si modò locum humectum nacta sit, ut *& cardo valvæ*, *& poculum limo immersum regerminâſſe prodantur*, Porta ex Theophrasto cap. 15.

Quin & caudicibus sectis, mirabile dictu,
Truditur è sicco radix oleagina ligno,

Canit Virgilius. Adeò cauta prospexit naturæ benignitas, arboris tàm utilis & necessariæ perennitati. Quantò magis *pretiosa Deo mors Sanctorum*?

Caudicibus sectis, sicco revirescit oliva
Ligno: justorum mors pretiosa Deo est!

Psalm. 116. v. 15. *Sola immortalis habetur!*

Virtus, ut clavâ quæ nata est Herculis arbos,
Canescet seclis innumerabilibus.

Vide Pausan. in Corinthiac. & Eliac. prior.

12. *Oleo* verò accidunt, τὸ λεῖον, undè quidam Græcè dictum putant, & indè Proverbium: *Verba oleo læviora*, molliora, glatt wie Oel / Psal. 55. v. 22. τὸ ἀκέραιον: Sic *flumina fluunt instar olei*, non tantùm quæ leniter, sed & quæ purè, & sincerè, Ezech. 32. v. 14. τὸ ῥευστόν, quod diffluat facilè, nec se sinat manu contineri, ut de muliere improbâ dixit Salomon, Prov. 27. v. 16. tàm non prohiberi posse, quo minus rixetur & obmurmuret; quàm si

quis Ventum velit tenere ne susurret; & ut *oleum dextrâ non patitur se stringi, quin* liquore, aut & odore, si quo imbutum est, *se q. Clamando prodat*: sic & illam facere. Plenæ rimarum sunt, hac illac diffluunt loquaces. Lepidissima in talem Libanii Declamatio est, *Morosi cujusdam se ipsum accusantis*, ubi inter alia: *οἱ ποταμοὶ πρότερον ἂν στῆεν, ἢ τὸ ταύτης στόμα.* Et deindè: *Dodonæum superas: nam etsi flagello à ventis agitato percussum resonet, tamen, si venti quiescant, tacet.* Adde τὸ ὑγρὸν, quod humore suo irriget & *penetret* interiora, ipsa *ossa*, ut Psalm. 109. v. 18. quo etiam refertur illud Esai. 10. v. 27. *Computrescet jugum à facie olei.* De quo Variæ sententiæ. Nam oleum à carie ligna tuetur illitum: undè & inuncta simulachra. Ergò de ferreo jugo aliqui exponunt. Nam *qui mollire ferrum volunt, oleo ungunt; qui obdurescere, ignitum in aquam mergunt*, Porta cap. 5. Sic h. l. Sanctius, quod non probat Cornel. à Lap. alii, pro *Computrescet*, ponunt, *laxabitur & solvetur.* Sed plus est, quod dixit Propheta: tantam olei fore affusi copiam, ut jugum ligneum permadeat, ac pinguedine nimiâ solvatur. Hyberbole est. Denique ad lævorem olei pertinet quoque *nitor*. Undè *nitidus oleo*, mollius, blandius, *guttur meretricis*, Proverb. 5. v. 3. *Si quis inter aquas mersus, oleum ore emiserit, clariora faciet ea, quæ profundi tegebantur occultis*, Ambros. 1. Hexaemer. cap. 9. *Mare oleo tranquillari*, ait Plinius l. 2. cap. 130. *& ob id urinantes ore spargere; quoniam mitiget naturam asperam, lucemq́; deportet.* Ibidem refert, *in mari Rubro oleas nasci*,

nasci, fruticesq́; virentes. Lapis Thracius aquâ incenditur, oleo restinguitur, &c.

Caput XXXIX.

Oleæ cultura & cura.

1. HÆc quoque ad ea spectat, quæ *Adjuncta* vocantur, seorsim consideranda, ut respirandi spatium sit. Memorantur autem in S. Literis Olearum 1. plantatio, 2. insitio, 3. olivatio, 4. olei expressio, 5. adservatio; denique 6. Emptio & venditio.

Plantationis mentio fit Deut. 6. v. 11. Deus populo suo dedit *oleas, quas non plantaverant ipsi:* quod repetitur Josuæ, 24. v. 13. Magna piorum felicitas! Mitti in possessiones impiorum, frui illorum laboribus, carpere fructus, quos illi irritâ spe educaverant. - *En queis consevimus agros!*

Insere nunc, Melibœe, pyros, pone ordine vites!

Sic Deut. 28. v. 40. *Oleas habere* quam plurimas, *nec tamen oleo ungi*, maledictio est: vide contrà, Esai. 65. v. 21. 22. Amos. 9. v. 14. Plantantur autem oleæ omnibus ferè modis, semine, ramo, taleis, trunco, ligno, radice, aliisque, quos recenset Porta, cap. 13. & seqq. Vulgatior tamen per taleas, quia celerior fructus. Nam *qui ex semine, quod est nucleus, tardiùs enascatur caulis, ideo potius in seminariis taleas, ait Varro, quam nucleos serimus. Meliùs tamen truncis*, id est, ramis detruncatis, *quàm plantis olivetum constituitur*, ut Palladius

in Februar. cap. 18. & Columella antè de Arboril
cap. 17. *De insitione*, sed planè contra naturam
locus est Rom. 11. v. 17. &c. de quo in comparati
Hæc interim notanda sunt: *Ab arbore pulli, qui a*
terrâ nascuntur, eos in terram deprimendos, post in
biennio effodiendos, serendosq; monet Cato, cap. 5
Ex omnibus stirpibus longè minorem impensam de
derat olea, quæ prima omnium arborum est, Col
mella, 5. cap. 7. Vetus proverbium est; *eum q*
aret olivetum, rogare fructum; qui stercoret, exorar
qui cædat, cogere: quod tamen satis erit octavo an
fecisse, ne fructuarii rami subindè amputentur, Ide
cap. 8. *Oleæ, quæ in proceritatem extenduntur, ev*
vidæ fiunt, parumq; fructus ferunt. Si oleam posue
eo loco, undè quercus effossa est, morietur: ideò qu
vermes quidam sunt, qui in radice quercus nascunt
& educantur, iiq; maximè semina oleæ consumu
Idem de Arborib. cap. 17. *Cerrus item & escu*
excisa radices noxias relinquit, quarum virus olea
necat, Pallad. Febr. cap. 18. Denique *Græci jube*
ut hic quoque habet, *olivam, cùm plantatur & le*
tur, à mundis pueris atque virginibus operandu
credo, recordati, arbori huic præsulem esse castitate
Sic Florentinus Græcus: *oportere collectores oliv*
rum jurare, quod à solâ propriâ uxore veniant,
non ab alieno cubili. Et *in Anazarbo Ciliciæ pue*
castos oleam colere, eaq; de caussa fertilissimam e
Hinc igitur Minervæ dicata. Quæ ad locum Psal
128. v. 3. de liberorum educatione, pulchrè apta
tur.

2. *Olivantibus* lex est, Deut. 24. v. 20. non ad
diliger

diligenter colligendos fructus, ut peregrinis, viduis, pupillis, aliquid remaneat. His paucis residuis, comparantur reliquiæ populi, Esai. 17. v. 6. & cap. 24. v. 13. indicaturq; vastitas & solitudo, cladiq; paucos superfuturos. Actus collectionis describitur verbis, *Chabat*, decutere, excutere; *Per*, scrutari ramos, nachlesen/ nachschüttlen: & apud Esaiam, bis ponitur *nakaph*, concidere, stringere. Undè colligere licet, olivantes vel perticis decussisse, vel manibus strinxisse oleas. At inquies, *antiquissima olivantibus lex fuit: oleam ne stringito, neve verberato*, Plinius: Sed Cato addidit, qui legem hanc tulit; *injussu Domini, aut custodis.* Varro l. 1, c. 5. explicat: *oleam, quam manu tangere possis, è terrâ, aut scalis, legere oportet potiùs, quàm quatere; quod ea quæ vapulavit, inarescit, nec dat tantum olei:* [*fit enim cum injuriâ arborum, sequentisq; anni damno*, ut Plinius] *at quæ manu stricta, melior eâ, quæ digitis nudis legitur, quàm quæ cum digitalibus*, &c. *Quæ manu tangi non poterunt, ita quati debent, ut arundine potiùs, quàm perticâ feriantur. Gravior enim plaga, Medicum quærit.* Hanc legem sibi scitam putent, qui castigandis delictis præsunt. Deus ipse non perticis quatit, sed q. arundine, cùm oleam suam non vult perdere, sed futuræ *olivitati* superstitem servare: nec cum digitalibus stringit, ne & *ramos glubat, & ad gelicidium relinquat retectos*, ut Varro habet. - *Miserescit in irâ.*

Decutit haud baculo legulus, sed arundine, olivas:
Sic scit & iratus parcere Jova suis.

Imitentur superiores. Boni Pastoris est, tonde[re] pecus, non deglubere. Ne stringito oleam. *Collig[e] non deglube.*

Collige, sed non stringe oleam digitalibus uncis,
Ut fructus anno lata sequente ferat.

3. De expressione olei, usurpatur verbu[m] *Hizhir.* oleum facere, à *Jazhar* oleum, Job. 2[4] v. 11. Ubi Jobus de Tyrannide & injuriis poten[-]tum queritur, qui pauperes compellunt, ut nul[la] mercede *exprimant oleum, sinuntq; sitire eos int[er] ipsa torcularia*, quæ calcant. At Deus vetuerat ne vel bovi trituranti os capistro obligetur. Apu[d] Joël. 2. v. 34. *Torcularia redundabunt oleo & vin[o]* Mich. 6. v. 15. *Calcabis olivas, nec oleo ungeris; [&] mustum, ac non bibes vinum.* Oleo conficiendo ut docet Columella l. 12. cap. 50. varia instrument[a] adhibita fuerunt præcipuè *mola & trapetum. Bacc[æ] diligenter mundatæ protinus in torcular deferebantur novisq; fiscinis inclusæ integræ, prælo subjiciebantur ut quantum posset paullisper exprimeretur. Postea resolutis corticulis emoliebantur: quod deindè pri[-]mum effluxisset, in rotundum labrum protinus Capu[-]lator deplebat, & in fictilia labra, huic usui præpa[-]rata, defundebat*, &c. *Molæ*, ut apud nos, *ve[l] submitti, vel etiam elevari poterant, pro magnitu[-]dine baccarum, ne nucleus, qui saporem olei vitiat, confringeretur*, Idem; de his molis loqui Jobum l. cit. putant, ut D. Lutherus, Osiander, &c. *Præla premebantur vectibus*, ut docet Cato: apud Syros calcando pedibus: undè *Darach Zaith* ambulando calcare, & premere oleam, Mich. l. c.

& *Darach*

Darach Gath, calcare torcular, Thren. 1. v. 15 &c. *De Capulatione*, sive defusione, quâ oleum *capulis* ceptum *depleri*, & subindè in alia atque alia labra *quari* solebat, ut iidem, Cato & Columella, do-nt; accipi potest locus Jerem. 40. v. 10. ubi, *po-re Schemen Bikelim Oleum in vasis*, de quibus am Num. 4. v 9. De Lecythis, ampullis, lenti-lis, nil opus est addere. Nam ad nomenclaturam pellectilis pertinent.

4. Denique reponebatur oleum & asservabatur *Ozeroth*, 1. Paralip. 27. v. 28 & 2. Paralip. 11. v. 11, *iskkenoth*, 2. Paralip. 32. v. 28. Confer Nehem. 10. 37. 38. & cap. 13. v. 12. id est, in *Apothecis*, *cella-*, *cellis oleariis*, *promtuariis*. Denique belli tempo-cum domi tutò reponi non possent, *frumenta*, *mella*, & id genus, *in agris* habebant *Matmonim* *sauros absconditos*, Jerem. 41. v. 8. Cappadoces pellabant *Siros*, aliive Barbari, speluncas, aut obes & granaria subterranea, quorum Plinius, rtius, præter Scriptores nostros Rei Rusticæ minerunt. Ipsum vocabulum Hebraicæ originis Nam *Sur removere, clam deponere*, significat. De ptione, venditione, vid. 2. Reg. 5. v 26. Nehem. . 11 Luc. 16. v. 5 &c. Pertinet huc illud Salomo-: *Thesaurus desiderabilis*, *& oleum*, *inprimis* ad tiam & lautitias necessarium, *in habitáculo Sa-ntis*; *sed stultus dissipabit*, Proverb. 21. v. 20. gnum vectigal parsimonia. Prodigus gurges est orago patrimonii. Item alterum ib. v. 17. *Amans & olei non ditabitur*. Quæ duo, ut hactenus è, plerunq; conjungi solènt, maximè in luxûs de

ſcriptione, ut Sap. 2. v. 7. - *madidus unguento coma gravisq́ vino*, Seneca in Thyeſtâ, Nos pergim in oleæ culturæ deſcriptione,

5. Ad *Subjectum* locum. *Oliveta* dicunt Græcis ἐλαιῶνες. *Nulla aut perfervidum cœli ſtum patitur, aut gelidum: itaq́ æſtuoſis locis ſept trionali colle, frigidis meridiano gaudet*, Columel *In Theſſalia circa Lariſſam, emiſſo lacu, frigidior fa eſt regio, oleæq́ deſierunt, quæ priùs fuerant*, Plin. cap. 4. In Indiâ ſteriles ſunt, præterquàm olea fructu.

> *Difficiles primùm terræ, collesq́ maligni*
> *Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus arvis,*
> *Palladiâ gaudent ſilvâ, vivacis olivæ.*

Virgil. 2. Georg. v. 177. & ut *Bacchus amat co* ut idem; Sic & Olea *arduo locorum ſitu mediocr ab humore ſuſpendi, ac feracibus ventis agitari*, P lad. Nam & Sole opus habet, quo coquatur vento, quo refrigeretur in æſtu. Undè Varro Catone; *agrum oliveto conſerundo, niſi qui in v tum favonium ſpectet, & Soli oſtentus ſit, alium num nullum eſſe*, 1. cap. 24. Sic ergò Vinea consita *in Cornu filio olei* Eſai. 5. v. 1. de quo alibi ctum. Palæſtina *terra bona, terra olei olearu* Deut. 8. v. 8. ubi *ſugere* licebat *mel de petra & ole de duriſſimo Saxo*, cap. 32. v. 13. Hinc Salomon q tannis dabat Hiramo XX. *Coros*, [de quibus W ſerus, Capellus & alii, & hic quidem capere tuiſſe eorum olei libras Romanas 1080.] *olei pu ſimi*, quod *Schemen Cathith* dicitur, *oleum con ſum*, geſtoſſen Oel/ *quod ſponte defluit contuſis o* *exp*

primiturq; citra operam prœli, Vatabl. malim
ıd intelligere, quod Latini vocabant *primæ pres-*
‘æ; quoniam longè melioris sapòris est, quod minore
prœli, quasi lixivium defluxerit, Columella, 12.
p. 50. vide 1. Reg. 5. v. 11. 2. Paralip. 2. v. 10. In-
: proprias Judæorum merces oleum censetur,
zech. 27. v. 17. Jobus sibi in Asitide quondàm *de*
tris & rupibus fluxisse rivos olei refert, cap. 29.
6. quod Proverbiale est, ut cap. 20. v. 17. χεί-
ῤῥοι ἐλαίυ.

Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant.
liviferæ regiones etiam celebrantur *Assyria*, 2.
eg. 18. v. 32. *Italia*, ut Apocal. 18. v. 13. *Principa-*
m enim in hoc bono obtinuit Italia toto orbe, Plin. 15.
ıp. 2. &c. *De Monte Oliveti* celeberrimo, vide
drichomium: nascuntur etiam nunc ibi frequen-
s oleæ, quæ multum olei reddunt, Bellonius 2.
bservat. cap. 83. Pinge oleam in colle, inter So-
m & Ventum. - *Æstum refrigerat aura.*

Ni Zephyri adspirent, dùm Sol coquit, haud fit
olivum:
Sicca, nisi adspiret gratia, corda manent.

lebræi, ut R. Salomo & R. Kimhi in Amos c. 1.
1. *regiones oliviferas*, ajunt, *parere viros Sapientes.*
‘ales nasci, ubi frequentes oleæ. Non adeò absur-
è: nam *ingenia hominum* plerunque *Genius loco-*
um format: itaque in regionibus temperatis, natu-
ì ferè & illa temperata. Si tamen cultura accedat,
ertum etiam *Magnos posse viros*,

Vervecum in patriâ crassoq; sub aëre nasci.
alluntur tamen, quod naturæ tribuunt Amosi
Thecoitæ

Thecoitæ Sapientiam, quæ gratiæ Spir. Sa[…] potiùs adſcribenda eſt. *Talis* enim *artifex ille Sp*[…] *tus eſt: implet paſtorem armentarium, & Prophe*[…] *facit*, ut ait Gregorius Rom. in Evang. hom. […] Neque certum eſt, *Thecoën* fuiſſe *oliviferam*. N[…] etſi Cyrillus dicat *irriguum & paſcuis abundan*[…] *locum* fuiſſe, quod & Adrichomius teſtatur; […] men Hieronymus αὐτόπτης, diſtabat enim t[…] tùm paſſuum ſex millibus à Bethlehem, *ſolum* […] *arenoſum & ſterile* deſcribit, *quo nihil frug*[…] *naſceretur: ideoq; plena paſtorum omnia eſſe, ut ſte*[…] *litatem terræ, pecorum multitudine compenſent*.

6. Pertinent etiam huc *Contraria*, & ſi q[…] fortè ſunt remedia. Talia ſunt olearum *morb*[…] principio interno, & *peſtes*, aut noxæ, quæ extri[…] ſecus ſuperveniunt. Sic *nocet oleis nimia fertilit*[…] ut & Vitibus. *Vermiculationem etiam ſentiunt o*[…] *væ; ancipiti eventu; quandò cutem ſubeunt na*[…] *fructum adimunt: augent, ſi in ipſo nucleo fuere, e*[…] *dentes eum. Gigni prohibent pluviæ, quæ fiunt p*[…] *Arcturum: facit enim refrigeratio, uti* Theophr[…] ſtus in cauſis, ut *fugiant omnes*. *Clavum etia*[…] *patitur olea, ſivè fungum placet dici, aut patella*[…] *Hæc eſt Solis exuſtio. Nocere tradit Cato & muſc*[…] *rubrum*. Inter ea, quæ foris infeſta, *peſſimum e*[…] *cum deflorescentem percuſſit imber, quoniam ſim*[…] *defluit fructus. Sunt ex eâdem cauſâ naſcentes eruc*[…] *dirum animal; eroduntq; frondem, aliæ florem*, […] *depaſtam arborem turpi facie relinquunt*, ſæpè etia[…] dum florent oleæ - *venti nocuere protervi*, frig[…] æquè ac æſtus adurit, undè Horatius - *oleam*[…] *momo*[…]

morderit æstus, &c. Hæc ex Plinio pleraque
, cap. 24. ubi plura. Remedia etiam quædam
ia apud Portam, quæ quibusdam S. Scripturæ
illuſtrandis ſerviunt, & ad mores applicari
unt. Sic inter oleæ vitia eſt *defluxio florum*,
. 15. v. 33. & ſterilitas, ſi quandò *mentiatur opus*
, Habac. 3. v. 17. ut *ſpem mentita ſeges* dicitur,
ndus mendax, Horatio: & inter peſtes, *erucæ*
untur, Amos 4. v. 9. Joël 1. v. 4. Solentque
, cùm accidunt, aliarum calamitatum eſſe præ-
ia. Ut contra,

Si bene floruerint oleæ, nitidiſſimus annus

iri Solet. Erucæ, bruchi, locuſtæ, cum oleas
q; frugiferas arbores depaviſſent, prævidit Joël
lixitq; adventum Chaldæorum, cap. 1. & 2.
rum ſterilitas apud Babylonios, vaſtitatem &
itatem ſimul denunciabat, apud Habac. ut
47. v. 9. Etiam in Onirocriticis Aſtrampſychi
huc ſpectat:

Ὁρῶν ἔλαιον ἐκφύγῃς πᾶσαν βλάβην,
Oleum videns, vitabis omne noxium.

pud Artemidorum, *oleam videre floridam,*
dicibus innixam, & fructus habentem matu-
bonum. At ſi vindemiantur olivæ, id quidem
omnibus bonum, præterquam ſervis, propterea
non ſine plagis fructus ejus decutiantur, l. 2.
25. Athenis à Perſarum exercitu incenſis,
quoque in Arce *Minervæ* conflagravit, eo-
que die revixit, & ſi qua fides, in altitudi-
duorum cubitorum repullulavit, Herodotus
, Pauſan. in Attic. Ac *oleam* quidem *ambu-*
ſtam

stam regerminâsse, quod Theophrastus & I nius commemorant, miraculum non est; t citò repullulâsse, credat qui volet. Potuit tan omen esse restituendarum Athenarum. Sic *Lao cea adventu Xerxis Platanus in oleam mutata*; Neronis ruinâ, in agro Marrucino, Vectii Mar li *olivetum viam publicam transgressum*, arva indè è contrario in locum oliveti profecta, in prodigia legitur. Sic inter ea, quæ sub Augusto c tigerunt, ut *ejus imperium per omnia venturi Ch sti gratiâ præparatum comprobaretur*, ut ait Oro l. 6. cap. 20. hoc quoque refertur, quod *per tot diem Romæ, in tabernâ meritoriâ, fons olei largissi fluxerit*. Baronius, à Callisto, eo loco Ecclesi titulo Dei Genitricis erectam, refert: legiq; hanc Epigraphen: *In hac primâ Dei Matris tabernâ olim meritoriâ, olei fons è solo erumpens, Ch sti ortum portendit*: & illa *prisca carmina*, quæ qu tæ vetustatis sint ipsa clamant;

Hic oleum fluxit, cùm Christus Virgine luxit
Hic & donatur veniâ quodcunq; rogatur.

Illud in Ammiani Marcell. l. 23. præterire non li Julianum Apostatam refert in Persiam tendent cùm *Zaitam* venisset, *qui locus Oleæ Arbor in pretatur*, Gordiani Imp. tumulum accessisse, postquam ei parentâsset, pergeretq; Duram, sertum oppidum, oblatum ei esse immanis Leo jaculis militum confossi, cadaver: Id obitum gis significâsse, ait; incertum quidem cujus; eventum mox declaravisse, inter omina ac præs fuisse interitûs Juliani. *Leo* Tyranni ingen sig

nificabat, & exitium; *Zaita* olea Ecclesiam,
ntra quam fremens minas spirabat. Verùm de
quoque satis. Supersunt *Comparata.*

Caput XL.

Similia ab Oleâ desumpta.

Ex dictis jam multæ S. Scripturæ Allegoriæ, Parabolæ & alia id genus illustrari sunt. Videamus præcipua loca.

Insignis est *allegoria Rom. 11. v. 16. 17, 18. & seqq.* Judæorum rejectione & Gentium adoptione. quitur Apostolus de quâdam *Mysticâ oleâ*, per um intelligit corpus Mysticum Ecclesiæ Catho- in terris. *Radix* hujus oleæ, Christus est: *ncus*, seu caudex è radice, ipsa Ecclesia: *rami*, mbra hujus: Eorum alii, *κατὰ φύσιν, natura-* dicuntur, Judæi scilicet; non quod naturâ es- t, aut carnali generatione, membra veræ Ec- iæ; nàm naturâ omnes æquè filii iræ nati sumus, hes. 2. v. 3. Johann. 3. v. 6. sed quod ab ortu ipso ticulare Dei fœdus ad ipsos pertineret, *jusq; in* , ad privilegia Ecclesiæ, ex promissione Gra- , Gen. 17. v. 7. ut tamen per circumcisionem *in re* consequerentur, aut istâ neglectâ toto jure exciderent, ibid. v. 14. Hinc ergò *Sancti-* istorum *ramorum* naturalium; altera *relativa*, leralis, & in potentiâ proximâ consequendi olutam, per Sacramentum; idque per genera- nem carnalem à Sanctis Patribus, quibus cum dus hoc Deus iniverat, ex singulari gratiâ propter ristum ex iis nasciturum: altera *absoluta*, Spiri-

tualis,

tualis, & actu acquisita jam per Sacramentum, regenerationem Spiritualem, quâ insiti Chrif radici succum ab eo vitalem, τὴν πιότητα *pinguea nem & unctionem* 1. Johann. 2. v. 20. consequu sumus. Et de his tamen ramis prædicatur, qu quidam, scilicet qui in Christum credere nol bant, severâ & justâ Dei ἀποτομίᾳ *excisi* fuerin non tamen æquè omnes ἀποτόμως, *& finaliter*; quod quidam inter eos electi, æternùm perire n quiverint, quos Deus iterùm oleæ inserere potui & inserendo utique salvos fecit, juxta decretu ἀμεταμέλητον. Alii verò rami sunt παρὰ φύσ *præter naturam adoptati* ab oleâ, per gratiosa insitionem, cum naturâ essent *ex Oleastro*; & tal erant gentes.

2. Multa hic mysteria confertim proponuntu Nos tantùm, quod hujus loci est, spectemus, *Gentium naturalem conditionem*; ea per Oleastru Symbolicè indicatur. Pastor ille Appulus apu Ovid. 14. Metam. fab. 11. caussam comparation bene expromit: propter maledicum os, & cor vitia, morumq; petulantiam, in oleastrum tran formatus.

> *Arbor enim est; succoq; licet cognoscere mores.*
> *Quippè notam linguæ baccis oleaster amaris*
> *Exhibet; asperitas verborum cessit in illas.*

Adde, quod *ramos* ferè habeat *aculeatos: bacca* solis avibus, turdis, sturnis, merulis, gratas; qu visco capiuntur indè innumeræ; ut habet Matthic lus. *Nascitur ex oleæ sativæ nucleo:* ut & fideles g nerant filios iræ, & peccati, sui similes naturâ, no grati

ntiâ. *Neq; humanâ curâ mitescit oleaster*, sivè sur-
lis seratur, sivè transferatur: *Ex oleâ fit incuriâ;*
si ex oleastro fieret olea, prodigium haberetur, ut
heophrastus. Ita solius gratiæ miraculum est,
infidelibus fieri fideles. Tanta naturæ, ex cor-
ptione, pravitas est! Ad bonum prorsus naturâ
oneus nemo: *ad malum proni semper omnes!*

Neglectâ ex oleâ fit baccâ oleaster amarâ;
Sic hominum ingenium degenerare solet.

eptos oleaster fuit, in quo implicitis habenis, fu-
ns novercæ insidias, Patrisq; diras Hippolytus,
ru hæsit, fractisq; rotis, excussus crudeli morte
eriit, de quâ Ovidius 15. Metam. Fab. 45. & Se-
a Actu 4. v. 1080. & seqq. in Hippolyto. Olea-
r ille calumnias novercæ signat. Plures linguæ
versæ veneno perierunt, quàm ferro, Sir. 28.
2. *De Oleâ streptâ* non procul Epidauro, Pau-
in Corinth. Herculis manu circumductam, fa-
n intortam accepisse & retinuisse: indè nomen.
itur ad orcum!

Fertur equis auriga: rotis dùm deniq; fractis
Excussus, lacero corpore, morte cadat.

ea *Strepte* dici potest *Meretrix*, ex Proverb. 5.
3. & μυςικωτέρως *Prava Concupiscentia*, Vo-
tas, humana Sapientia, de quibus Salomonium
d plerique accipiunt. Hic, quotquot ferè per-
it, carrum suum evertunt, veri Hippolyti,
tati equis suarum perturbationum, illò undè
no nisi Dei Filius revocare possit - *non fortibus*
bis aut ope Pæoniâ, sed - *validò medicamine*

 Verbi,

Verbi, - *Dite indignante receptos*, Ovid. l. cit. Si
Ephrem adv. malas Mulier. Meretricem dixit
naufragium in terrâ. Vetus verbum eſt: *Fuge me-*
retrices!

Ne currum evertas, ſtreptam fuge cautus
olivam:
Sæpè etiam in terrâ flebile naufragium eſt.

Gades inſula, quæ noti orbis terminus eſt, prop
fretum Herculeum, *Cotinuſa* dicta à frequenti
Cotinorum, id eſt, oleaſtrorum. Totus ferè or
bis terrarum ante Chriſti adventum ſic dici potuit
poteſtque etiam nunc. - *Pauci quippè boni*, u
Eſai. 17. v. 6. & 24. v. 13. Mich. 7. v. 1. 2.

Ut paucæ pendent excuſſâ ex arbore olivæ:
Sic rara eſt pietas, innumeriq; mali.

Apud Hieronym. Eſai. 41. *per duas & tres, atq; ite-*
rùm quatuor & quinque olivas, quidam Veterum
XII. Apoſtolos Domini, Jacobumq; Fratrem Domi-
ni, & Paulum vas electionis intelligunt. Idem c. 24
cit. *Paucitatem electorum tempore Antichriſti* ſigni-
ficari cenſuit, de quâ apud Matth. 24. v. 24. Luc
18. v. 8. Pergamus, & videamus

3. Jam quoque 2. *Gentium gratioſam inſitionem*
Quam diſertè ait Apoſtolus factam παρὰ φύσιν, &
contra leges inſitionis. Nam 1. non ſolent oleæ pe
inſitionem propagari. Tarda res eſt, & ſerò per-
cipitur fructus, vix poſt annos multos, deinde ſi
quod non rarum eſt, accidat comburi olivetum
germina, quæ ab imo repullulant trunco, iterùm
ſilveſtres pariunt oleas; redeunt enim ad naturam

matris

atris: at si urbanæ conflagrent oleæ, idem mox
natæ restituent olivetum, sic Plinius & Porta l. 6.
p. 18. sic accipiunt illud Virgilii l. 2. Georgic.
302. *neve oleæ silvestres insere truncos*, &c. quod
men aliò spectat, ut docet LaCerda. Porrò 2.
l magis contra naturam est, quam ut oleastri sur-
lus insitus oleæ trunco, mites ferat fructus. Itaque
ntrà fieri oportet, ut olea inseratur Oleastro,
o hic mitiorem & urbanum habitum induat.
*xta legem agriculturæ bonus surculus inseritur, in
nam arborem. Hi cùm essent radice mala, inserti
nt in bonam arborem*, Commentator nomine
nbrosii h. l. pluribus, Augustinus in Psalm. 72.
lodus insitionis hujus vocatur ab Apostolo,
κεντρισμός: omnium frequentissimus est: cùm,
canit Virgilius 2. Georg. - *enodes trunci rese-
ntur, & altè*

Finditur in solidum cuneis via: deindè feraces
Plantæ immittuntur; nec longum tempus, &
ingens
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbor.

e aliis dicere modis, non est hujus loci. Ad hunc
io necessaria sunt; ut scilicet *ramus aliquis, aut
ures*, qui debeant inseri, ut alienam adoptent so-
olem, *amputentur*: deindè, ut hæc *soboles à matre
â avellatur*, quo in aliam possit inseri. Ita ergò
Oleâ Ecclesiæ Judæi quidam, ut ait Apostolus
ἐκλάσθησαν defracti, exsectiq; sunt, v. 17. contra
entes *ex oleastro excisæ*, paganicæ impietatis, in
orum locum insitæ sunt. *Finis & effectus* hujus
sitionis indicatur, quod Gentes hoc pacto factæ

ſint *conſortes radicis*, *& pinguedinis* τῆς καλλιελαί
illius; Chriſti ſcilicet, & gratiæ Spiritus Sanć
Quia ſicut emittitur ſuccus à radice in ramos, *ut* v
vant: *ita & in Chriſto vivunt omnes credentes*,
illo bonum omne accipientes, *cujus & membra ſun*
Remigius h. l. Johann. 15. v. 5. Nota autem, ha
inſitionem per Sectionem duobus modis fieri ſol
re: *aliquandò* etenim *reſectô trunco totius arboris*, i
primis ſilveſtris, inſurculautur feraces plantæ, ut a
Virgilius: hæc eſt ἐμφύτεια illa, cujus meminit
Jacobus Epiſt. cap. 1. v. 21. de quo loco ſatis dixi
Paradigm. Concion. Exemplo, 56. *aliquandò ram*
tantùm aliquot ex arbore frugiferâ præciduntur, ſ
vè quod arefacti & inutiles ſint, ſivè quod eande
arborem vario fructuum genere onerari volupe ſi
&c. Deque hac agit Apoſtolus. Deindè *ſurcul*
ita frugiferæ arbori, aut alteri *inſitos*, à radice eju
& ſubjecto trunco accipere *colorem*, *ſaporem*, *od*
rem, *magnitudinem*, *vimq́ germinandi*, docet plu
ribus Porta lib. 4. cap. 18. Sic moro inſita Citri
poma rubeſcunt; mora in albâ populo albeſcunt
mala in cotoneo, ſaporem odoremq; æmulantu
Oleà viti inſita botros & olivas producit, *ut ſi qu*
fructum guſtet & uvæ acinum, *& oleæ baccam guſt*
percipiat, ex Florentino. Nam arbor talis ut natu
ralibus ramis quaſi mater; ſic adoptivis ut nutrix
lac idem ſubminiſtrat, quo fructus pariant uniu
modi. Denique quod concludit Apoſtolus, *ra*
mos naturales ex oleâ defractos iterùm poſſe inſeri, ſ
modò feraces ſint, & viviſcant, certum eſt, no
tamen adeò uſitatum; cùm in terram depacti ci
tiù

ĭs adoleſcant, & fructus ferant. Hæc de h. l.
ɛis; quæ Theologi hic obſervent, inprimis
ontra Calvinianos, vide apud D. Balduin. & D.
'eller. &c.

4. *In ſtatu Eccleſiaſtico* oleæ comparantur,
Eccleſia ipſa, ut Jerem. 11. v. 16. ubi Deus *vocat*
men Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, fecitq; vocan-
, *uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam: ſed*
ta per ſuperbiam igne iræ ejus ſuccenſa eſt, combu-
q; ſunt ejus rami, ita ibid. Hieronym. Argumen-
comparationis ex Topicis ſuprà peti debent. Hic
licatur oleæ hujus, *felix conditio*, quæ à Deo
ntata, culta, dilecta in tantam ſuccrevit pulchri-
linem, ut foliis ſemper virentibus, fructuq;
ioſo gratiſſima eſſet; mox *repentina combuſtio*;
e non rarò accidit, ſi fortè - *incautis paſtoribus*
idit ignis, ut Virgil. 2. Georg. v. 304. quem
guedine ſuâ, quamvis virentes, oleæ facilè
nprehendunt, ut tota nemora conflagrent, ut
m eleganter deſcribit. Videtur autem Propheta
uere, oleas, ſi in altum tollantur, cœleſti igne
ammari. *Spes* tamen ſubjicitur animis piorum,
, ut ambuſta hæc olea reviviſcat: quod poſt ca-
itatem Babylonicam evenit. 2. *Ejus Miniſtri*,
Zachar. 4. v. 3. & 14. & Apoc. 11. v. 4. Rationes
nparationis D. Cluverus in Apocal. adducit, ab
nctâ *vivacitate & perenni virore* Doctrinæ,
. 40. v. 8. ab *utilitate*, ad S. lumina, Matth. 5.
.. cibos, unctionem, medicinam, de quibus ſu-
à dignitate, quod profanis uſibus oleam pollui
s haberetur, Plin. 15. cap. 30. quod ſtringi, ver-

 berariq;

berariq; vetitum, Psalm. 105. v. 15. quod esset pa
quasi interpres & nuncia, Esai. 52. v. 7. Victoru
coronis dedicata, &c. Denique 3. *Pii* omnes,
David Psalm. 52. v. 8. cujus hæc spes fuit; *fore*
oleam semper virentem, fertilem, vivacem, pingue
& quidem in Domo Dei. Colligo, propè tabernac
lum & Templum oleas quoque sacras fuisse,
oleum sacrum, quales Athenis diximus, & *in Hy*
nethio Epidauriorum describit Pasaunias in C
rinth. Sic ergò peculiari Dei bonitate & tutelâ gl
riatur David. Confer Sirac. 50. v. 11. Lacedæmo
cùm Atticam ferro atque igni popularentur, ol
tamen pepercerunt metu Palladis, & dirarum e
secrationum Atheniensium in Sacrarum olearu
vastatores. *Qui tangit, pupillam Dei tangit*, Zac
2. v. 8.

Ante fores Templi *Sacratas si quis olivas*
Læserit, iratum sentiet ille Deum.

5. *De Statu* Politico agit illa pulcherrima, Pa
bola aut *Apologus Jothami* Judic. 9. v. 8. & seq
Reprehendit ille Sichemitarum impiam *in quære*
do Regem *ambitionem*, cum injuriâ Dei, qui Sol
esset Populi sui Rex, 1. Sam. 8. v. 7. & stultam
eligendo, perversionem; quod pessimum omniu
Regem constituissent, seq; simul tot scelerum
cissent reos. Partes sunt; παραμύθιον, ad excita
dam attentionem: *Audite me, ut vos audiat Deu*
παθητικόν. Fabulatores olim præfari soleban
assem parate, & auream accipite fabulam; ut in P
nii Epist. Hæc præfatio rei magnitudinem decebat
sequitur Μῦθος, de insanâ arborum ambitione,
cu

um regnum optimæ respuissent, pessimi rubi
ectione: Subjicitur ἐπιμύθιον & applicatio, aut
onnexio cum narratione & exprobratione, ac im-
recatione. Quæritur 1. *quâ verisimili ratione arbo-
s fingantur Regem quæsivisse?* ℞. quod inter omnes
eaturas aliqua sit q. Monarchia, Dei supremum
nperium significans. *Rex unus est apibus, dux
nus in gregibus, & in armentis Rector unus*, Cy-
ianus de Idolor Vanit. Sic Sol inter sidera, Leo
ter animalia, aquila inter aves, inter pisces Balæ-
, inter metalla aurum, inter lapides adamas,
gnant, Proverb. 30. v. 30. 2. *Quam stultè hoc
æsiverint!* ℞. quod non considerârint antè, fieri-
posset? & an ex re ipsarum esset futurum? quæ
o ubi absunt, stulta omnis deliberatio est. Sic
m *Simiæ plebis scitum scripsissent*, de condendâ ur-
, *vetula quadam ab incepto prohibuit, docens*; fa-
è capiendas esse omnes, si intra muros conclu-
ntur, *Priscianus* in Præexercitam. 3. *Cur oleæ,
ui, & viti delatus principatus?* ℞. caussa indica-
, in ipsarum recusatione. Nam etsi dignitate aliæ
leantur excellere, & Cedrus supra omnes emi-
at; in Rege tamen eligendo publicæ utilitatis
ximè habenda erat ratio. *Salus publica suprema
esto.* Hujus autem respectu *Olea prima arbo-
m est*, ut diximus è Columellâ: *Ficus*, ad cibum
cessaria, proximos illi honores occupavit: tertius
cus debetur *Viti* ad lætitiam datæ. Confer Phæ-
fabulam, de Minervâ oleam eligente, suprà cita-
n. Itaque prudenter Jotham his arboribus, &
c ordine Regnum deberi judicavit. Neque pro-

bo, quod ait Serarius Quæst. 18. *adolescentiori fuisse, neque tantum natura indagatorem, ut accurtam horum potuerit instituere comparationem*
4. *Quid ergò Jotham significare voluerit?* an quo Regnantium virtutes, *Sapientiam, pietatem, justitiam, clementiam, alacritatem* per has arbores voluerit demonstrare Symbolicè? Non puto eò respexisse: multò minùs, quod SS. Trinitatis mysterium in mente habuerit; quasi exprobrârit Sichemitis, *Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum* rejecisse, & ita justo evenisse judicio, ut *Rhamni infernalis* regnum sibi vindicârit, quæ accommodatio Tropologica & Anagogica est apud Hieronymum in Habac. cap. 3. v. 17. Mens erat; optimos quosque bonis donisq; suis contentos, dignitatem regiam recusâsse huc usque semper; ne dum aliena appeterent contra Deum, cui Soli hic honor esse debitus, amitterent propria: Et tamen habuisse dotes, hoc regio axiomate non indignas: *oleam* quidem, *pinguedinem illam Diis & hominibus laudatam*, propter tot usus sacros & profanos; *Ficum* verò, *dulcedinem fructuum*, inprimis hominibus expetitorum; *Vitem* denique musti *suavitatem*; qua *& Dii delectentur*, propter sacra libamina, & hymnos simul decantatos, colentiumq; alacritatem ex vino ortam; *& homines*: Hoc enim, ut Varro habet, *hilaritatis seminarium est. Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos.* Hoc medicamento tristitia pellitur, quæ & ad Dei cultum, & ad humana negotia tardos facit, ac pigros. Quare hoc volebat Jotham: Si omninò Regem habere voluissent

Sichemi-

chemitæ, quærendum tamen fuiſſe, *qui Deo & ho-*
minibus acceptus eſſet, qui & ſacra piè & humana
ommodè curare poſſet; à quo in omnes humanæ
tæ ſtatus maxima redundaret utilitas; aut ſi talem
nciſci non poſſent; proximo tamen loco eligen-
um fuiſſe, qui nemini onerofus, nemini damno-
s, *Largas opes* & uberem bonorum proventum,
vitam ſuſtentandam *ſufficere poſſet & vellet*; de-
que ſi neque *honeſtatis*, in quâ omnia ſunt, neque
ilitatis ſuæ rationem habituri fuiſſent, *jucundita-*
m tamen ſpectare debuiſſe; ut talem haberent
egem, ſub quo *tranquillo & hilari animo* vitam
anſigerent. *Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto vivitur*
o. Tria tamen in univerſum ſunt bonorum ge-
ra, *honeſtum*, *utile*, *jucundum:* primum omni-
s anteponunt, *Sapientes*; alterum, *avidi*; ter-
m, *voluptuoſi:* quibus iſtorum nihil, ſed omnia
ntraria appetuntur, mente capti ſunt, & ut
int *Hippocraticis vinculis alligandi.* Hanc inſa-
im exprobat Sichemitis Jotham, quod Rham-
m quaſi Regem creâſſent, inter damnatas ſpi-
s peſſimam, de quâ ſuo loco. Quæ omnia de-
onſtrant Jothamum ex ipsâ Politicâ prudentiâ
ientiſsimè, & rebus præſentibus accommoda-
ſimè, hunc Apologum eſſe commentum. Et poſ-
tota hinc extrui *Politica Prudentia:* 1. de opti-
â Reip. formâ. 2. De Regum electione, officio,
fine & q. ſcopo. 3. De diverſis ſubditorum mo-
ous & ſtudiis. 4. De Tyrannide, &c. Sed hæc
us loci ſunt.

6. Ad *ſtatum* denique *Oeconomicum* pertinet

pulcherrima illa felicis domûs ac familiæ pictu
apud Davidem Psalm. 128. v. 1. 2. 3. *Pater famil*
pius Deiq; timens orat & laborat; eum *Vitis* q. pe
gulana cingit *uxor* fœcunda, viri amans, domest
cæ curæ intenta, & q. domo affixa; *liberi* mensa
coronant, velut *novella olivarum*, *Kischthile Z*
thim, ὡς νεόφυτα τῶν ἐλαιῶν. Hinc omnige
Dei benedictio. Dixi de hac similitudine, quai
tum satis erat, in Tab. Oeconom. Meditat. 12. P
rentes liberos, 1. *castè generent*; nam & olea
ajunt non provenire nisi castis manibus plantetu
ut suprà. 2. *sollicitè educent*, mensam præbeant, d
mi contineant, moderatè coërceant. vide quæ
curâ, & culturâ olearum dixi cap. præced. Sæp
venti nocuêre protervi; Sæpè *Capra* morsu: *na*
omnia novella sata carpendo corrumpunt, & n
minimum oleas: saliva earum fructui Venenum es
Varro, & Plinius l. 15. cap. 8. *Malè etiam ponitu*
olea ubi Quercus effossa sit; quoniam vermes, qui eru
ca dicuntur, in radice quercûs nascuntur, & tran
seunt, Plinius 17. cap. 18. Sed de his aliis jam abun
dè. Sic novellæ hæ plantulæ feliciter crescent, per
petuò virides, spe florentes, fructu fœcundæ, ætat
vivaces. Indè parentum lætitia, & mutua concor
dia, ac pax domestica, & consolatio denique etian
in morte, Sirac. 30. v. 1. 2. 3. *Domus amica, do*
mus optima!

Si vitis fœcunda domum [mensam] *si cinga*
oliva;
Quid Patri possit gratius esse pio?

7. Colum-

7. *Columba ramum olivæ afferrens* Nohæ, en. 8. v. 13. *illa à primordio divinæ pacis præco*, hriſtum demonſtrat, Tertullian. adv. Valentin. p. 2. Olea enim *ſignum pacis apud nationes præten-tur* etiam: *Sic carni noſtræ emergenti de lavacro, ſt vetera peccata, Columba Sancti Spiritus advo-t, pacem Dei afferens*, Idem de Baptiſmo cap. 8. inc fabulæ Gentilium. *Xiſuthrum* Aſſyrii *in dilu-ó aves emiſiſſe, exploratum, an alicubi terræ ap-rerent? & Deucalioni columbam nunciam fuiſſe mpeſtatis ac ſerenitatis*, narrabant Theſſali, vide lex. Polyhiſtor. apud Cyrillum l. 1. adv. Julian. & utarch. de Animal. ſolert. Argonautis quoque.

Dux erat ignoto miſſa Columba mari.

uærunt de oleâ hac, *an naturaliter virorem ſuum tinuerit*, toto anno diluvio merſa? *an miraculo rminaverit?* Hebræi ramum hunc *è Sione alla-m* fabulantur: *hoc ſolum, fluctu terras mergente, cumen eminuiſſe*, ut de Parnaſſo Poëtæ. Sed non bet his immorari.

De oleo quoque multa, quæ adferri poſſent, præ-reo. Monet Eliſa 2. Reg. 4. v. 3. ut *vacua* cordis *aſa* adferamus, ſi oleo gratiæ Spiritus Sancti im-eri deſideremus. *Tàm largo fonti vas inane ad-ovendum eſt*, ait Auguſtinus. Nam plena re-puunt: nec oleum patitur mixturam. Alta petit mper; cætera ſubſidunt, & ſi abundent, expel-nt. Hoc oleum venditur in Tabernâ Eccleſiæ, nuntq; *prudentes Virgines*, dùm tempus eſt, quo des accenſa lucet. Idem - *lux, medicina, cibus*,

Hoc

Hoc oleum, per Evangelium, & veniæ promissi nem, infunditur *Vulneribus*, ut dolorem mitige & cicatricem inducat, Matth. 25. Luc. 10. Cù Largus Ægypti Præfectus, sub Augusto Cæsar exercitum duxisset in Arabiam Felicem, inusitat morbo maxima pars interiit, cui præter ἔλαιον ὄν μεμιγμένον nullum fuit remedium, Xiphilinus i Augusto. Verùm hæc aliis relinquamus.

CAPUT XLI.

De Thamar Palmâ.

I. P*Alma* crebra quoque mentio est in S. Lite ris: tàm *naturalis*, quæ תמר *thamar* dici tur [ut Exod. 15. v. 27. ubi Israëlitæ *LXX. palma & XII fontes*, repererunt; quod repetitur Num. 33 v. 9. Ita Levit. 23. v. 40. *in festo Tabernaculorum* jussi sunt gestare inter alias frondes, *Cappoth*, ramos vel ut habet Vulgatus, *Spathulas palmarum*: de quibus iterùm Nehem. 8. v. 16. & nos suprà cap. 2 Et Joël. 1. v. 12. *Palmam* queritur æstu nimio *exaruisse*, inter cæteras arbores fructiferas, quarum proventu lætari solent homines; Psalm. 92. v. 12. *Justus ut palma florebit*: Cant. 7. v. 7. 8. *Statura Sponsæ similis palmæ: dixi*, inquit Sponsus, vel ut alii Chorus puellarum, *adscendam in palmam, apprehendam* palmites vel *fructus ejus*: Laudatur enim palmæ proceritas, & rectitudo, indè & idola *instar Palmæ*, erecto corporis statu, *fabrefacta*, ad exemplar hominum, Jerem. 10. v. 5. *Kethomer*, formæ Mascul. ut Judic. 4. v. 5. ubi habitâsse Debora

ra dicitur *tachat-thomer sub palmâ.* Indê *palma*,
est rectitudo, *fumi* Cant. 3. v. 6. Joël. 2. v. 30.
i rectâ adscendit q. columna: & *Thamerurim*
lisci, viæ indices, Jerem. 31. v. 21.] quàm *arti-*
alis, quæ ornatus ac mysterii caussâ in Tem-
, in parietibus ac ostiis, visebatur, 1. Reg. 6.
9. 35. ut Ezech. 40. & 41. capp. adde 1. Reg. 7.
36. De *Mulieribus*, *urbibusq;* nomen à *Tha-*
r adeptis, nil opus est plura addere, vide Ma-
um & Greg. Lex. Sanct. Denique in N. Testam.
ιξ *palma* memoratur Matth. 21. Johann. 12.
3. Apoc. 7. v. 9.

2. Apud Chaldæos, Arabes, Æthiopes idem
nomen est. De etymi ratione nil comperi.
bum, cum ת *thau punctato*, radix, *thamar*,
ificat, *fructificavit.* Quidam derivant à *Ma-*
rebellis, contumax *fuit*, ut notat Marinus,
od ponderi resistat. Græcum Φοίνιξ πολύσημον,
tem, *arborem*, *avem* significat. Sic quod Da-
cecinit; *justus ut* Φοίνιξ *florebit*, de ave ac-
erunt quidam veterum, ut Tertullianus de
urr. Carn. dixi S. Analect. Volum. 1. l. 3. cap. 3.
. 165. Contrà, ubi Jobus dixit; *in nidulo meo*
iar, *& multiplicabo dies meos sicut* חול *chol*,
29. v. 18. LXX. posuerunt, ὡς στέλεχος φοί-
ος, & Vulgatus; *ut palma:* cùm de Avi Ara-
potiùs accipiendum sit, quæ sola in nidulo
mori ac reviviscere credita, in S. Analect.
Mitto alia significata vocabuli Græci. De
mo lis est inter Grammaticos. *Phœnices* alii
os putant, quod φόνιοι quondàm fuerint

καὶ λῃστα-

ἢ δὴ λῃςρικοὶ τὸν τρόπον: alii *à colore* vel *Rubri m. ris*, undè profecti litora Syriæ occupârint; vel *pu pura Tyria*, undè *φοινίσσω τὸ βάπτω*: alii à fab loso quodam *Phœnice Tyrio*, Cadmi & Cilicis fr tre de quo Apollodorus l. 3. Biblioth. princip. R centiores ex Hebræâ linguâ derivant, de quib Bochartus in Phaleg. l. 4. cap. 34. & in Canaan. lib cap. 1. ipse Phœnices putat appellatos, quod se gl riari essent soliti *Bene-* vel *Phene-Anak*: prob bili ratione. Mihi verisimillimum videtur, eu dem fuisse Græcis Regem *Erythram* & *Phœnice* qui à Mari Rubro, & eâ parte Arabiæ, quæ adjac usque ad mare nostrum, Mediterraneum, regnâ vide Conon Narrat. 37. & 40. ut Strabonem, Pa saniam, Plinium taceam. Ac Philo quidem B blius primum ait *Cognomen Phœnicis adeptum χ* id est, *Canaanem*: Sacra verò historia *Esauv* disertè docet *Edomum* appellatum fuisse, sivè φο νὸν, ἐρυθρὸν. πυῤῥὸν, Etymolog. Nec dubito, qu ante migrationem Cadmi in Græciam, mare *Er thræum* Rexq; *Erythra* innotuerint: ex hujus n mine *Synonymum* confinxerunt *Phœnicis*, comit *Cadmi*; quod patrii nominis *Canaanis* puderet, si propter Nohæ maledictum, sivè propter clades t to orbo celebratas, quas à Judæorum Duce pa Josuâ, novas sedes quærere coacti fuerunt. In jam *palmæ* quoque nomen, ut *φοῖνιξ* audiret; n tam, quod Phœniciæ frequens & q. propria arb esset; quàm *à colore fructus*, qui *Spadix & Spadi* ut color indè *Spadiceus*, *φοινὸς*, *Phœniceus*, qu sanguine tinctus. Nec longè abest notatio, qu adf

fert Etymologici Autor. *Phœnicem arborem di-* δ[ιὰ] τὴν τῶν ςελέχων ὀξύτητα, *eò quod tangentes* *entent, & sanguine tingant: undè justi palmæ* *parentur; quoniam Salutaribus doctrinis pun-* *it acuantq; mentes audientium*, De Ave Phœni- vide Kirchmajer. in Disp. Zoologicis. *Palma* *a quod oppansis est ramis, in modum palmæ homi-* *: fructus ejus dactyli à digitorum similitudine*, or. 17. Etymolog. cap. 7. Convenit Hebræum בלם *Balàm*, constringere, ligare, claudere; c παλάμη, & rusticorum proprium verbum, *mare*, id est, *materias alligare*, Columellæ l.11. . 2. circa fin. Nam in oriente *foliorum* anti- ssimus *usus* fuit *palmæ*, *ad funes*, *& vitilium ne-* , Plin. 13. cap. 4. & 16. 24.

. *Descriptio* hæc est; 1. *Partes* sunt; *Radix*, e fimum aversatur, sale gaudet, & salso solo: *tale non est, salem adspergunt, non radicibus, sed* *lo longiùs*, Plinius 13. cap. 4. *Gaudet & riguis*, *q; anno bibere cùm amet, anno sitienti*, Ibid. cœ- , puta, quærit calidum, terram humectam, ut x: *Caudex*, procerus & altè exsurgens; undè *ar-* *palma*, Virgil. *Cortex* utrum lævis, an asper, ris, circùm cultellatisq; q. pollicibus grada- dispositis? quæritur. Diodorus Siculus l. 2. 23. *Palmæ stipite sunt aërio, præcelso ac tereti, &* *q; vertice tenus glabro.* Plinius l. cit. de Silve- præfatus, fruticem non excedente; *reliquæ*, in- , *teretes atq; proceræ, densis gradatisq; corticum* *cibus, ut orbibus, faciles se ad scandendum Orien-* *populis præbent: utilem sibi arborisq; induviis*

circu-

circulum, mirâ pernicitate, tùm homine subeunt. Pro pollicibus, Clarif. Rainesius monuit legendum, *Cochlicibus*, 2. Var. Lect. cap. 9. Theophrastus apud Portam Villæ lib. 5. cap. 23. *Corticem* palmæ tribuit, *cùm adolescit, lævem; scabriorem, cùm senescit*. Veslingius in Alpin. cap. *Arbor*, inquit, *ipsa quò magis assurgit, eò minus ramorum abscissorum nodis horret: annosior nodos penitùs obliterat: per tubera quædam inæqualia*, hæc polices videtur dicere Plinius & formâ non sui adeò diversâ, *scansilis: scabrum tamen corticem ad extremum usq; senium servat. Vero scilicet virtutis simulacro, quàm callosas obtinere manus rectè pronunciavit Sapiens Romanus*. Ita Willeramus Abbas in Cant. Canticor. cap. 7. v. 7. de Palmâ ait quod ea - *aspera musca*

Corticis horrifici sit parte sub inferiori.

Et Honorius in eund. loc. *Palma est inferiùs aspera & superiùs pulchra: Quia Ecclesia hic fuit aspera in pressuris; sed Victoriâ potita de vitiis, pulchra fulget in cælis*: uterque sequutus Greg. M. in Cant. l. cit.

4. Sequuntur *Palmites & folia*: hæc *cultrati mucrone sunt, lateribus in sese bifidatis, Coma ferè omnis*, & fructus, *in Cacumine*. Neque defluunt unquàm, sed semper perennia manent, & eadem. *Dulcis medulla in cacumine* Cerebrum *appellatur* Plin. l. c. ἐγκέφαλον Græci dicunt. Dioscorides ἐγκάρδιον τοῦ πρέμνου, *cor caudicis: ab eo enim insertis sibi ramis vitalis vigor suffunditur, & nutrimenti gerulæ fibræ in altricem terram descendunt. Exemptum in cibis expetunt Aphrodisii*, lascivi, Veslingius l. cit.

it. Undè Nicander in Georg. Cerebrum palmæ
ἐς ἄσπαςον ἔδεσμα *Cibum juvenibus expetitum*
cat. *Corpus plenum facit, largiusq; nutrit, sed*
ntriculum gravat, sitimq; excitat, Diphilus,
id Athenæum l. 2. ext. Meminit Xenophon,
Exped. Cyri: *Milites*, inquit, de Clearchi copiis
utus, *medullâ palmæ vesci cœperunt, multis &*
us ipsum, & propriam quandam in hoc cibo sua-
atem admirantibus. Id tamen capiti infestum
t: palma ipsa, medullâ ademptâ, exarescebat:
lo lib. 1. de Vitâ Mosis: *Palma vitalem vim*
et, non in radicibus defossam, sed in summo sitam,
asi Cor; in ramorum medio, à quibus circum
qũe stipatur, ut Princeps à suis satellitibus; Eadem
ura est mentis, quæ Sanctitatem degustavit: Solet
m sursum spectare, & in sublimibus versari: oc-
ata contemplandis divinis pulchritudinibus, nau-
iciens terrenas, & hæc lusus reputans, illa seria.
Ieratius de Palmâ;

Huic cerebrum tribuunt, quo mox arescit
adempto,
Raptorem insano capitis prius ulta dolore.

uctus palmæ racemis propendet. Quem sola ar-
rum *in Spathis* habet; quas & *elatas* vocant,
n. 12. cap. 28. Sunt eæ involucrum quoddam
rentium palmarum, pulvinaris facie, extremita-
us in acutum desinentibus, duarum Spithama-
n longitudine: eo dehiscente prorumpunt flo-
, & dactyli, qui per Autumnum maturescunt,
oscorid. c. 126. lib. 1 & Matthiolus ibid. Arabes
chel appellant, ut Veslingius notat; apud Pli-

nium lib. 13. cap. 4. Legitur nomen *Dabula*, qu
Juba apud Scenitas Arabas omnibus saporil
præferat. *Debela Palatha*, vel caryca Hebræis
aut *Carica* ficus vel massa ficuum, *Dattiles* voca
Hispani quoque palmarum dactylos, & inde al
Nomine ex Arabiâ petito, non Græcæ origir
Sic fructum Spathâ inclusum, ait Dioscorides, q
busdam dici *Borassum* : Serapion habet *Bassa*
quod à *Bisser* nunciando, aut à *Bazàr* vindemian
possit fortè derivari.

5. Hæc de partibus, videamus 2. *Species*. Un
quinquaginta numerari posse docet Plin. 13. cap.
Clarissimæ omnium, inquit, *quas Regias appella*
re; ab honore, quoniam Regibus tantùm Persicis s
vabantur : Babylone natæ uno in horto Bagòu di
&c. Nobiles etiam *Margarides, breves, candi*
rotundæ, acinis quàm balanis similiores : quare &
margaritis nomen acceperunt. Meminit ex Plin
Passeratius:

> *Non ego te indictam, gemmis cognata, velinq*
> *Margari, quam de se voluit natura renasci:*
> *Namq; tuò exemplo, postquàm occidit unic*
> *ales,*
> *Se reparat, magni spatiis redeuntibus anni.*

Et ideò *putatur avis Phœnix, ex hujus palma arg*
mento nomen accepisse, ait Plinius l. cit. Tota poti
hinc conficta videtur. Inter alias species est Æg
ptia *Adipsos* dicta, de quâ in Acetrâ meâ l. 1. nun
77. & 78. Fructus dicitur πῶμα, *à potando*, quo
sitim restinguat, ante plenam maturitatem: na
cùm nigrescit, matura *Phœnicebalanus* dicta, v
scente

ntes inebriat, Plin. 12. cap. 22. Palma Indica,
Coquos nomen indiderunt Hispani, quod nuces,
as fert Cercopitheci caput, repræsentent, Indis
aro, fructus verò *Narel* dicitur, Garsias ab
rto Aromat. hist lib. 1. cap. 26. Clusius in No-
describit: *caudice non esse scabro, ut palmæ, sed*
; & adscensu difficilem, ideoq; sparteis vinculis
per intervalla: ei non absimilis est *Areca*,
. Nomen *Maro* cum *Tamarà* bene convenit.
marindus alia planè arbor est, nec ullam cum
nâ habet similitudinem, ait Veslingius. Depi-
n cum siliquis, quas fert, vide apud Matthio-
. Nec *Tamar* solum significat *Dactylum*, sed
d Arabes *fructum omnem*, ut addit Vesling. vide
de etymo nominis notavi num. 7. Ut à *thamár*
tificando, dictam hanc arborem ejusque fru-
n omninò putem: Fert enim uberrimum,
miniq;, ait Idem Veslingius, *sic onustum fuisse*
ylis suis unicum racemum, ut eum attollere à ter-
ræ pondere vix sustinerem.

6. Eò pertinet 3. discrimen *Sexûs*, de quo
ta Plinius l. cit. & Dalechamp. ibid. Herodo-
jam olim: *passim in Babylonicâ regione nasci*
nas, ex quibus cibos, vinum, & mel conficiant:
sculas dici, quarum fructus aliis alligentur, ut ea-
quoque palmulæ a culicibus, quasi caprificatio-
maturentur: Culices enim in mascularum fructu
i, ut in Caprifico, lib. 1. p. 55. meminit quoque
enæus. Ammianus Marcellinus de eâdem ferè
one: *Oriri ibi palmarum arbores, earumq; in-*
ia nemora: quaquà incesserit quisquam termites

 & spadi-

& spadica cernit assidua, quorum ex fructu mellis (
vini conficitur abundantia: maritari palma ipsa a
cuntur, facileq; sexus posse discerni: additur etia
fœminas generare, seminibus marium illitas, &
l. 24. - *nutant ad mutua palmæ Fœdera*, ut car
Claudianus de Nupt. Honori & Mariæ. Sic Pl
nius: *circa singulos mares plures natant, in eum pr*
na blandioribus comis, l. cit. Leontius; *recreari f*
minas manu arboratoris. si demulcens marem basiu
quasi indè afferat illis, atque blandâ manu contrecte
aut si flores ex mare carptos amasiæ capiti circumda
Similia ex Theophrasto refert Porta, & aliis, dixi
ex Achille Statio Volum. 1. S. Analect. pag. 19
Meminit Passeratius elegantissimis versibus, se
pluribus, quàm ut describere libeat; ubi ex Pont
no quoq; palmas duas, alteram marem *Brundus*
alteram fœminam *Hydrunti*, tamdiu steriles fuiss
quoad adolevissent eò usque, ut mutuo frui posse
adspectu: & ex Plinio ait;

At si fortè marem excidat scelerata bipennis,
Tum viduas nimio perhibent sterilescere luctu.

Vide etiam Scaligeri Exercit. 173.

7. His adde 4. *Situm*, cœli soliq;, *Judæa ma*
ximè inclyta est palmis: sunt quidem & in Europa
vulgoq; Italia, sed steriles: fructum in maritimis H
spaniæ ferunt, verùm immitem: dulcem in Afric
sed statim evanescentem. Nobilitas in Judæâ, nec i
totâ, sed Hieriechunte maximè: indè urbs ea *pa*
marum Hebræis, vide Marin. & Adrichom. Si
Lucanus - *arbusto palmarum dives Idume.* I
Æthiopiæ fine *quinque earum, nec plures arbor*
tradun

*dunt, non raritate magis quàm suavitate mira-
es*, Plin. l. c. In Arabiæ deserto *Elim* est, Septua-
nta palmis & duodecim fontibus clarus locus,
quo Hieronym. de Mansionib. ex cap. 15 Exodi.
st Mara venitur in Elim, Proverbio simile: per
nara ad dulcia, per crucem ad lucem. Fontes il-
: vidisse narrat Bellonius; in amplissimâ planitie
o sterili, arenoso, nitrosoq; sitos esse, passibus
sitan quinquaginta inter se distantes. De Pal-
s nihil adjecit, l. 2. observ. cap. 57. & 59. *De*
5. jam dixi non nihil; *de Vino* palmarum vide
nium quoq; l. 14. cap. 16. eo Parthi & Indi utun-
, & totus Oriens. De *Aceto* Xenophon 2. Ex-
l. Cyri l. c. *de Tragematis & bellariis* Idem, &
nius, Athenæus, &c. Apud Apulejum 2. Meta-
orph. sunt *baxeæ palmeæ, quibus pedes indutus erat
chlas Ægyptius Propheta*: & l. 11. *Soleæ palmæ vi-
cis foliis intextæ.* Paulus Eremita *contextis pal-
rum foliis vestiebatur*, Hieronym. in Vitâ.

*Palma dat adversus rapidos umbracula soles,
Palma trabes tectis solidas pastusq; ministrat &c.
Palmarum foliis mandavit scripta vetustas,
E quibus & validos docuit connectere funes.*

lectis palmarum foliis varia opera concinnabant
onachi, quæ posteà in oppida mittebant, ut indè
tentarent vitam. Paulus Abbas, *palmarum fructi-
securus, hortoq; modico, cùm sufficientem haberet
noniæ suæ substantiam, id quod toto anno sollicitâ
â laboraverat, quotannis supposito igne concrema-
.* ut semper haberet novi operis materiam, refert
ssianus de Sp. Acediæ lib. 10. cap. 24. Strabo &

 Plutar-

Plutarchus memorant, *Babylonios carmen cant. solitos in laudem palmæ, quod CCCLX. habeat utili tes*, quot in anno Lunari dies sunt. Itaque *an hieroglyphicum* apud Ægyptios fuit, quoniam si gulis mensibus quoq; μίαν βαΐν *ramum unum* pr creet, Horapollo 1. hieroglyph. cap 3. In Æthio *sicca* palmulæ *farina in modum spissantur in pane* E palmis *pruna vivaces, ignis lentus*, Plin. 13. v. cap. ubi plura. Innumeras etiam commodita hodie nùm præstat palma Indica, *Coquifera*, q recenset Scaliger Exercit. 158. Sect. 2. & Garſ hist. Arom. l. 1. cap. 26. Pertinet eodem usus *m teriæ*, è quâ Cyrus Babylonem obsidens fundam ta locavit turrium: *Palmæ enim, quum aliquo p muntur pondere, sursùm velut in gibbum incurva tur, ut asini clitellarii*, Xenophon Cyripæd. l. 7. & paulò post refertur; *Jannas* ædium Babylo *è palmarum materie fabricatas, & bitumine unc* fuisse, ut facilè conciperent ignem. Plura Plini Porta, & alii. Mitto alia, quædam differo.

8. Ex dictis apparet, *cur justus palmæ comp retur*, Psalm. 92. cit. *cur Sponsæ statura*, & forr regalis? Cant. 7. l. cit. Nempè, quomodò H merus Odyss. 6. quem multa è S. Literis mutuatu alii docuerunt dudum, *Nausicaam Alcinoi Filia Palmæ* comparavit, *ad Apollinis Delii aram enat* propter eximiam arboris pulchritudinem, q omnes sensus oblectat: Foliis & palmitibus ἀειφύλλοις καὶ ἐμπεδοφύλλοις, Passeratius:

Sola viret semper, frondes & semper easdem.
Palma tenet, seræ longinqua ad fata senectæ.

Tù

um & *gemmis* acinorum, aut balanorum: qua-
n aliæ certant candore *cum margaritis*, ut dixit
nius l. 13. cap. 4. aliæ *electro* aureo colore, ut Xe-
phon l. cit. aliæ purpurâ *pyropis*, *pariterq́ue gustum*
mulcent & visum, ut Diodorus Siculus l. 2. c. 53.
dix justitiæ fides est, quæ *fimum* odit, in quo
mputrescunt jumenta Diaboli. Joël. 1. v. 18.
bac. 2. v. 6. Malach. 2. v. 3. gaudet *Sale* Sa-
ntiæ, Levit. 2. v. 13. Marc. 9. v. 49. Coloss. 4.
6. *Salis maxima in sacris autoritas, quandò nulla*
ficiuntur sine molâ salsâ. Plinius l. 31. cap. 7. *Cau-*
x, recta intentio: undè palma Q. Smyrnæo, sivè
labro l. 5. ὑψιλὴ, ψαύουσα πρὸς οὐρανόν, ubi Mon-
n Virtutis pingit in clypeo Achillis, in quo ipsa,
50. & seqq.

Invictæ pedibus stat nixa cacumine palmæ,
recludens immeritis mori Cœlum, negatâ tentat
r via, Horat. 3. Od. 2. *Virtus durioribus negotiis*
tescit, & aspernatur declivem facilitatem, maxi-
q́ue sudore arduum laudis adnititur, Symmachus
. Epist. 81. Quare *Musæ quoque palmis coronatæ*,
Phornutus docet de Diis, *non tam propter ho-*
nymiam, quod Phœnices primi literas invenerint,
àm διὰ τὸ τρυφερὸν, καὶ ἐυεργὲς, καὶ ἀείζωον, καὶ
δυσανάβατον, καὶ γλυκύκαρπον τοῦ φυτοῦ, quæ
nnia huc spectant, vide Psalm. 1. v. 3. Coloss. 3.
1. *Materia* nulli cedens oneri, Constantia est,
ctrix adversitatum, 1. Johann. 5. v. 4. *Propterea*,
quit Plutarchus Sympos. 8. *in certaminibus pal-*
am signum esse placuit victoriæ; quoniam ingenium
usmodi ligni est, ut urgentibus, opprimentibusq́ue non

cedat, AGellius l. 3. cap. 6. *Cor* & ἐγκέφαλον Chr
stus est, quo præsente vivimus; ipse enim Vita e
Johan. 14. v. 6 & 15. v. 6. Itaque non potest aresc
re justus, viget ut in igne rubus, Exod. 3. v. 2.
palmæ in Vulcani rupe, licet ignem evomat, in
candentia Saxa florent, fructusq; edunt; revivis
renasciturq; ut Phœnix. Fides Virtusq;, ut Cla
dianus;

Divitiis animosa suis immotaq; cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.

Fructus innumeri, in *Spathâ* bonæ conscien
clausi, dum erumpant suo tempore, Philip. 1. v.
Rami tendunt in Cœlum, fructus propendent in t
ram palmæ: Sic Ecclesia fide cœlum attingens, cha
tate infirmis se submittit, & ubera præbet doctrin
Theodoretus in Cant. l. cit. Dixi plura in Par
digm. Conc. Addiq; possunt non nulla *ex emb*
matibus sequentibus.

9. Plurima petuntur ex naturâ palmæ: vi
Paradini Symb. Heroica, Alciati, & Hadr. Jun
Buissardi, Lebbei, aliorumq; Emblemata, & qu
colligit ex Camerario aliisq; Mylius in Horto Ph
losoph. Dabo aliqua, sed nova pleraque. 1. Palm
caudex asper, suprà num. 3. - *Ardua prima via es*
Via Virtutis, Virtutem amare incipientibus, aspe
& molesta apparet: iis verò qui medium ejus transi
possunt, tota lenis & expedita ostenditur, Diadoch
Photices Episcop. de Perfect. Spir. cap. 93.

Surge age & in duris non deficœ! summa peten
Non levis adscensus, demq; plana via est.

2. Palm

1. Palma Indica sparteis per intervalla circùm
gata vinculis, ut facilior sit adscensus. *Gradatim!*

Qui petit alta, ruet; nisi certo se ordine tollens
Paullatim surgat, promoveatq; gradum.

uicquid certum deserit ordinem, Latos non habet
itus! Boëthius.

2. Doctrina - *Sauciat & Satiat!* num. 2. & 4.
Sub mucrone latet cultrato palmula dulcis:
Qui docet, exacuens dùm nocet, exsatiat.

3. - *Ab ipso ducit opes animumq; Casu*, num. 5.
Margaris exoritur ceu palma recisa bipenni;
Surgit ab occasu mens generosa suo.

uod ex Rutilio Numatiano l. 1. Itinerarii, alio
eganti emblemate illustrari potest; Verbo uno
utato:

Virtus, ut vires fax inclinata resumit,
Clarior ex humili sorte superna petit.

5. *Christum servare memento!* num. 4. & 8.
Palma viget salvo cerebro: exarescit adempto;
Qui Christum amittit, postea nullus erit.

6. *Deo & Hominibus* εὐσεβῶς καὶ δικαίως, Tit.
v. 12. num. 8.

Fert ramos sursùm, sed fructus palma deorsùm:
Hinc Cœlum; terras respicit indè fides.

7. *Alexandri milites palmis viridibus strangu-*
ti sunt: in Gedrosis id factum est pomi genere; alibi
pia evenit. Est enim tanta musteis suavitas, ut finis
andendi non nisi periculo fiat. Monet ergò Spa-

tha palmarum, *ne quid nimis!* Plin. 13. cap. 4.
tremo.

Strangulat immodico vescentes palmula gus
Virtus est placitis abstinuisse bonis.

8. *Ne quis glorietur!* num. 4. & 8.

Spatha immaturos fructus tegit, atq; tuetur:
Rectè facta animo tuta reposta latent.

Honestatis fructus meliùs in conscientiâ, quàm famâ reponitur, Macrobius.

9. Τὰ ἀνώτερα καλλίω, *sursùm corda!*

Cor palmæ in summo capitis stat vertice; Cœli
Suspice, mens; vani sperne caduca Soli.

10. Notus est Augusti nummus de Victo contra Ægyptum. - *Nemo antè ligavit!* vide C con Numism. Pier Valerian. Caussin; Polyhist. & Fuit Crocodilus insigne Pharaonum, ut Ezech. 2 v. 3.

Nilicolam palmæ religavit nemo Draconem:
Cæsaris hæc; major gloria, Christe, tua est.

11. *Constanter & alacriter!*

Palma maritatur viti pulcherrima: Sic men
Constans atq; alacris nobile conjugium est.

Sic lucum in Mesopotamiâ describit Zosimus l. palmis consitum, quas propter enatæ vites palm tibus suis amplexabantur, mixtas palmularum int racemos uvas ostendentes.

12. *Tu contrà audentior ito!*

Indignata premi, sub iniquo pondere palma
Surgit; ut adversis mens generosa suis.

13. *Cypseli*

13. *Cypselus* Periandri Corinthiorum Tyranni ater, dictus quòd ad necem quæsitus infans, à ma- e in *Cypsela* cistâ aut cumerâ, clàm absconditus tuerit; *œcon* sivè ædem Delphis dicavit, in bene- cii memoriam; quoniam Deus tùm, ne vagiret, hibuerit. In eâ *palma* erat visenda *area*, inter lia donaria, *ad cujus radicem torno exsculpta erant ana & hydri.* Indè jam olim disceptatum; quid edicans isto sibi emblemate voluerit? ut apud lutarch. in Conviv. VII. Sap. extr. & de Pythiæ raculis. *Invidiam virtutis esse comitem*, indicatum oluisse putat Hadr. Jun. Embl. 9. & Caussin. in olyhist. - *Fama mendacia ridet!*

1. *Non hydros curat, non ranas palma loquaces:*
Lunave vocales nocte silente canes.

2. *Palma coaxantes subtus velut ardua ranas;*
Sic bona mens spernit murmur & invidiam.

14. Nos quantò magis decebat inquirere, uid *Palmæ*, *sparsiq; flores*, *inter Cherubinos*, *in pa- iete & ostiis Templi Salomonii* significârint; ut . Reg. 6. v. 29. 35. *Palma* insigne fuisse videtur opuli Judaici; quod & Romanorum nummi indi- ant: hinc Sponsa in Cant. cap. 7. palmæ compara- ur, & Ecclesia à Doctoribus subindè nostris: *Che- ubim* Dei præsentiam, *flores* sparsi felicitatem de- otant, - *Cœli præsentia servat!*

Palma, Cherubiniq;, & sculpti in pariete flores,
Præsens in Templo Numen adesse notant.

De Palmâ Judaicæ Gentis insigni, vide Pier. Vale- ian. Hieroglyph. lib. 50. Mos autem erat, ut ur-

biuma

bium donariis earum insculperentur insignia : S
Selinuntii aureum apium , sivè Selinum , *dedi*
runt , *& Tenedii securim*, Plutarch. de Pythiæ or
De Cherubinis vide tantùm Psalm. 80. v. 2. I
Elorum sparsione, in honorem Dei dictum sup
est, Matth. 21. v. Aliter Beda tamen & Ribera
Templo lib. 1. cap. 22.

15. In eodem Templo erant *Decem Luter*
sivè labra ænea, abluendis victimis, 2. Paralip.
v. 6. *Bases* quadratæ in Tabulis suis exhibeba
imagines stantium palmarum, *quas hinc Cherubi*
cingebant, *inde Leones*, 1. Reg. 7. v. 36. Labra h
Baptismum significabant, ut Lauretus in Luter,
Hesychio in Levit. vel quotidianam *pœnitentia*
ut Ribera l. 2. cit. cap. 19. Bases, ait Lauretus, Ap
stoli sunt, vel prædicatores, qui Verbo & exemp
sustentant. Meliùs Verbum Dei ejusque minist
rium, quod est *Columna & firmamentum Verit*
tis, Irenæus l. 3. Præfat. ex 1. Tim. 3. v. 15. Cher
bini Sapientiam, Leones fortitudinem, Palmæ v
ctoriam significare possunt ; quæ Verbo Dei do
centur : Vel potiùs ; Palma Ecclesia est, qua
tuentur, ut in Verbo Dei & Sacramentis radicat
maneat, duæ Hierarchiæ, Ecclesiastica & Politic
duo Dei testes, ut Zachar. 4. v. 11. 14. Apoc. 1
v. 3. 4. Moses & Aaron, Zorobabel & Josua Sa
cerdos. - *His custodita perennat!*

Palma Cherubinos inter, stantesq́ leones,
Tuta Chori perstat præsidio, atq́ Fori.

16. Ne steriles permaneant palmæ *fœmin*
maribus remotioribus *fune alligantur*, ut fœcun
dita

as tranſeat, Mylius, vide Portam l. cit. Philo-
atus in Imaginib. lib. *de Palude*, refert: duas
lmas in oppoſitis ripis ſtantes, mutuo amore
dentes, ad ſe invicem inclinari, donec ſe con-
gant & q. oſculari poſſint. Ita *pons ſternitur*,
ς διαβαίνουσιν ἀσφαλὴς, *ſecurus tranſeuntibus*,
pter *Corticis aſperitatem*. Ita - *Fides fœcundat*
ore!

Ut palmæ fiant fœcundæ, fune ligantur:
Fœcundat, Chriſto corda ligata, fides.

- *hac tutò tranſire licet!* Palma mas, ut Verba
bent Philoſtrati, ἐρᾷ καὶ ἐπικλίνεται καὶ ὑπε-
άλλεται τοῦ ποταμοῦ, *amat, & inclinatur, &*
vium tranſilit: & cùm procul adhuc abſentem
minam amplecti non poteſt, κεῖται καὶ δουλεύει,
et, ac ſervit. Quod ad Filii Dei in carne
inanitionem pulcherrimè aptari poterit, de quâ
ilipp. 2. v. 6. 8.

Nutat amans ad amatam, ut pontem Palma
miniſtret:
Crux Chriſti ad Cœlos unica certa via eſt.

17. *Apud Mundam D. Julius*, Cæſar, *caſtris*
um capiens, cùm ſilvam cæderet, arborem palmæ
ertam conſervari, ut omen victoriæ, juſſit: ex eâ
ntinuò enata ſoboles, adeò in paucis diebus adole-
t, ut non æquiperaret modò matricem, verùm
am obtegeret, frequentareturq́ columbarum ni-
: quamvis id avium genus duram & aſperam
ndem maximè vetet. Hoc oſtento poſt Julium
ctavio Auguſto, Sororis illius nepoti, imperium
dicabatur obventurum, Suetonius in Auguſto
cap. 94.

cap. 94. Possis adscribere ex Psalmo 84. v. 4 - *nidum reperêre Columba.*

Aspera ceu nidum timidis dat palma columbis;
In cruce sic habitat mens pia, Christe, tua.

18. *Victoriæ signum* fuit palma, gestata manu, u 1. Macc. 13. v. 51. 2. Macc. 10. v. 7. Johan. 12. v. 13 Apoc. 7. v. 9. 4. Esdr. 2. v. 45. 46. Quo etiam pal mæ in Templo Ezechielis sculptæ spectant, cap. 40 & 41 passim. Primus Theseus palmam donâsse vi ctoribus fertur in Græciâ, Plutarcho referente i Theseo, qui in Symposiac. l. 8. quæst. 4. causa exponit; cur cùm alia certamina alias haberent co ronas, palmam communiter omnia? an propte pulchritudinem? an intuitu longævitatis, & quo nullum ex se natum folium abjiciat? an quod sacr sit Apollini Pythio, certaminum præsidi? an quod ut Babylonii cantant, CCCLX. utilitatum gener præbeat? aut quod se non sinat deorsum premi im posito pondere, sed contra renitatur? Multa d his Cornel. à Lap. in Apocal. l. cit. quæ videat, qu cupiet. *Palma datur palmæ!* laboranti, puta, cer tanti, vincenti. IndèPasseratius de imagine Victoria notissimâ, ex nummis & Scriptis Romanorum:

Florentem pennata gerit Victoria palmam:

Adde: *Non nisi vincenti palma decora datur.*

Mihi videtur in Populo Dei palma omnium bono rum cumulum, quibus beatitudo constat, signifi câsse, ut arbor Vitæ dici potuerit, de quâ Proverb 3. v. 14. 18. Habet enim omnia ferè quibus ad Vi tam sustentandam opus est, cùm & cibum, & po tum, & amictum, & domum, & utensilia, & ali

præ

æbeat: arbor ipſa adſpectu formoſiſſima, um-
â gratiſſima, vitâ longæva, cùm *quæ Deli erat ab*
pollinis, ſub eâ nati, *ætate*, Plinii tempore, ut per-
bet, *adhuc conſpiceretur*, l. 16. cap. 24. ſemper
enique virens, & nihil ex ſe natum non habens
erpetuum. Sanè *lignum vitæ*, quod Apocal. 22.
2. deſcribitur, palma eſt, duodenos ramos cum
uctibus ſuis per annum pariens, ſingulos ſingulis
enſibus, ut ex Horapolline dixi cap. 3. lib. 1. Hie-
oglyph. Indè ergò palma crucis Chriſti jam olim
ymbolum fuit, & adeò quoque Victoriæ, Vin-
entisque ac tandem triumphantis Eccleſiæ! quod
heſeus, aut quicunque fuit, à Judæis acceptum,
ter gentes divulgavit. Hoc ergò Virtutis *præ-*
ium eſt.

Vincenti cùm palma datur, ſimul omnia voto
Dantur, & hoc omen nobile munus habet.

19. In Pompâ Iſidis *Sacrorum antiſtites præfere-*
ant, alius lucernam; alius altaria, id eſt Deæ auxi-
a; [id eſt, ἱερέων λύτρα, Gloſſæ] *alius palmam*
uro foliatam, & Mercurialem caduceum &c. Apu-
jus l. 11. p. 245. Idem pollicebatur Diabolus ſuis
ultoribus, quod Deus præſtare ſolet; Lucem Jo-
ann. 8. v. 12. aſylum & altaria, Hebr. 13. v. 10. Pro-
erb. 18. v. 10. victoriam, & Pacis caduceum, 1 Jo-
ann. 5. v. 4. & Johann. 14. v. 27. *Hæc exſpectant*
ræmia juſtos!

Virgula Mercurii, foliataq; palma metallo,
Quæ maneant juſtos præmia certa, monent.

Qui apud Ægyptios dicebatur *Horoſcopus*, in pom-
is ibat *geſtans alterâ manu Horologium, alterâ pal-*
mam,

mam, *ἀςρολογίας σύμβολα*, Clemens Alex. Stromat. p. 269. Græcæ edit. nam illud tempus n tabat; hæc Solem, cui Sacra palma habita, ut st tim dicam. Nobis hoc Prudentiæ Symbolu esto, ut *tempus redimamus*, Ephes. 5. v. 16. Colo 4. v. 5. Vetus Pittaci sententia, *γίγνωσκε τ καιρόν*. Ad victoriam maximum habet mome tum occasio. Quare *tempori* quasi *insidiandum e* ut dixit Vellejus Paterc. l. 2. *Temporibus servi decet!*

Qui palmam exspectas vincendi tempora serv
Nunc posita in medio est, cras tibi nulla dat

20. Justi - *fulgebunt sicut Sol!* Matth. 13. v. 4 Hoc quoq; Dei simia Diabolus ad cerimonias su transtulit. Qui Isidi initiabantur *stolam* indu bantur, quam vocabant, *Olympicam*: *ea insigni erat animalibus*; *hinc Dracones Indici*, *illinc Gr phes Hyperborei*; Soli utriq; sacri: *dextrâ gereba flammis adultam facem*; *Caput Coronâ cinxerat*. *pa ma candidæ foliis*, *in modum radiorum prosistentib Sic ad instar Solis exornabantur*, Apulejus l. p. 257. Sic *Musæ palmis* coronatæ, ut dixi ex Pho nuto. *Ludis plerisque palmæ corona datur*, *vict resq; ubique locorum palmam dextrâ præferunt*, *In tium fuit à Theseo*, *qui è Cretâ redux Deli ludos Ap lini fecit*, *victoresque palmâ coronavit*, Pausan. Arcad. Lacedæmones *coronas Thyreaticas* diceba *è palmâ*: in memoriam victoriæ, quam ad Th ream contra Argivos obtinuerunt: eas ludis pub cis gestabant chororum Duces: quorum pri puerorum erat, alter virorum fortium: nudi s

taba

bant, canentes Thaletis vel Alcmanis cantica, ut Dionysodori Lacedæmonii Pæanas, Athenæus lib. 15. Arbor Solaris palma est, ramis radios imitatur, fructus in terram propendentes efficaciam indicant, &c. Corona palmea gloria est æterna, vincentibus parata.

Ut foliis, instar radiorum, palma coronat;
Gloria sic merito cingit honore caput.

Hujus generis, ex historiis & ritibus veterum, plura alia fingi possunt emblemata: Sed palma ipsa monet; ne quid nimis. *Est modus in rebus.* Nam matura ejus poma, & nimia, inebriant, & strangulant, ut *de Adipso* docet Solinus cap. 35. Mel nimium est fel.

Pellit acerba sitim pomo, maturaq; mentem
Palma: Voluptati debet adesse modus.

Pergamus ergo, ne q. gustatâ loto hæreamus ad Sirenum scopulos.

CAPUT XLII.

De Lauru & Siliquis.

LAuri nomen aliquod an in S. Literis extet? incertum. *Tidhar* interpretatur Mahnus, de quâ ex Esai. 41. v. 19 & c. 60. v. 13. suprà dictum est. *Vidi impium validum & robustum* Keezrah, Psalm. 37. v. 35. ubi Lxx. & Vulgatus habent, *Sicut Cedros*; quasi literis transpositis, & He pro Het posito, legerint pro אזרח *Ezrach*, ארזה *Arzah*. Hebræi recentiores & secuti Pagninus, Vatablus, *Laurum* habent, ut D. Lutherus Lorbeerbaum:

baum: alii *arborem indigenam*, in nativo solo c
tam, nunquàm transplantatam, ut Hieronym
olim quoque in Psal. juxta Hebraicam veritate
Ezrah enim hominem *indigenam* significat, à Z
ràch, ortus fuit. Arabibus & Afris, ut apud Sé
pionem, *Gaur* vel *Gar* Laurus dicitur, quod c
Hebræo *Gur habitavit* convenit. Indè enim G
incola, & Arabicè *Gir vicinus*, *Giria puella*, domi
huc latens, &c. γέωρες & γειώρςι terræ custoc
γεωφύλακες, μέτοικοι, πάροικοι, Hesychio. For
Hebræâ ex origine, hinc quoque *Lar* familiaris,
mesticus, & Hetruscum *Lars*, προςάτης, atque
dè *Laurus*, arborum princeps, inter domestic
eaq; *Soli sacra*, principi siderum: nam *Zarach* p
priè Soli tribuitur, quandò exoritur, & *Mizr*
Orientalem plagam significat. Græcum quoc
Daphne concordat. Nam *Saphan* Chaldaicè, Tl
mudicè, Æthiopicè significat *principatum tenere*
D. Hotting. in Harmon. Indè Metropolis o
Ægypti, & urbium princeps, *Taphnis*, cui *Daph*
nomen fecere Græci, ut Herodotus l. 2. Nec er
audiendos puto Latinos, qui *lauream q. laude*
ut *aures q. audes* dictas volunt, ut Isidorus Etyn
log. 17. cap. 7. aut Græcos, qui Δάφνην dict
putant quod sit δαοφώνη, aut ἐν τῷ δαίεσθαι φωνεῖ
igni flagrans crepet & sonitum edat, ut Etymol
M. autor.

2. Ex his patet, laurum non sine ratione int
pretatos esse quosdam, cum D. Luthero, eam
borem, quam *Ezrach* appellarit David. Ea
meritò proponitur ut *imago Divitum*, potenti

Eſt enim 1. *arbor honorata:* Triumphis dicata, Janitrix Cæſarum & Pontificum, domos ſola exornans, & ante limina excubans. Delphicâ victores Delphis coronati, & Romæ Triumphantes. Adeoq; laurum & oleam in profanis uſibus pollui fas non eſt, ut ne propitiandis quidem Numinibus accendi ex his aræ debeant, *hæc & alia Plinius* 15. cap. 30. *Cur tantus honos habitus fuerit,* Idem explicat, & ex dicendis apparebit. Sola ſuperſtitio pretium fecit. Quod grata Apollini putaretur, & ideò in Parnaſſo monte ſpectatiſſima eſſet; quodq; *manu ſatarum, receptarumq; in domos, fulmine ſola non iceretur.* Itaque in prodigiis omen felicitatis habita fuit, & conſpecta in ſomniis. Credebatur enim, ut Artemidorus habet l. 2. cap. 25. *Mulierem ſignificare opulentam, ob perpetuam viriditatem; & formoſam, ob ſpecioſitatem: qui tamen* ſtatim addit; nunciare quoque *irritum rerum ſperatarum ſucceſſum, ob amaritudinem, & quod fructus non ſit edulis.* Quod iis ſæpè evenit, qui in potentum aulis animum alant ſpe, q. Paraſitum, ut Gregoras eleganter dixit. - *Sic ſpes deludit hiantes!*

Pulchra comis, verùm baccas fert laurus amaras;
Neu ſpe fallaci decipiare, cave.

Vide Pſalm. 118. v. 8. 9. & 146. v. 3. AULA hinc nomen habet; quoniam, *Adulantur Venientes, Lamentantur Abeuntes. Ficus in Lauro nata eſt Cyzici ante obſidionem* Mithridatis, qui eam urbem Quadringentis navibus oppugnavit, Plinius 17. cap. 25. gloriam & voluptatem, quam Cyziceni

consecuturi erant, videtur prænunciâsse; quo oppugnantem fortiter sustinuissent, dùm tander turpi fugâ obsidionem solveret; narrat pluribu Appianus in Mithridaticis. Ergò - *Perfer & ob dura!*

Nascitur è lauru ficus: Vicisse Voluptas
Summa, nec adversis succubuisse suis.

Sic *in puppi longæ navis enata laurus*, apud Liviun l. 42. In paternâ domo Alexandri Severi nata *Lau rus propè Persici arborem, cùm intra annum ean exsuperasset, Victoriam illi contra Persas portendiss visa fuit*, Lampridius. Addit: sortes accepisse ad huc parvulum, cùm Vatem consuleret de futuris in his versibus:

Te manet imperium Cœli, terræq;, marisq;;
Te manet imperium, quod tenet Imperium.

Quod Prophetæ de Messiâ jam olim prædixerant - *Totus tibi serviet orbis!* Romæ, *cùm vasto incendi Regia quoq; ureretur, è duabus altera laurus è medii ignibus inviolata est eruta*, Jul. Obseq. in Prodig cap. 78. Mitto alia ejus generis plurima. Ma tamen cessit præsumpta Victoriæ spes Pompejanis cùm ante pugnam cum Cæsare *tentoria lauro co ronarent*, & epulas splendidissimas apparari cura rent; *Securitas frequentissimum calamitatis initium est*, ut ait Vellejus.

Neu caput exornes lauro, nisi viceris antè:
Spes secura sui ducit in exitium.

Vide Appian. Alex. 2. Bellor. Civil. Ergò ut lauru in honore, sed superstitione; Sic Divites, ex stul tâ opinione, Eccl. 9. v. 25. Jac. 2. v. 2. 6.

3. E[illegible]

3. Eſt laurus 2. *Arbor impia.* Vidi impium, *Paſchà*, irrequietum, omnibus q; ſcelerum ventis agitatum, ut ſit - *nulla quies animo, ſcelerumq; Parenti ſupplicium Divûmq; minas* - qualem nobis Peliam Tyrannum, ferè deſcribit Valer. Flaccus l. 1. & arbori radicitùs exſcindendæ tales comparat Salomon, Proverb. 2. v. 22. Sic h. l. David. Ac ritè confert Lauro, quam profani Gentiles in ſummo honore habuerunt, Sacratam Apollini, Æſculapio, Bono Genio, aliisq; Diis ſuis: eâque in purificationibus & luſtrationibus utebantur, ut Plinius l. cit. 15 cap. 30. q. expiare culpas, & maleficia poſſet avertere. In Sacris expiationibus lauro adſpergebantur *humidâ*, aut *ramo felicis olivæ*, ut pluribus docet La Cerda in 6. Æneid. v. 230. Confer Valer. Flacc. l. 3. v. 434. & Stukium de Sacrif. p. 141. *Laurum ore mordebant*, ſuperſtitioſi, Theophraſtus in Charact. ſuffire ſolebant. Magi, pandere Sibyllæ, & Vaticinaturi: Poëtæ inde δαφνηφάγοι *laurivori*, *laurumq; momordit*, ut Juvenalis inquit, qui in verſu laboravit. Omen de futurâ fertilitate ex accensâ lauru capiebant ruſtici - *ſi laurus bona ſigna dedit*, crepans in igne; malam contra sævam apportabat *tacens extincto laurus aduſta foco*, vide Alciat. Embl. 210. & ibi Minoëm; ejus generis innumera ſunt. Atque hæc puto cauſa fuit, cur in Sacris divinitùs inſtitutis, adeoque in S. Literis Laurus indicta ſit? *Abominationem* impietatis, poſteà in religionem verterunt pagani. Itaque *ne propitiandis quidem Numinibus* ſuis *laurum in arâ accendi fas* habitum, ut ex

 Plinio

Plinio dixi. Meminit harum superstitionum Passe ratius in Lauru:

Expiat hæc noxas fontano tincta liquore,
Verbenisq; aras superûm felicibus auget;
Vera monet laurus capiti subjecta jacentis,
Visaq; perspicuo mittit venientia cornu, &c.

Itaq; ut in hac arbore fiduciam suam superstitiosi sic in opibus suam collocant divites impii. Aurum his Deus est, & ζωὴ καὶ ψυχὴ, de quâ *Avarorum Idololatriâ* satis S. Analect. Volum. 1. Deus adeo aversatur, ut nec nomen audiri in suis oraculis voluerit, nisi cum detestatione, ut h. l. Psalm. 16. v. 4 aliam præscripsit legalem expiationem per hyssopi ramulum baculo Cedrino alligatum, de quâ suo loco, si visum erit Deo. Pinge Lauri ramum in περιῤῥαντηρίῳ sive labro lustrali, è quo se Templ intrantes, aut exeuntes, lustrabant, & adscribe *Non isto lustranda modo!*

Laurus non tollit noxas adspergine roris:
Sola crucis mundat sordida corda fides.

Vide quæ in Passionali meo dixi *de Vaccâ Ruffâ* p. 302. & de *Agno Paschali* Medit. 6.

4. Laurus est 3. *Arbor secura & obstrepera* Vidi impium, ait David, *Ariz*, violentum, formidabilem, trotzig/ *& diffundentem se* atq; latè explicantem, *instar lauri virentis*, cui florida semper coma, nec folia defluunt. Hinc laurus Romanis *lætitiæ victoriarumque nuncia. Pacifera item, ut quam prætendi, etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium*, Plin. l. cit. Eadem credita, falsò tamen, tutos præstare ab ictu fulminum. *Tiberium Principem*

em, tonante cœlo, coronari eâ solitum ferunt, con-
i fulminum metus, Idem. In Medicinis bacca-
m salutaris usus est cumprimis. Earum *succo*
unctos fugiunt venenata omnia, Plin. l. 23. cap 8.
i plura & apud Dioscoridem. *Lauri folio Pa-*
mbes, graculi, merulæ, aliæq; avium annua fasti-
a purgant. Corvus occiso Chamæleonte, qui etiam
ctori nocet, lauro infestum virus extinguit, Plin. 8.
p. 27. Hæc mittamus. Illud planè Magicum,
quo Passeratius:

Laurus amica Bonis Geniis, longeq; repellit
Nube cavâ tectos Lemures, &c.

ectra enim conspectâ lauro in fugam agi finxe-
int; de his multa Porta lib. 2. Villæ cap. 24. Em-
docles per μετεμψύχωσιν post mortem optabat
ansire in Laurum: per eam jurabat Socrates.
λεξίκακος dicebatur, & contra omnia mala ge-
abatur Laurinus baculus, undè Proverbium: *ge-*
are baculum laurinum. Neque aliâ de caussâ ante
omos Cæsarum, aliasq; excubabat, aut sacra fa-
ientes coronabat, nisi ut fascina averteret & male-
cia. Hinc &, ut in Fastis Ovidii - *Lauro spar-*
untur abundâ

Omnia quæ Dominos sunt habitura novos,

cil. quicquid coëmptum erat, ne possidenti malè
veniret. Sic ergò divitiæ securos faciunt homi-
es, ut nec Deum timeant, nec homines, quasi
ec morbis infestari, nec morr[illegible]umbere, nec
b hostibus lædi possint: tur[illegible] fulmine, &
ormidabiles ipsi Diabol[illegible] loriationes,
inæ, & si quid accidat hu[illegible] ores & diræ

 blasphe-

blasphemiæ. Quomodò laurus quoque μεγαλη λ ἐμπυρισμός. undè Proverbium: *Lauru clamasior.*

Nec res ulla magis, quàm Phœbi Delphica laurus,
Terribili sonitu flammâ crepitante crematur,

Ut apud Lucretium l. 6. Cùm pestis atrox per Italiam grassaretur, Romæq; sæviret maximè, Commodus Imp. *Laurentum* secessit suasu Medicorum quod à lauris nomen habebat, ut earum odore & umbrâ contagionem evitaret, Herodian. l. 1. Histor. Sic putant isti cum morte se fœdus iniisse Esai. 28. v. 15.

5. Est tamen Laurus 4. *innumeris exposita casibus*, ut sæpè repentinâ calamitate funditùs pereat: ut indicat David. Ipsa per se *Vitæ brevis*, autore Theophrasto, *quod materiam habeat solutam, & putredini proximam.* Itaque, ut Plinius, *Senescit velociter*, etsi è radicibus repullulet. *Fulmine tactas* experientia docet, idq; non sine malo omine. *Lauretum Cæsarum* defecit novissimo Neronis anno, cum eorum progenie. Et *collapsa Laurus* Alexandro Severo mortem nunciavit. *Rami attritu ignem concipiunt*, ventis etiam inter se collisi, quo silva conflagret, vide quæ ex Lucretio dixi in Acerrâ l. 1. num. 79. & quæ ex Senecâ in Atrio Latin. c. 5. num. 47. & de hac ipsâ *Lauru Davidica* aliter in Paradigmat. Concion. Exemplo, 42. Deniq; *Laurus hæc insana est.* Sic dicebatur in Ponto, quæ Amyci Bebry[illegible] [illegible]gis tumulum texit; quoniam si quid ex eâ [illegible] m navibus inferretur, jurgia fierent, done[illegible] [illegible]etur, Plin. 16. cap. 44. Nam

undè

de lites & bella? Jacob. 4. v. 1. *In sinu Heroo*, ubi
in Heroopolis, nunc fortè Sues, in ipso Ara-
ci sinus initio, *nascebatur Laurus, virenti similis,
tamen lapidea, quâ parte mari eminebat*, Theo-
rastus, apud Matthiol. Sic impiis - *lapidescit cor
râ*, etsi virere ad tempus videantur, 1. Sam. 25.
37. *Pridiè* Idus Martias, quibus Julius Cæsar
XIII. plagis confossus est, *avem Regaliolum,
nnium minimam, cum laureo ramulo Pompejanæ
curiæ inferentem, volucres varii generis, ex proxi-
o nemore, persecutæ, ibidem discerpserunt*, Sue-
n. cap. 81. Vitæ. - *Sine cæde & sanguine
uci!*

Ut Regaliolum cum lauru odêre vòlucres:
Sic odio vulgi maxima quæq; patent.

I - *Parvos parva decent!*

Discerpunt volucres minimam laurum ore fe-
rentem:
Sic non magna humilis qui sapit, ille sapit.

aurus in Capitolium deferri, *gremioq; Jovis Opt.
Max. deponi solebat, quoties lætitiam nova victoria
tulisset*, Plin. 15. cap. 30. *Antonius* Consul, *cùm
victo Catilinâ laureatos fasces in Provinciam tulis-
, à Dardanis oppressus, amisso exercitu profugit.
Apparuit eum hostibus portendisse victoriam, cum ad
s laurum victricem tulerit, quam in Capitolio de-
erat deponere*, Jul. Obsequens, de Prodig. c. 122.
eni, Vidi, Deus vicit!

Gloria danda Deo Soli est, si viceris hostes:
Sic victrix templis debita laurus erat.
Ovid.

Vel - *Thesaurus in Cœlo*, Matth. 6. v. 20.

Tuta Dei in gremio lauri victricia signa;
Tutiùs haud alibi gloria, opesq́; manent.

6. Alia Emblemata colligit Mylius in Horto suo, & plura passim suppeditant Emblematographi. Nonnulla lubet addere. 1. *Vitis aversatur laurum, ac propinqua lauro germina ejus retrorsùm flectuntur, q. odoris vehementiam fugiant*, Theophrastus apud Portam. *Semper inimica virtutibus vitia sunt, & optimi quique ab improbis quasi exprobrantes adspiciuntur*, ait Severus Sulpit. 2. S. Histor. - *nunquàm unâ in sede morantur.*

Laurum odêre gravem fœcundæ germina Vitis
Sic mundi pompam dedita corda Deo.

2. *Lauro & hedera* coronantur Poëtæ: vide Alciat. embl. 204. & Minoëm; illa ingenii Symbolum est, hæc industriæ. *Ingenio & labore!*

Laurus atque hederæ doctæ sunt præmia frontis
Absque labore vigor nil valet ingenii.

3. *Nemo artes vituperat, nisi qui ignorat.*

Cygnus amat laurum, contra odit garrulus anser;
In pretio Musas non nisi doctus habet.

4. *Honos alit artes!* vide de Musis sub lauro pictis, Acerram l. 5. num. 67.

Sub Clariâ Musæ quærunt umbracula lauro;
Sit modò Mecœnas, fortè Maro haud deerit.

5. - *Mentem confessio sanat!* Psalm. 32. v. 5. Μόνη ἴασις ἁμαρτίας, ὁμολογεῖν ἁμαρτάνοντα, Arrian. l. 7. Exped. Alex. M.

Fert lauri folium medicamen in ore palumbes:
Crimina confessis vita Salusque redit.

Hinc

ine avis illa cum lauri folio apud Ægyptios *hiero-phicum* fuit *ejus, qui Oraculi monitu sanitatem uperavit*, Herapollo, l. 2. num. 43.

6. Nobilis illa *Gallina candida*, quam in Liviæ num Aquila dejecit, *cum lauri ramo*, baccis suis nusto; ut omen esset Cæsareæ prosapiæ ex ipsâ ascituræ, & post Augustum imperatnræ, de quâ in. 15. cap. 30. & Suetonius in Galbâ cap. 1. po-is ad Christum spectat, sub Augusto natum, latth. 23. v. 37. qui populo suo spem attulit æter- imperii Dan. 7. v. 14. 27.

Missa polo, ore ferens laurum, Gallina, piorum
Perpetuum Populo nuntiat imperium.

oc enim Evangelium est: *Imperium sine fine dabo!* c Imperatores Romani *triumphantes, curru pi-urato vehebantur in Capitolium, aureâ gemmatâ ronâ redimiti, togâ purpureâ clavatâ amicti; manu stantes eburneum sceptrum, & Virgam lauream*, ppianus in Punicis, describens Scipionis Africani ompam Triumphalem. Isidorus tamen gestâsse manu *Sceptrum refert & Scipionem*, baculum ito laureum, *cui insederit Aquila, quæ indicium let, per victoriam accessisse ad Superûm magnitudi-em: indè etiam ruffo colore*, minio, *perlitos, quasi ivini ignis imitarentur effigiem: adsedisse autem arnificem, ut ad tantum fastigium evecti mediocri-itis humanæ admonerentur*, l. 18. Etymolog. cap. 2. *Hominem te esse memento!*

Ne tumidum efficiant laurus, sceptrum atque corona;
Adspice carnificem pone, Deumque time.


Sed

Sed de Lauru quoque satis. Supersunt è Nov
Testamento.


7. Siliquæ, de quibus pauca : De Filio Pro
digo dicitur, quod fame eò redactus fuerit, *ut Ven
trem optarit explere siliquis, quas porci comedeban*
Luc. 15. v.16. *Siliquæ* in genere sunt thecæ seminum
vel loculamenta oblonga, qualia leguminum : no
stri Hülsen vocant. Sed hic de peculiari specie se
mo est. *Arbor Ceratonia* appellatur, fructus Κερά
τιον, quod corniculatâ sit effigie. Varro *siliculas*
vocat; Columella *Siliquam Græcam, quam quidam
κεράτιον vocent*: Plinius *prædulces Siliquas, quarum
cortex ipse manditur. Digitorum hominis longitud
illis, & interim falcata, pollicari latitudine*, lib. 15
c. 24. *vinum fit è siliquâ Syriacâ* l. 14. cap. 16. *Si
liquæ recentes stomacho inutiles, alvum solvunt; eæ
dem siccatæ sistunt, stomachoq; utiliores fiunt*, l. 23
cap. 8. Neque alia est *siliqua*, quam *Jones Ceratu
niam vocant: Quidam Ægyptiam ficum, sed er
rore manifesto: non enim in Ægypto nascitur, sed i
Syriâ, Joniaque & circa Gnidum, atque in Rhodo
semper comantibus foliis*, &c. Idem l. 13. cap. 8
Multum ex iis *mellei succi* exprimunt Indi & Arabes
quo Zingiber & alia id genus condiunt, ut ex Stra
bonis 15. Geograph. refert Matthiolus. *In crati
bus extensæ diutissimè servantur*, Palladius. Apud
Serapionem cap 135. *Charnub*, & corrupto Græco
nomine *Xylocaracta*, id est, ξυλοκεράτια dicuntur
Verrucas eradicari succo viridium testatur ibidem
Rhasis. Porta, Arabibus *Caraba*, & Hispanis *Ca
rabole* appellari, notat.

A

P. 556.



CERATONIA. *Siliquæ.*



An de iisdem siliquis loquantur Poëtæ, cùm
uem victum describunt; ut Persius Stat. 3. *In-*
nsa juventus.

Invigilat, siliquis & grandi pasta polentâ.

venalis Sat. 11. - *laudem siliquas occultus ganeo,*
tes

Coràm aliis dictem puero, sed in aure placentas.

t ante utrumque Horatius l. 2. Epist. - *vivit*
quis & pane secundo? Affirmat in Horat. Lam-
ius, & videtur accedere Salmasius in h. l. Lucæ,
ad Walæum. Rectiùs negat Casaubonus in Per-
m. Nam de leguminibus loquuntur, ut Pruden-
s clarè; Cathemer. hymno 3.

Nos oleris coma, nos siliquâ,
Fœta legumine multimodo,
Paverit innocuis epulis.

oc autem loco de fructu arboris sermonem fieri,
Theophylactus quoque sentit, assentitur Casau-
nus; ξυλόγλυκα dici à Glossarii autore, & ab A-
be interprete, *Charnub*: Italos & Gallos leviter
tortam vocem eam retinere, ademptâ literâ N.
iam contrà Syri & Arabes multis dictionibus
leant adjicere ad legitimas radicales. Sanè חרב
arabh Hebræis significat *exaruit*, *exsiccatus fuit*:
dè arbor hæc ejusque fructus *Charub* Syriacè, &
rabicè inserto *nun* pro *Dages*, *Charnub*: ita Schind-
rus, qui ex Strabone addit; *esitari à pueris & por-*
s. Asotus tamen noster etiam illas non videtur
revisse, quæ melle aut vino expresso, porcis
bjiciebantur. Quare rectè vertit D. Lutherus:
esiderâsse ventrem suum explere, mit den Trä-
bern

bern. Sic enim *Vinacea* nos appellamus, & qui quid pomis pyrisque, post succum prælo expre sum, remanet. Per has siliquas Cyrillus in Cate intellexit, *fabulas Græcorum Poëtarum, in quib aliquid dulcedinis, nutrimenti nihil, siccitatis multu est:* S. Asterius apud Photium Cod. 271. *Peccatum quod ad modicum dulce, nihil tamen alimenti aut com modi affert*; vel ut Theophylactus; *quod mome tanee delectat, æternum cruciat: neque mentem u quam satiat. Quis enim satiat & quiescere facit Deus. Peccatores*, inquit Eusebius, qui vulgò se falsò Emissenus audit, *quantò amplius peccant, ta tò amplius peccare desiderant*, &c. Beda per siliqua cum Cyrillo, intelligit *doctrinas seculares*. Mome taneum quod delectat, æternum quod cruciat.

Ut siliquæ; mentes hominum sic fœda volupta
Momento oblectat, perpetuò excruciat.

Nam Strabo quoque ex Aristobulo refert, *non fa cilè evadere, qui siliquis vescuntur*; puta, recent bus, nec dùm siccatis. *Non ventris sed mentis*, ope randus est cibus, Johann. 6. v. 27.

Linquamus porcis siliquas; æterna petamus!
Exsatiat mentem nemo, nisi ipse Deus.

Atque hæc hactenus *de Arboribus frugiferis*, mit bus & urbanis. *De Vite* tàm multa dicenda sunt, u Vineam suo tempori colendam reservare opor teat. Habent interim studiosi, qui defectum hunc supplere posit, Cornarium de S. Re Vinitoriâ.

SECTIO V

Sectio V.

De Lignis quibusdam rarioribus & peregrinis.

TAlia sunt in Nomenclaturâ suprà cap. 3. *Abalim, Algummim, aut Almugim, Hobenim*, quibus adde *ez Schemen, & Hadar.* Sit ergò.

Caput XLIII.

De Abalim, Algummim, Hobenim.

1. DE *Abalim* jam non pauca dixi cap. 3. num. 2. alii aloën, alii agallochum, alii santalum, alii aspalathum interpretantur. Legitur vocabulum hoc 1. Num. 24. v. 6. *Quàm pulchra sunt habitacula tua, Israël: sicut torrentes extenduntur*, diffunduntur, vel sicut Valles nemorosæ Vulgat. D. Luther. *Sicut tabernacula*, tentoria, Hütten/ *quæ fixit Dominus*: at Chaldæus, Vatablus, Cajetanus, & alii, sicut arbores aromaticæ, aloë, Cassiæ officinis dictæ: *& sicut Cedri super aquas.* Comparatur Ecclesia torrentibus, propter diffusionem, cui nulla vis obsistere posit: hortuis riguis, propter incrementum: arboribus odoratis, propter fragrantiam boni nominis: Cedris, propter durationem. 2. *Perfudi*, inquit adultera, *cubile meum Myrrhâ*, Ahalim *aloë*, *& Cinnamomo*, Proverb. 1. v. 17. Sic 3. Psalm. 45. v. 9. *omnia vestimen-*

vestimenta tua ô sponse, *myrrha & Ahaloth*, K
zioth *Casia*. & 4. Denique Cant. 4. v. 13. *M*
rha, & aloë Ahaloth, *cum omnibus præcipuis a*
matibus : Neque alibi. Ac Tribus his locis, p
steriùs citatis, manifestè inter aromata, rece
setur hoc quicquid est : Primo, pro *Ahali*
Ohalim, id est, *tentoria*, legerunt Græci & L
tini veteres : Hebraizantes interpretati sunt
arbore aromatica. Quâ caussâ, quamvis in Ho
to Aromatico suo tempore, Volento Deo,
eo agendum fuisset, hic spectare libuit. Vide
mus ergò, cuinam dictorum hæc Sacra descript
optimè quadrat?

2. *Aloën*, ex Dioscoridis l. 3. cap. 22. Pli
27. cap. 4. describit: *Scyllæ similitudinem habet,*
major & pinguioribus foliis, ex obliquo striata. Ca
lem emittit tenerum, medium rubentem, floresq;
bos, aut purpurascentes; hastulæ Regiæ cognata
Caulis ante seminis maturitatem, inciditur succi gr
tiâ, ab aliquibus etiam folia : invenitur & per
lacryma adhærens. Ergò pavimentandum ubi nata
ut lacryma non absorbeatur, ac in arenâ aut pulve
pereat. *Laudatissima in Indiâ reperitur, sed &*
Asiâ ac Arabia nascitur, &c. *Usus in multis, sed pri*
cipalis alvum solvere, cùm ferè Sola medicament
rum, quæ id præstant, stomachum etiam confirme
adeò non infestet ullâ vi contrariâ; Efficacior, si p
tâ eâ sumatur cibus. Quanquàm Paulus, ex qu
Ruellius, manè à jejunis sumendam præcipiat: q
& in pestilentiâ tutissimum esse alexipharmacum
Rufo refert, quo cotidiè sumpto multi contagiu
eva

vaserint. Ad hæc illita fronti & temporibus capi-
s dolorem sedat, sanguinem fluentem sistit, vul-
era ad cicatricem perducit, & alia. Verùm cùm
dore sit gravi, ut *gustu amara*; nihil ad *Ahalim*
pectat, suaveolentiâ commendata.

Quæritur, *an adultera illa* Proverb. 7. v. 17.
*ectum suum unguento ex myrrha, aloë, & Cinna-
momo confecto perfuderit?* an verò *foliis ac floribus
spersserit?* Hoc potiùs videtur Cornel. à Lap. sed
rius pluribus, & rationi consentaneum magis: sic
nim *vestes* quoque *unguentatæ*, ut Psalm. 45. v. 9.
ò spectant *unguenta meretricia*, mortuorum ho-
ori quoque impensa, 2. Paralip. 16. v. 14. Plin. 13.
t. vide Kirchm. de Funerib. l. 3. c. 5. Eaque non
modo *rogo infusa* cremabantur; sed etiam *vestibus
lita* cum cadaveribus condebantur, Spondanus in
Cœmeter. p. 227. Quid ad hæc Aloë, quâ ca-
avera quidem cum myrrhâ ungebantur; verùm
on odoris gratiâ, sed ut à putredine servarentur,
Matthiolus ex Mesve, de quâ suo loco. Nàm quod
Aloës floribus ait Cornel. à Lap. *esse grati odoris*,
este Dioscoride; de eo nihil testis, verùm contrà:
ravi tota est odore. Quare aloë locis cit. non est illa
urgativa, ἐκκοπρωτικὴ dicta; verùm lignum ali-
uod, de quo Cassiodorus in Cant. *Aloës lignum est
avissimi odoris, adeò ut vice thymiamatis in alta-
bus adoleatur.* Hoc longè distat à nostrâ aloë, de
uâ Joh. 19. v. 39. & nos plura, cum Deo, in Aro-
matibus. Sit interim Symbolum Dominicæ crucis,
uæ est - *animæ panacæa dolentis.*

Quæ folia, & flores fundit, lacrymamq; salubr
Semper-viva aloë, Crux mihi, Chri[s]
tua est,

3. Agallochum Dioscorides describit *Li[g]num esse, quod ex Indiâ & Arabiâ adferatur, odor[a]tum, Thymo simile*, lib. 1. cap. 21. Id esse qu[od] Scriptura *Ahalà*, & in plurali *Ahaloth*, vocat, se[d] inducor ut credam, 1. *nominis convenientia*. Na[m] ut Garsias l. 1. Aromat. cap 16. docet, ab Arabib[us] *Agalugen*, & *Haud*, à Guzaratensibus & Decane[n]sibus Indis *Ud*, in Commorino Promontorio, [&] Zeilan, silvestre quoddam genus, *Aguila bra[va]* vocatur. Primus Aëtius, ut notat Ruellius, à c[o]loris quâdam cum aloë similitudine, *Xylaloën* dix[it]. Indè officinis *Lignum aloës*. Credo, ex nomi[ne] Arabico, aut Indico, *Ahala*, 2. *odoris Præstanti[a]* eo enim maximè commendatur. Nam ut præt[er] Dioscoridem Paulus Ægineta, Aëtius, Serapi[o] testantur, odorem spirat gratissimum, *mandiq; [so]let, aut eo collui os, ut halitum commendet, quib[us] anima fœtet*: quin & pro thure ad suffimenta a[d]hibetur, eoque Baneanum cadavera cremantu[r]. Avicenna docet inter ea esse medicamenta, qu[æ] cordi præsidio sunt. Indè etiam in Indiâ hodiè pr[e]tium ingens; *ut cum Thuris selecti centum pondo un[o] emantur aureo, quanquàm ex Arabiâ eò advehatu[r] ligni hujus ibi nati singulæ libræ pendant tres aureo[s]*. Rarum inventu & difficile esse scribit Garsias, quo[d] ubi nascitur frequentes grassentur Tigrides: Ra[mu]mum tamen sibi testatur è Malacâ aliatum cum fo[-] liis; *arborem esse oleæ instar, interdùm majorem*

fructu[m]

uctum floremve se non vidisse: ferre tamen fructum ci, piperis modo minuti, purpureum: Quidam ignum Paradisi appellant, deferriq; per Gangem & ia flumina, ex Serapione, *fingunt*. Veteres quoq; Aëtius, *sepeliri sub terrâ dissectum, ut odoratius adat*, tradiderunt. Jam recens nullâ fragrantiâ atum esse, quod & Garsias. Quidam etiam *num Aquila*, ex Arabico; alii *lignum crucis* vont, fiuntque ex eo Sphærulæ precatoriæ, odoris cunditate, & pretii magnitudine commendabi-, Clusius in Notis. Sit ergò *Abalà* agallochum ræcis dictum. Neque obstat, quod Syriæ fuerit regrinum, ut cap. 3. suprà. Ignotum non fuit: m æquè ac *Tarum*, quod inter Agallochi species censetur, de quo Plinius l. 12. cap. 20. quodque *rum* hodie Malacensibus dicitur; per Nabaæos Troglodytasq; advehi potuit. Neque dum è *Sumatra*, aut *Zeilane*, quæ *Ophir* est, Salonis navibus advectum. Denique fragrantia tium Sponsi nostri, amataq; illa gustu, sed odore undissima aromata Psalm. 45. v. 9. ad passionem s rectè referuntur. Ut Agallochum *lignum cru-* non immeritò dicatur. Sic quoque, ut emblema dam, - *fragrat post funera virtus!*

Lignum aloës meliùs fragrat tellure sepultum.
Major ab exequiis fama per ora volat.

ud; - *Bonus odor Christi!* 2. Cor. 2. v. 15. vide gustin. in Psalm. cit.

Cor recreat doctor vitali Sanctus odore;
Qui semper lignum versat in ore Crucis.

4. Poteram *de Sandalo & Aspalatho* verba com-

pendifacere. Dicam tamen, ut appareat, non e
Abalim; sed pauca. Sandalum corruptè dicu
Arabes, quod Indi *Chandama*. *Rubrum* in Tim
insulâ non reperitur, è quo Indi alii Idola faciun
intra Gangem nasci dicitur: in Timor & ultra Ga
gem, *album & pallidum*. Fragrantia omnis *in cor*
ligni: eo mortariis contuso & aquâ macerato, co
pus inungunt, odoris conciliandi gratiâ. Arb
nucis Juglandis magnitudine, foliis virentibus Le
tisci æmulis: flos ex cœruleo nigricans, fructus c
rasi magnitudine; cùm maturuit niger, & insi
dus, hæc Garsias l. 1. cit. cap. 17. Ignotum Græ
Latinisq; veteribus lignum. Soli Arabes descrip
runt recentiores. Legitimum vix in officinis hab
ri, disputat Clusius.

Aspalathus notior priscis, quibusdam *Er*
sceptrum, in Cretâ, Rhodo, Syriâ, *surculosus fr*
tex est, multis spinis horrens. Lignum detrac
cortice rubescit, gustu amarum est, & odorum:
Myrepsi *unguentarii* utuntur ad spissamenta. *Nasc*
tur pluribus locis, sed non ubique odoratus aspal
thus, Plin. 24. cap. 13. Cyprii rei plantariæ per
referunt, ex centum plantis, vix reperiri duas a
tres odoratas, Matthiolus. Indè forsitan *fabul*
quam narrat Plinius l. 12. cap. 24. ubi ait, *Aspal*
thum esse spinam candidam, magnitudine arbor
modicâ, flore rosæ: Radicem expeti unguentis: Tr
dunt, in quocunq; frutice curvetur arcus cœlestis, ea
dem, quæ sit aspalatho, suavitatem odoris exister
sed in aspalatho inenarrabilem quandam; vide ibi
Dalechamp. Hinc Camerarii Emblema, de ar
cœle

celesti in aspalathum incumbente. Ego duo sub-
tuo: Primum; - *afflet modò gratiâ Cœli!*

Iridis innixu fragrans odor inditur herbis;
Sic nostra absq; Deo corda inodora manent.

lterum: *in Christo plenitudo!*

Iris ut aspalathum super omnia replet odore;
Sic Christo datus est Spiritus absq; modo.

5. Pergo ad Algummim & Almugim.
e his legitur 1. Reg. 10. v. 11. 12. *Et classis Hira-*
i, quæ aurum advexerat ex Ophir, ex eâdem regio-
quoque attulit magnam valdè copiam lignorum
lmugim: *Ex his fecit Salomo fulcra,* Pfeiler/
citharas & nabla vel Lyras, &c. *nec vel anteà vel*
st nunquàm hujusmodi ligna Almugim *visa sunt.*
t 2. Paralipom. 2. v. 8. scribit ad Hiramum Salo-
o., ut sibi mittat *ligna Cedrina & abiegna, & Al-*
ummim *de Libano: eò quod sciret, servos Hirami*
aros esse cadendorum lignorum in Libano. Denique
p. 9. v. 10. 11. dicitur Servos Regum Hirami &
lomonis, *cum auro ex Ophir, attulisse quoq; ligna*
lgummim, *non antè visa in Judæâ ejus quidem*
teris, &c. Ex quibus apparet 1. nomina inter
permutari, eademque ligna modò *Almugim*,
odò *Algûmmim* dici. 2. Alia autem hujus nominis
isse *indigena*, in Libano; alia *exotica* ex Ophir,
uæ plurium consensu hodierna Sumatra est, cum
jacentibus forte provinciis & insulis. 3. Aliquo
men modo ea inter se similia fuisse atque ideo
Communi, Syrorum linguæ usitato, vocabulo
pellata, ut fit cum peregrina nomina vel igno-

 rantur,

rantur, vel notioribus exponuntur: 5. Hæc exo
ca tamen pretiosiora rarioribus operibus materia
præbuisse; & denique 6. neque ante Salomonia
navigationem, neque posteà iterùm, in Judæâ vi
tata esse. Undè rara & solis Indiæ terris prop
fuisse consequens est. Hæc puto, satis certa sur
His igitur indiciis tendamus ad eorum notitiam.

6. Multa hìc multi dixerunt, certi quid nesc
an quisquam? Collegit sententias nuper Lipeni
in Salom. Ophiriticâ navigat. p. 691. & seqq. e
pensisq; aliorum ac rejectis, tandèm visus sibi e
ad oculum demonstrâsse, *Ebeni Ligna* fuisse. S
de his mox seorsim. Interim ille non ostendit a
borem aliquam Libani, *Ez Algumim* dictam, q
Ebeni ligno aliquomodò similem haberet ma
riam; & Ebenum ante Salomonem in Judæâ n
visam, incertum est; posteà nunquàm, falsum;
suo loco. Qui *Ligna Brasiliana* fuisse putant, si
Indiâ occidentali, quæ hodiè America, adveni
sentiunt, toto errant Cœlo: si ex Orientali, S
matrâ, aut fortè potiùs *Taprobanâ*, *quæ hodiè Ze
lan*, quod 21. argumentis adstruit Bochartus in C
naan l. 1. cap. 46. idem dicunt, quod qui *Sanda
na Rubra* fuisse: nàm in eo conveniunt, quo
utraque inodora, & rubra sunt: differunt in paucis
Soli cœliq; distantiâ, quæ ingenia cognatarur
stirpium mutat. Neque longè abeunt, *qui Corallin*
dixerunt, non Curalia; sed *his colore & duritie simi
lia, ac propter similitudinem ita dicta*. In Insul
Madagascar Ebenum lignum reperiri, & aliu
quoddam purpureum Bresiliano simile, refert i

Itinera

nerario Mandelslo l. 2. cap. 19. Ac hi quidem *mugim* rubra, duritie præstabili, ligna fuisse con- tiunt. Qui *Juncos aut arundines* interpretati it, quo se tuerentur, quoque habebant. Nam aldæis *Gumin* junci sunt; cæterùm in Indiâ *boreâ arundini amplitudo; quales vulgò in Templis lemus*, Plin. 16. cap. 36. *tantæ proceritatis, ut sin- la internodia alveo navigabili, ternos interdum nines ferant*, Idem l. 7. cap. 2. Meminit quoque erodotus l. 3. & indè Mela, Solinus, &c. atque è entioribus multa de talibus Majolus colloq. 21. l de his in Herbario sub *Gome*, ubi & de navi- s Ægyptiorum junceis, ex Esai. 18. v. 2. Quare od Pineda & cum eo Lipenius putant; junceas , aut arundinas, materias ad fulcra & vasa alia se ineptas; ineptum est. Scaliger *in Zeilan i capaces* ait *esse arundines, ut ex eis parent monoxy- sicut apud nos è populo. Sed & lanceas ex eis con- unt: Sicut in regno Pegu remos & malos myopa- um: minore miraculo; quandò etiam Septenûm um ambitum æquare ibi, certum est*, Exerc. 166. in Libano similes fuissent repertæ, quas ab Hi- no potuisset petere Salomo, omnia quadrarent. nique quod Græci πεύκινα, Vulgatus *Thyina*, terint, causa hæc fuit; quod rei ignotæ, no- n aliquod ex simili nomen voluerint imponere. are D. Lutherus quoque *Ebenum* vertit, quod nen in S. Linguâ proprium habet nomen, ut di- nus. Et Vulgatus 2. Paralip. 2. *Pinea*, non quod a essent, sed quod *quodammodò similia; Candore nen & fulgore præcellerent*, ut dixit Josephus

l. 8. cap. 2. vide de his Pinedam quoque de reb. S
lom. l. 4. cap. 18.

7. Inter tot divortia, veritatis invenire co
pitum, sanè quàm difficile est: tamen cùm omn
expendo, in eam propendeo sententiam, quæ lig
Algummim Sandala rubra esse statuit. Atque u
nam ea nobis quisquam diligentiùs descripsisse
non deessent fortè argumenta plura. Nunc
oportet sufficiant, quæ ad manum sunt. 1. Nasci
Sandalum Rubrum in Indiâ intra Gangem, *in T
nasarim & maritimis quibusdam Choramand
illa:* inter Siam & Malaccam, insulam *Sumatra
hæc* non procul à Commorino promontorio, *Z
lanem respicit.* Et sanè ab hac Insulâ nomen vide
accepisse; dicitur enim ab Indis *Chandama & S
canda:* est autem hodiè etiam num celeberri
Zeilanis urbs *Candes*, quæ fortè Ptolemæo o
Sindocande; & fluvius *Cande*, Ptolemæo corrup
Ganges. Hæc Sandali vera Patria est, ut docet G
sias l. cit. & hinc in Judæam advectum lignum *A
gummim* jam inter doctiores habetur. 2. Simile
Sandalum hoc, Rubrum lignum, *Brasilian*
& hoc *Aceri* nostrati, ut notat Bauhin. ad M
thiol. l 1. cap. 19. Dixi autem *de Acere, ejusq. ma
riâ crispâ, coloratâ, solidâ, operum elegantiâ & sub
litate Cedrinæ secundâ*, satis in *Oren*, cap. 6. n. 5.
Eaque arbor, 3. *Ez algummim* dici potuit, *lign
junceum*; quia procera, cortice lævi, enodiq; a
surgit, materiâ interiore tenerâ ac tractabili: & v
cissim *almugim, non facilè dissolubile*; quia solidæ
compactæ substantiæ est; ut in priore nomine for

Arabi

abico *Al* sit articulus; in posteriore Syriaco
ρητικὸν & negativum. Credam, donec meliora
dicero. Accedit 4. quod aceris quoddam genus
ræci γλῖνον sivè γλεῖνον vocant, ex Theophra-
o Dodonæus P. 6. lib. 4. cap. 19. si articulum
æponas, & *Mem* pro Græco N ponas, omnes
ocis *Algum* radicales literas invenies. Ut taceam
erosque interpretes convenire in eo, quod hoc
gnum Cedrino proximum fuerit: coloris venu-
ate fortè præstantius. Denique 5. *Sandala rubra*,
sque ad Arabes & recentiores, non Judæis tan-
um, sed & Græcis Latinisq; ignorata, nec in hodi-
num diem, cujus nam sint arboris, exploratè
ognita sunt. Idque 6. puto ex invidiâ contigisse,
superstitione: nam ut Garsias refert, *Idola Indi
x eo ligno, Deorumq́ suorum delubra fabricantur*.
Neque equidem dubitarim antiquam fuisse hanc
uperstitionem, tùm propter elegantiam ligni,
um propter vim Medicam. Undè 7. colligi pos-
t, cur Salomon Regum Sapientissimus hac mate-
â uti voluerit, *adfulcra & bases, aut contignatio-
es, & gradus, variaq́ instrumenta Musica*, qui-
us verus Deus celebraretur? Dixi; quæ visum
rit, judicent, qui possunt. Addo Emblema.

Prostratis tibi serviet India Divis!
Sandalina in Citharas mutare idola Deorum
Cœlestis proprium est hoc Salomonis opus.

8. Nunc de Thyinis quoque dicendum aliquid
x Apocal. 18. v. 12. Inter alias pretiosas merces,
uæ terrâ marique, ex toto orbe, Romam ad-
ehebantur eo tempore, recenset S. Johannes

etiam πᾶν ξύλον θύϊνον, καὶ πᾶν σκεῦος ξύλου τιμιωτάτου. *Thyia* vel potiùs θύα, *Thuja*, eadem arbor est quam *Citrum* aliàs dicimus. Describ ex Theophrasto & sui ævi experientiâ Plinius l. 13 cap. 15. & 16. Patria Africa est: *præcipua nascebatur circa Hammonis delubrum: & in interiore part Cyrenaicæ:* olim quoque *in Anchorario citerioris Mauritaniæ monte, sed jam* Plinii ævo luxu & avaritiâ *exhausto. Staturâ* est amplâ & procerâ, *formâ* Cupresso simillimâ, ipsa quædam *Cupressus silvestris.* Radice *nihil crispius, nec aliundè pretiosiora opera:* maximè laudatur ejus *vitium*, tuber Plinio *quod sub terrâ totum fuerit.* Materies *siccata mar duritie incorruptâ spissatur.* Theophrastus *memoratas ex eâ refert Templorum Veterum contignationes, quandamq́ immortalitatem materiæ in tectis, contra vitia omnia incorruptæ.* Homerus *inter odores*, cum Cedro, *uri tradidit in deliciis Circes*, vel Calypsus potiùs: nam memoria fefellit Plinium. Qui errare docet eos, qui θύον Homeri inter odoramenta recenseant. Macrobius tamen de *Malo Citreo* accepit: quod ex Oppio de Silvestribus arboribus describit: *esse odoratissimum, ex quo interjectum vesti tineas necet. Fertur autem*, inquit Oppius, *venenis contrarium, quod tritum cum vino, purgatione virium suarum, bibentes servat. Generantur autem in Perside omni tempore mala Citrea: alia enim præcarpuntur; alia interim maturescunt*, hæc ille apud Macrob. l. 3. cap. 19. Sed alia est hæc Citrus, *Persica*, & *Medica*, malum ferens, quondam exsecratum aliquibus odore & amaritudine, nunc expeti-

petitum Salubritate, de quo suprà in Malo; alia
ostra, de quâ hic, *Libyssa & Africana*, cui mate-
singularis elegantiæ ingens pretium fecit; imprì-
is in mensis; quarum dotes describit Plinius;
ia longo venarum discursu Tigrinæ dicebantur; aliæ
torto variegatæ, Pantherinæ: erant & undatim
ispæ, majore gratia, si pavonum caudæ oculos imita-
ntur, &c. Plin. l. cit.

9. Ex quibus apparet, injuriâ reprehendi
ulgatum Interpretem, quod *Almugim* verterit
hyina ligna. Nisi quis cæteros omnes damnare
nul velit: cùm nemo hactenus inventus sit, qui,
æ ligna Almugim propriè sint, certò exprime-
potuerit. Ipse Salomon nominis autor, cùm
oprium vel non haberet, vel edicere nollet,
rnaculo alieno, ex aliquo simili ligno, expres-
, exemplumq; Interpretibus reliquit. Vulgatus
nen omnibus palmam præripuit, quod confe-
nti facilè patebit. Quo nomine etiam alii do-
ssimi Interpp. & Lexicographi, ut Buxtorff. &
ottingerus, Vulgati versionem prætulerunt.
am cùm persuasum haberent ligna hæc Indica,
sque dubio fuisse materiæ elegantiâ, firmitate, &
ı, pretioque præstantissima, ac cum Judææ opti-
s ac rarioribus, ut longè tamen antistarent, com-
randa, raritate suâ nec ante nota, nec posteà
scenda, Sola Thyina invenerunt, quibus hæc
is deberetur. *Pretium* sanè, ut dicta cætera
n repetam, vel ex Plinio constat; quem inter-
etatus Tertullianus de Pallio cap. 5. refert; *M.*
llium quingentis millibus nummûm orbem Citri
emisse:

emisse: Asinium Gallum bis tantùm, pro mensa eju dem Mauritaniæ, numeràsse. Hem, exclama *quantis facultatibus æstimavêre ligneas macula* Notat ibi Salmasius pag. 434. Asinium pro men Citreâ dedisse, aureorum nostrorum, duo mill & quingentos. Hanc insanam ambitionem ta git S. Johannes l. cit. & alii ejus ævi, etiam pro fani Scriptores; ut inprimis Satyricus Petroniu - *Ecce Afris eruta terris Citrea mensa, ponitu* Martialis de eâ:

> *Accipe felices, Atlantica munera, silvas:*
> *Aurea qui dederit dona, minora dabit.*

Illud præterire non debebam, quod Corne à Lap. *Almugim* composito nomine putet dic q. *Ela mogim*, arbores *stillantes* resinam; & eode modo, *Algummim*, q. arbores *gummiferas*. D quo judicabunt peritiores, vide ejus Commen in Apocal. l. cit. Supersunt

10. Hobenim *Ebeni ligna*; vocabulum ho extat Ezech. 27. v. 15. *Filii Dedan negotiatores tu insulæ multæ negotiatio manus tuæ: Cornua denti* id est, ebur, *& Hobenim attulerunt tibi pro mune ribus.* Dedan, hodiè *Dadena*, Arabiæ Felici urbs & regio, ad Ormuzium regnum pertinens in litore sinus Persici jacet, non procul à freto Ba- sora, quâ in Indiam commodè navigatur, de qu Bochartus in Phaleg. l. 4. cap. 6. & Tabulæ Geo graph. Indè per sinum dictum merces Indicæ, in primis Elephantorum dentes, *cornua* dicti, d quibus aliàs, & Ebeni ligna advehi solebant. Si enim

im vertit Symmachus ἐβένους, Vulgatus, cæteriq; niliter: Solus Chaldæus habet *Pavones*. Apud x. κέδρον ὑγιὲς, vide Bochartum l. cit. & Schind-. qui vocabulum hoc ab Hebræo *Eben* derivat, od lapidem denotat. *Est enim lignum*, inquit, *bar lapidis durum, & nigrum: adeò ponderosum, etiam in tenuissimas laminas dissectum, in aquâ rgatur, nec fluitet: Ex Æthiopiâ & Indiâ affer-r: nulla folia, nullum fert fructum, nec stirps est li exposita: radices tantùm in terrâ occultantur eruuntur*, hæc ille. Secutus Pausaniam in cticis, qui ex Cyprii cujusdam Botanici relatione dem omninò narrat. Sed qui rem accuratius penderunt, distinguunt hoc *fossile ebenum*, quod in Germaniâ reperiri docet Georgius Agricola . 7. Fossil. p. 325. *à ligno Ebeni*. Nam etsi fos- quoque *stirps* dicatur, *nigra, foliis & fructu ca-ns, cornu politi modô splendida, solida, sed levis, minoq; adspectu similis Gagatæ Lapidi: naturâ ta-en admodùm diversâ, quod ebenum ignem non sen-t, gagates contrà ardeat, & igni pereat*, ut suum, od Hildeshemii reperiri ait, describit Agricola; men, ut ipse docet, non est vera vivaq; planta; d vel lignum in lapidem conversum, vel lapis ligni similitudinem à naturâ, ludente in fos-ibus, effictus. *Patria* Ligni Ebeni *Æthio-a & India*, ut disertè Dioscorides lib. 1. cap. 111. c contradicunt, qui solam Indiam dicunt mitte- : ut Virgilius 2. Georg. - *Sola India nigrum rt ebenum*. Nam hi, more veterum Indiæ no-en latiùs acceperunt. Sic Plinius clarè, qui cum Virgi-

Virgilii autoritate *Ebenum è peculiaribus Indiæ a*-*borem* dixiſſet, ex Herodoto addidit *in Æthiopi*-*naſci*, l. 12. cap. 4. & l. 6. cap. 30. circa *Meroë* Æthiopicam *totas ſilvas ebeno virere* ſcripſit: un-& Lucano *Meroitica ebenus*. *Præſtantiſſima ha*-*bita fuit Æthiopica*, teſte Dioſcoride. *Æthi*-*pes Regibus Perſarum, in tributi vicem, tertio quoq*-*anno, phalangas*, id eſt oblongas & teretes pert-cas, Stangen / Ebeninas, ut Plinius habet, *cen*-*tenas*, ut Herodotus, ducentenas, *cum auro & ebo*-*re penſitabant*. Sic ergò Dedanitæ, ut ait Prophe-noſter, Tyriis, quo tempore, poſitis in litore ma-ris rubri coloniis, maris haberent imperium, *ebe*-*num & ebur* ſubmisêre: *Dentes eburnos & eben*-*nos* habet Vulgatus: *Cornua* intelligens, ut Pro-pheta vocavit, dentium Elephantinorum, & pha-langas ebeninas, lævore nitoreq; ac duritiâ, illi ſimiles. Neque opus erat, ut hæc munera aut mer-cimonia, Dedanitæ procul ex Indiâ peterent, pe-Oceanum Eorum: cùm ad lævam Arabiam, ſinum-que Arabicum prætervecti, tam ebur quàm ebe-num, in Æthiopiâ haberent. *De odore ligni* pe-ſe, nihil legere memini, nec Matthiolus. *Accend*-etiam *Fabianus negavit*, apud Plin. quod de foſſil-Agricola: *uſtum tamen odore eſſe jucundo* ait Plinius, & antè Dioſcorides, de ligno loquentes. No-ſtrum, cujus in Italiâ trunci innumeri viſuntur, in eorum officinis, qui pectines faciunt, aut globulos ad mulierum preces numerandas, nullo odore commendatur, ut docet Matthiolus. Quod in pretio eſſet, ſuperſtitio fecit, & raritas olim. E-

ebeno

eno simulacra Deorum faciebant etiam Euro-
ei; ut ex Pausaniâ constat: stultâ Æthiopum
nulatione. Ita Solinus narrat, *Indorum Reges ex*
eno sceptra sumere, & Deorum imagines, non nisi
ebeno habere: pocula quoq; ex hac materiâ facere,
suasi ejus tactu, quicquid maleficum, averti,
p. 55. Quod ad Æthiopas pertinere arbitror,
ibus nigredo sua præ omni colore placet, adeò
& *Deum nigrum* ac Æthiopem pingant; *Diabo-*
n candidum & Europæum hodierni Abyssini, ut
Acerrâ dixi, pag. 244. Hæc qui expendet, facilè
elliget; Ebeni ligna neque tam ignota olim Ju-
æ, neque tam rara ac pretiosa fuisse, ut de Lignis
mugim S. Literæ testantur.

CAPUT XLIV.

Ez Hadar, & ez Sche-
men.

LOca Scripturæ de his hæc sunt; 1. in Levit.
cap. 23. v. 40. de Festo Tabernaculorum,
le cap. 2. num. 24. *Capietis vobis in die primo*
ri ez hadar, *fructum ligni honoris*; Arboris pul-
errimæ habet Vulgat. καρπὸν ξύλȣ ὡραῖον, vel
ῥαῖον, Lxx. fructum arborum speciosarum,
uchte von schönen Bäumen: 2. Nehem. 8. v.
de eo festo itidem: *adferte folia olivæ, & folio*
Schemen *ligni pinguedinis*: Vulgatus, ligni
cherrimi, ut modò in Levit. Lxx. ξύλων κυ-
ρισσίνων, ligni cupressini: ligni pinguis; ar-
rum oleosarum, Hartzbäum-Zweige/ cæteri,
3. Esai.

3. Esai. 41. v. 19. *Ponam in deserto* Erez *Cedru*
Sittah *Spinam* albam, Hadàs *myrtum*, & ez Sch
men, id est, *lignum olivæ*, Vulgat. alii Cupressu
Pinum, &c. de quibus satis cap. 3. num. 33. & cap.
num. 1. ac seqq. Quæritur quænam hæc lign
De Hadar disputat Bonfrerius prolixè in Lev
l. cit. *Citrum* esse. Probat 1. Quia Chaldæus
terpres habeat nomen אתרוג *ethrug*, quod sig
ficat arborem citri. 2. Quia Josephus testetur
ramis illis gestata quoque fuisse *mala Persi*
3. Antiq. cap. 10. & *Citria*, eodem Josepho
ste, 13. Antiq. cap. 21. 3. Quia hæc Citri
Malus Medica scilicet aut Persica, *arbor pulch*
rima sit, ac meritò dicatur; cum & folia amœ
& flores nullo non tempore purpurascent
fructusque semper habeat aureo colore flav
centes; Lignum denique pretiosissimum, è q
mensæ Citreæ, auro contrà charæ, ut cap. præc
diximus de Thyinis. Dubitat tamen, an eade
citrus sit illa pomifera, & hæc materia laudat
quod & Plinius distinguat: hæc ille multis. A
dam juvandi gratiâ; Citria mala aurea Jud
olim nota ac S. Literis celebrata fuisse, ut d
cap. 33. num. 2. & 14.

2. Probabilior tamen apparet, quæ & co
munior, sententia: esse hæc vocabula *Ez had*
& *ez Schemen*, non propria, sed appellativa; n
certæ speciei, sed generis cujusdam. Probatu
1. ad Personam: Vulgatus enim Interpres clarè i
dicat, se de genere non de singulari specie sensis
nec arborem *Hadar* pulchritudinis, ab arbo
Schem

hemen pinguedinis diſtinxiſſe. 2. Ad rem; ut S. criptura ratione ſitus alias arbores vocat *ligna* *rri*, *ſilvæ*, *aquæ*; ſic pro differentiâ effectorum adjunctorum, alias *ligna cibi* Levit. 19. v. 23. eut. 20. v. 20. Ezech. 47. v. 12. alias *ligna fru-* *us*, Eccleſ. 2. v. 5. alias *ligna frondis*, ut his ipſis cis, Levit. 23. v. 40. Nehem. 8. v. 15. eâdem ra- one quasdam *pulchras* dixit, & *pingues*, 3. ita- ue arbores *denſarum frondium*, his locis, non rtam ſpeciem ſignificant; ſed genus quoddam ultis ſpeciebus commune: ſic & illæ, quæ decoræ pingues dicuntur. Idque 4. rationi congruit. am neque debuit Deus certas ſpecies frondium æſcribere neque potuit. Non *debuit*; ſuffecerat notatio generis; & addita denominatio quarun- im ſpecierum, ut *palmæ* ſolius Judææ propriæ, *Salicum* torrentis; quas vel myſterii cauſsâ, vel ngularis uſus, vel quod neutro genere arbo- im, à pulchritudine & pinguedine dictarum, ntinerentur; oportuerat exprimi. Nec *potuit*; am ſi ſpecies aliqua defeciſſet, nec omnibus què ad manum fuiſſet; impoſita fuiſſet neceſſi- s Scenopegia celebraturis, vel omittendi ge- ationem horum ramuſculorum, vel prævari- ndi contra legis præſcriptum. vide, quæ ex San- io dixi cap. 2. num. 26. Cogita; ſi omnibus, *itriæ* frondes fructibus ſuis onuſtæ, aut *olea-* *inæ*, aut *myrteæ* geſtandæ fuiſſent, quanta circa Hieroſolymam hortorum quotannis fuiſſet calami- s? quanta frondium talium raritas & charitas? . Neque ſequitur; Nehemiæ c. 8. certæ memo-

rantur species, *in lege non expressæ, quæ de oleâ, a bore Schemen, myrto, nihil habet; nec de Perseâ n de Citro, quicquam* : Ergò hæ species præscripi fuêre in lege, nec aliæ generali nomine permiss Nam quis non videt contrarium sequi? In leg 4. omninò vocabula sunt arborum, ut cap. 2. l. c dixi: 1. *arbor Hadar*, 2. *palma*, 3. *arbor Aboth* densarum frondium, & 4. *Arabim* salices, for ad ligamina necessariæ: apud Nehemiam sunt vocabula, *Olea, lignum Schemen, myrtus, palm & arbor Aboth*: His addit Josephus *Perseam*, Cha dæus fortè *Citrum*, LXX *Cupressum*, alii Interpp. & Hieronymus *Cedrum*; *pinum, balsamumq́*, adhi alii. Quare concludamus 5. & frondes gestâs Israëlitas in eâ festivitate, & scenas struxisse, ex qu cunque genere arborum; quas in deserto non h bebant, Dei munere in terrâ promissâ invenerant ut undecunque glorificandi Deum acciperent o casionem: is enim hujus festi finis fuit. Duas t men species expressas à legislatore fuisse, ex quib thyrsos facerent gestandos, *palmam & salicem* quâ in re miranda Dei bonitas, ne noceret arbor bus fructiferis, aut sterilitatem adferret: haru enim duarum hoc est ingenium, ut tonsurâ ga deant, & copiâ luxurient. Latetq; mysterium quod in *palmâ* insinuavi. Symbolum enim fu Ecclesiæ Judaicæ. Quam Deus monere voleba ornandam esse fructibus omnigenis, ac colligar dam q. vitilibus fidei & mutuæ concordiæ, Ephes. 4. v. 2. 3. Quæ ex aliis interpretibus commentatoribus adferri possent, pro hac nost sententiâ, mitto.

3. &

3. *Ad objectiones* respondeo: 1. *Ethrug* esse
omum Citrium, concedo: corruptè legitur in
ersione Averrois de Simpl. *Eltrog. Atrung.* Ci-
us est arbor & fructus: indè *toronga*, Meliffo-
yllon, Melissen/ *citrago* dicta, quod odorem
ali citrii redoleat. Sed hoc ipsum nomen re-
ntius esse & ex semibarbaro *Citronium* con-
ctum, apparet: nec usus pomi hujus olim tam
it gratus vulgò notusve, ut posterioribus secu-
, ex quo in Italiam translatum est, & factum
digenum. Quod tempore latæ legis in Judæâ
tum sit; quis affirmaverit? Inter alias exoticas,
Hortis Salomoniis, cultam hanc arborem non
gabo, nec ab eo tempore nota Judæis hæc fuisse
ma; iisq; thyrsos quoque palmarum in scenope-
s exornatos; ita testatur Josephus l. 12. cap. 21.
Alexandrum Regem, ortâ seditione, *in festo*
nopegiorum, conjecta fuisse citria: & ad sui se-
li morem respexit Chaldæus. Ponamus tamen
dæ jam olim inquilinam & domesticam fuisse,
am *Palladii curâ ex ipsâ Mediâ in Italiam trans-*
am perhibent &c. Rogo, quomodò sequitur:
aldæus pro arbore *Hadar* posuit *Citrum*; ergò
a Citrus est Hadar? At contrà: Vulgatus cujus
jor autoritas, eandem arborem credidit esse
dar & *ez Schemen* dictam, ut ex num. 1. collatis
is Levit. 23. & Nehem. 8. liquidò liquet: hanc
em putavit esse *oleam*, ut Esai. 41. Ergò Lignum
dar est olea. Confirmatur ex S. Scriptore Nehe-
â, qui pro ligno *hadar* manifestè ponit *Oleam.*
iter sequitur; LXX. pro *ligno Shemen* posuerunt

 Cupressum;

Cupressum; Ergò sola Cupressus hoc nomine ga
det. 2. Τὸ μῆλον τῆς περσέας, cujus Joseph
mentionem fecit 3. Antiq. cit. Malum Persicu
id est Citrium esse, negatur. *Persea* hæc Joseph
quod & Caussinus agnoscit in Horum pag. Obse
vat. 132. *arbor illa est, quam Ægyptii Isidi con
crârunt, hac ducti non absurdâ ratione, quod fr
ctus ejus cordi similis sit, folia linguæ: ut admoneren
tur Templum adituri*; ὅσια φρονεῖν, εὔσχημα λέγε
Sanctè de Deo sentire, & modestè loqui, Plutar
de Iside & Osir. Neque sequitur: Josephus di
in thyrsis Israëliticis fuisse *mala Perseæ*: Idem ali
fuisse quoque *Citria*: Ergò mala Perseæ sunt Citi
Conjunguntur enim divisa. Sic 3. cùm conclu
tur: *Hadar* est arbor pulchra; *Citrus* pulchra q
que est, Ergò Citrus est Hadàr nomine propri
infertur à genere ad speciem affirmativè. Mu
aliæ per orbem pulcherrimæ sunt arbores, quæ
men à Legis latore nomine Hadàr non fuer
comprehensæ; quoniam de Solis Palæstinæ ar
ribus loquebatur. Et si citrum hujus quoque
gionis jam tùm indigenam fuisse constaret; tan
inclusio unius cæterarum exclusionem
non conficeret.

SECTIO V

SECTIO VI.

Et ultima, de Arborum quibusdam differentiis.

DIxi *de Arborum Biblicarum speciebus*, nec puto, *præter aromaticas*, me ullam prætergres-
m: his autem Hortulum proprium, modò an-
iat Deus, condere constitui. Nunc superest, ut
iquid dicam *de differentiis*, de quibus breviter c. 3.
prà. Agam autem tantum 1. De Arboribus *Para-
siacis*; 2. de *Sodomiticis*; 3. de *Lucis* & Sacris Ne-
oribus; 4. *de Hortis*; tantùm Salomoniis; & tan-
:m 5. de aliis quibusdam *generalibus discrimini-
s*; nec omnia persequar, sed potiora, ut aliquan-
) summam huic arboreto imponam manum,
ctoremq; meum, si quis futurus est, cum bonâ
ice dimittam.

CAPUT XLV.

Arbores Paradisiacæ.

PRimum omnium hortum condidit Deus; *Paradisum* vocamus. De eo præter interpp.
ieneseos Mosaicæ, plurimi scripserunt Veteres &
ecentiores. Nos hic, ne quid desit, obiter pri-
iis q. lineis describemus. Solet autem disputari,
de Nomine, 2. *de Creatione*, 3. *de fine*, 4. *de Loco*,
de Adjunctis. Id autem inprimis præsupponitur;
:rè extitisse locum aliquem corporalem, nec Mo-
icam de eo historiam allegoricè interpretandam

 esse:

esse; contra quosdam Rabbinos, & Origenem quos præter alios refutat Bellarm. de Grat. Prim Hom. cap. 10. & 11.

2. De NOMINE; 1. *unde dictus Paradisus* non Græcâ origine, à παρὰ & δεῦσαι, ut visum Suidæ, q. hortus irriguus; Sed vel *Hebræum* nomen est; quod quidam docent componi ex *Para & Hadàs*, q. Myrtetum dicas, Corn. à Lap. in Gen. & 2. Corinth. 12. vel, quia פרדס *Pardes* quatuor diversarum literarum, & nullius radicis Hebrææ est, peregrinum & adeò *Persicum*, ut Pollux Onomast. Apollinius apud Philostrat. aliique vide Brisson. de Regno Pers. l. 1. pag. 52. & seqq. Hopkinson. de Paradiso. Sic *vivaria* dicebant arboribus consita. Vocabuli hujus *homonymiam* evolvit *Ravanellus* in Biblioth. & plures alii. Quæritur autem 2. *Cur hortus Edenicus?* an ἀπὸ τῆς ἡδονῆς, *hortus voluptatis*, ut Vulgat. Resp. primò quidem quia situs fuit ἐν Ἐδὲν in regione *Eden*; hanc tamen à Voluptate & amænitate, quæ Hebræis עדן *Eden*, ab oblectando; non negabimus. Hinc *Adonis* Veneris amasius, & *Adonidis horti*, in proverbiis, de quibus nuper Volum. 2. S. Analect. Confer etiam quæ in Atrio dixi de Venatu, num. 486 seq.

3. *De Creatione*; à Deo plantatum clarè dicit Moses. Sed *Quando?* Hieronymus, quod dixit Moses מקדם *Mikkedem*, *à principio*, transtulit. Nescio, an secutus Rabbinos, qui *septem res ante mundum creatas nugati sunt*; *hortum Edenis, legem, Justos, Israëlem, Solium Gloriæ, Jerusalem, Messiam*.

Secu

:cuti sanè Symmachus, Theodotion, Aquila, qui
:rterunt, ἐν πρώτοις, ἀπ' ἀρχῆς, &c. Sed Hebræo-
m dicterium *de decreto Creationis* rectè accipies,
on negetur, *Mikkedem*, aliquando de tempore
què dici, ac de loco. Sed de hoc jam agit Moses,
res docet, & pleriq; consentiunt Interpp. Itaq;
ieronymi illud, *à principio*, pariter interpretan-
r; non de temporis, sed de loci initio, unde Sol
otus diurni accipit initium, ut Nicol. Abramus in
naro, sive S. Quæst. l. 2. de Paradisi loco, sect. 3.
ertè contra mentem Hieronymi. Non ergò Pa-
disus ante mundum, nec statim in principio ejus;
d neque post mundum, aut post hominem; Ve-
m *die mundi tertio*, quo terra plantis ornata, ut
mmunis opinio habet. Et quia à Deo, hinc *hor-
Dei*, Gen. 3. v. 10. Διὸς κῆπος Platoni, quem in
nvivio ex Mose descripsit.

4. FINIS; *proximus* fuit, ut esset hominis in
o statu innocentiæ, pro dignitate, ἐνδιαίτημα,
quo Damascenus de Orth. Fide lib. 2. cap. XI.
de, ut ait, esse debuit εὐφροσύνης καὶ θυμηδίας
άσης ταμεῖον. *Secundarius*, ut umbra & imago
radisi cœlestis, 2. Cor. 12. Luc. 23. *An igitur re-
ptaculum omnium fidelium animarum, post hanc
am?* Neg. contra Judæos, R. Menasse Pro-
:m. 17. quorum opinionem Patres quidam, Ar-
:ni, & nonnulli olim Scholastici sequuti, Vide
ssionale meum de 3. verbo Dom. in Cruce. *An
io Henoch & Elias?* Neg. quia nusquam est: illi
cœlo, candidati immortalitatis, cujus stolas
n acceperunt.

5. *De Loco* nullius finis disceptandi: Moses *Regione Edenis*, ad plagam Orientalem colloc fluviumque describit, in 4. alveos divisum, qu irrigetur: Nomina sunt duo indubia, *Phrat chiddekel*, id est, *Euphrates & Tigris*: de *Phison Gihon* lis est, hoc loco non decidenda. Cons non fuisse in India, *in Ceilan*, ultra Oceanum; ne *in Taprobana*, *in America*; in monte altissimo, tertiâ aëris regione; Goropius, qui Hesdinii Artesiâ ponere voluit, lusit; nec patitur Mosa descriptio, ut in Palæstinâ collocetur, ad Jor nem: Mesopotamiam digito indicat. Ibi Ede ca regio, & confluentes Tigris ac Euphratis & lia. Vide tamen Nicol. Abram. l. cit. qui ad Jor nem posuit. Res non est hujus loci.

6. *Adjuncta*, præter amænitatem, & quæ spectant, sunt spatii *magnitudo*, & Temporis *du tio*. Hinc quæritur; *Quantus fuerit?* non imm sus, nec nimis angustus. Falluntur qui orbem t rarum circumdedisse putant: Tostatus nullâ rat ne affirmat, longitudinem fuisse 12. ambitum aut 40 milliarium. Natura paucis contenta

- laudato ingentia rura Exiguum colito

An adhuc hodiè supersit? Affirmat Bellarminus & nuper Laurentius de à Ponte, in cap. 1. Sapie v. 15. Digress. 5. confirmat 1. *autoritate* Patru 2. *ratione*; quia neque statim post lapsum cæ corrumpi, neque diluvio interiit; eò quod n inundârit totum orbem terrarum, sed habitabile tantùm, & quatenus Deo visum fuerit. 3. Quia H noch ibi teste Siracide; 4. quia Christus fuit p morte

ortem, cum latrone. Negant Salianus, Cornel. à
p. qui alios plures consentientes citat &c. Nos
ıoque assentimur; affirmantium argumentis ni-
l inest ponderis.

7. Ad hunc locum pertinent *Arbores Paradisi*,
 quibus Moses: *Et germinare fecit Dominus Deus*
terra, omnem arborem concupiscibilem adspectu,
bonam in cibum. Hæc in genere. Describun-
ır 1. *à pulchritudine*, quâ præcelluisse omnibus
boribus indicat Ezech. 31. v. 8. 9. de quo suprà
Cedro. 2. *à fœcunditate*: non tamen conjun-
im, sed divisim. Nam Cedros quoque & alias,
ıæ poma esui apta non ferunt, in horto Edenis
isse, apud Ezech. l. c. dicitur. Quo argumento
orniellus Bedæ opinionem refellit; *nullam ante*
psum herbam venenatam, nullam arborem fuisse
frugiferam. *In specie* duæ celebrantur, *Arbor Vi-*
in medio horti, & *Arbor scientiæ boni & mali.*

8. *De Arbore Vitæ*, quæri solent plurima, cu-
osiùs quàm fructuosiùs. Breviter expediam.
An vera arbor fuerit? Vera, contra Originem,
ugubinum &c. Sic Thalmudistæ *per arborem*
itæ intelligunt contemplationem æternorum; per ar-
orem scientiæ desiderium caducorum, ut apud Gala-
num de Arcan. Cathol. Fid. l. 7. cap. 10. p. 514.
Iinc fabulæ illorum; *quod lignum vitæ in altitu-*
ine habeat iter quingentorum annorum: quod fons
aradisi ex eo scaturiens orbem inundaret universum,
isi nomine Magno & Sancto signatus esset, ut in
Thargum Cant. 4. v. 12. &c.

9. Jam 2. Quæritur? *an unica arbor fuerit?*

Resp. commun. una. Quid verò si auctum fu
set genus humanum ? otiosa quæstio, dicunt
men, speciem propagari potuisse. Non puto, n
cessarium fuisse: nam & in multa secula perenne
servare Deus, quousq; voluisset ? & sufficere fr
ctus ipsius omnibus Paradisi incolis potuissent, us
dum ex animali vita in spiritualem transferrentu
Similis Domino nostro Jesu, cui nemo secundu
ciboq; Eucharistico, de quo *sumit unus, sumu
mille, nec sumptus absumitur.*

10. At 3. *ubi fuit ?* in medio horti. *Quona
modo ?* non tantum *per interpositionem*; quomo
in medio dicitur esse, quicquid intra est, ut Tyr
in corde maris, Ezech. 28. v. 2. Matth. 12. v. 4
Sed quodammodo *per æqui distantiam*, & q. in ce
tro, loco conspicuo & ab aliis arbustis libero,
videtur. *Quid ita ?* dignitas arboris, digniore
locum requirebat - *cætera tantum*

*Silva sub hac omnis, quantum fuit herb
sub illa,*

Ovid. 8. Metam. Fab. 13. *Nulla silva talem profer
flore, fronde, germine*; ut umbra esset Christi, qui
medio suorum semper, Joël. 2. v. 27. *An ibide
& arbor scientiæ ?* putabant aliqui, ut Alcimus Av
tus l. 1. v. 311. ubi Deus;

*Est tamen in medio nemoris, quam cerniti
arbor,*

Notitiam recti praviq; in germine portans, &c

Sed hoc ut vero non absimile; sic incertum.

11. Sed 4. *Cujus Speciei ?* Monadicæ ? Sol quas
au

it Phœnix, inter arbores. Quod probant com-
un. ex singulari efficacia fructuum. Quod ta-
en argumentum non cogit. Potuit enim vim
am vitalem Creator etiam uvis aut pomis con-
rre, ut inesset q. naturaliter. Ita uvæ medicina-
arte educantur, vide quæ *de Arbore multifera* di-
in agro Neapolitano Acerræ Philolog. l. 1. n. 69.
t confer *fariniferam* in Terenate Insula, ibid.
im. 64. aut fructum, quem Tartari *Boramez*, sive
mum vocant, de quo Scaliger Exercit. 181. sect.
. ac Nierembergius l. 3. histor. nat. cap. 6. Talem
quem ego libenter cogito.

12. *Quid? an verè 3. singulis mensibus recentes
uctus protulit?* Id videntur affirmare S. Ezechiel;
*utraq; ripa fluminis arbores pomiferæ, quarum neq;
ia defluunt, neque deficiunt fructus: per singulos
enses afferet quoq; primitiva*, Vulg. *fructus pri-
itivos*, Pagnin. id est, *præstantissimos*, Tremell.
ue Früchte/ D. Luther. *& erunt fructus in cibum,
ia ad medicinam*, cap. 47. v. 12. & S. Johannes:
*medio plateæ illius & ipsius fluminis, hinc & hinc,
num vitæ, afferens fructus duodecim, non numero,
varietate specierum*, Zwölfferley / Luther. aut
tè duodecim, quia, *per menses singulos reddit fru-
um suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium*,
oc. 22. v. 2. Uterq; ad Paradisum terrestrem &
borem vitæ allusit. Credo ex antiqua traditio-
; quod hæc natura hujus arboris fuerit, ut po-
isset semper recentibus abundare fructibus. Ex
dem orta Homeri multiscii fabula, de arboribus
horto Alcinoi:

Non

Non perit illarum fructus, semperq; perennat
Æque hieme atq; æstate manet : namq; an
Favoni,
Dulci animâ adspirans, gignitq; coquitq; v
cissim
Nunc hos, nunc illos : aliiq; subinde recentes
Succedunt, pyra nempe pyris, ac ficubus,
uvisq;
Uvæq; & ficus, post pomaq; poma senescunt.

Hæc, ait S. Martyr Justinus, *annon apertam Mosa de Paradiso narrationis imitationem declarant ?* Paræn. Orat. ad Gentes. Nec incredibile est e fuisse fœcunditatem ; quæ *in palma* quoq; quoda modo apparere dicitur, dum singulis mensib μίαν βάϊν *ramum unum* protrudit: unde Ægypt anni Hieroglyphicum fuit, Horapoll. l. 1. cap. Deniq; ligno hoc vitæ apud Ezechielem *Gratia ta* in militante Ecclesia; apud Johannem *Vita g riæ* in triumphante, indicatur : Christus utrob ipse; quia utraque ex ipso, ejusque plenitudi Alii vitæ utriusq; subjectum Electos & fideles cipiunt. Non malè Maldonatus in Ezech. *Ap hæreticos & Philosophos omnia mortua : quia aq de Sanctuario egredientibus non irrigantur, id e Scripturis ex Ecclesiæ sensu expositis* (scil. secund fidei Catholicæ ἀναλογίαν) *non utuntur : ideò v ba habent, Spiritum non habent.* Johan. 6. v. 1. Cor. 4. v. 20. Quod hoc sensu accipimus, retorquemus. Maneamus plantati in ipso flumin extra mors regnat. Sed in viam.

13. Præcipua disputatio est 6. *de efficacia*
vir

rtute, à qua nomen; ut *Arbor Vitæ*, hoc eſt, *vi-lis aut vivifica* diceretur. Quæritur 1. *an tan-m Sacramentaliter aut ſignotenus ita dicta fuerit?* uod nempè eſſe debuerit typus, Symbolum, Sa-amentumve immortalitatis, ſive vitæ gratiâ Dei ntinuandæ, & in æternam commutandæ? affir-at cum Calvino Ravanellius *in Arbore*. Nos ut pi rationem habuiſſe non negamus, de quo mox; : ſolam ſignificativam virtutem ex Geneſ. 3. v. 22. egamus. Ait enim diſertè Deus; ideò ſe expul-rum Paradiſo Adamum, *ne manum extendens, cipiat & comedat de fructu hujus arboris, & vi-at in æternum.* Quæ verba non de hominis lapſi lâ præſumptione & vana perſuaſione; ſed de i eventu, ex virtute hujus fructus, manifeſtè quuntur: futurum, ut ſi Adam comedat, in ternum vivat. Quæritur itaque *an fructus iſte tam æternam potuerit conferre?* id apertè vide-ır dicere Deus. Certum tamen eſt, homini rotoplaſto immortalitatem quandam, ſive po-ntiam non moriendi, fuiſſe concreatam, & ſuo ıodo naturalem. Certum ad plenam & bea-ım vitam æternam nullis naturæ viribus, ſed Dei ratiâ fuiſſe perducendum; hoc erat præmium romiſſum obedientiæ; quod colligitur è con-ario, ex comminatione illa: *morte morieris.* eneſ. 2. v. 17. additâ prohibitioni eſus de Arbore ientiæ.

Quod ſiquis vetitum præſumpſerit arbore po-mum,
Audax commiſſum mortis diſcrimine pendet:

Non

Non immensa loquor, facilis custodia recti!
Servator Vitam, mortem temerator habebit.

Sic bene Alcimus Avitus l. 1. v 320. Certum igitur *arboris hujus virtutem spectâsse continuatione vitæ illius animalis*, ad quam primus Adam fuerat primò creatus, 1. Corinth. 15. v. 45. Non igitur si Adam lapsus comedisset de illius fructu; ideò æternam illam spiritualem vitam consequutus fuisset: *mortem* tamen *naturalem, quâ corpus & anima divelluntur, effugisset:* Sed idem in morte spirituali hæsisset semper; & suo tempore incidisset quoque in æternam. Vitam ergò duxisset sempiternam, sed omnimodis miseram; & quæ mors potiùs quàm vita fuisset. Atque ita luisset à Deo intentatum inobedientiæ supplicium; nullumque percepisset ex temerario esu commodum; quin omne inposterum exclusisset remedium; *similis jam factus Diabolo, qui felicitatem perdidit, æternitatem non amisit, ut sit ejus infelicitas æterna, & infelix æternitas*, ut benè dixit Rupertus Tuitiensis. Et hinc jam patet, 3. *Cur è Paradiso exclusus fuerit ac custodia adhibita?* scilicet, non invidia Dei, sed misericordiâ, ne peccator perseveraret, malumq; ejus esset interminabile & immortale, ut ait S. Irenæus l. 3. cap. 37.

Pœna mori crudelis erat; sed vivere pejus;
Et vitæ mors meta datur, cùm fine malorum.
Magna Dei pietas semper qui temperat iras!

Dracontius in Hexaëm. v. 370.

14. Ex his respondetur quoque ad illa Problemata, 1. *an vis & efficacia fructuum hujus arboris fuerit*

erit super naturalis? 2. an verò naturalis? an Medicinalis? 3. an vitam conservârit reparando humidum radicale, & calidum nativum? 4. An post lapsum hæc fructibus efficacia manserit, aut adempta erit? Resp. breviter: Virtus illa *origine* fuit supernaturalis; *inhæsivè & effectivè* naturalis: *Medicinalis*, non ad curandum morbum; sed ad præservandum: sanitatem, quæ Protoplastis inerat naturâ, non dabat; sed conservabat, ut elelectis illa cœlestis Arbor vitæ, Apoc. 2. v. 7. & 22. v. 2. Itaq; *calidi* quoque *& humidi non supplebat defectum; sed augebat effectum.* Si quis morbus, aut defectus homini tùm accidere potuisset naturâ, citra peccati commissionem; fuisset ille in propinqua dispositione & potentia ad moriendum, atque adeò jam tùm mortalis naturâ, quod Pelagianum est. *Mansit autem hæc virtus etiam post lapsum, quoad effectum vitæ per se*; quod affirmavit Deus Gen. 3. v. 22. non tamen perierat, *quoad effectum vitæ talis*; nempe sanæ, lætæ, felicis, tranquillæ: quam Protoplasti justo Dei judicio amiserant, Gen. 3. v. 16. quæ privatio pars erat mortis intentatæ, Gen. 2. v. 17.

15. Quæritur etiam, 5. *An si semel comedissent tantùm Protoplasti de hoc fructu, morte naturali fuissent carituri?* Negant Scholastici & Pontificii recentiores: Ratio tamen eorum è Pelagii errore fluxit. Quia calor nativus eorum, continuâ actione in digerendis cibis aliis, fuerit debilitandus: quia fructus corruptibilis per se non potuerit conferre omnimodam incorruptibilitatem, sic Corn. à Lap.

à Lap. & alii. At affirmant Bellarminus & Patr
plerique omnes, & ut apparet Deus ipſe, l. c. Ge
3. v. 22. Rectiùs, ut puto. Nam neque fructus il
omnimodam & æternam in corruptibilitatem co
ferre debuit, ſed conſervare tantùm concreata
ad tempus, quousq; duraret vita animalis, & h
non per ſe ſimpliciter, ſed ex divino propoſit
ejusque beneficio & influxu. 6. *An ergò aliquan
guſtârint Protoplaſti?* Ante lapſum guſtaſſe, vol
probare Auguſtinus de peccat. merit. quod abſu
dum videatur, noluiſſe frui permiſſo Dei mune
Sed ex dictis conſtat, non guſtâſſe. Ad argume
tum ab abſurdo, neg. conſequentia Incertum e
*an cibum ullum comederint in Paradiſo, præter v
titum?* Quod verò Menochius putat, ignorâ
etiam, quæ eſſet arbor vitæ; Deus ipſe refuta
Gen. 3. l. ſæpius cit. Ignoti nulla cupido. Neq; a
ferendi appetitus ejus eſſe poteſt, quod ignorat
Objecta movent ſenſus. Deniq; ut deſinam, 7.
*diluvio, aut poſt lapſum cum tempore, evanuerit h
Arbor*; ſivè *an potiùs ſuperſit, ex ejusq; fructibus v
vant Henoch & Elias?* ex iis quæ de Paradiſo di
mus claret.

16. Supereſt ut *de Fine* non nihil addamus:
de Phyſico ex divina ordinatione, ſatis; *Typicus*
Myſticus fuit, ut eſſet memoriale vitæ naturali
Deo homini conceſſæ; pignusq; & figura eti
ſupernaturalis, gratioſæ ac glorioſæ, obedientib
donandæ. Hinc Typi illi Ezech. c. 47. Apoc. 2.
22. ll. cc. ut & dicta, Prov. 3. v. 18. & 11. v. 30. &
v. 12. & 15. v. 4. ubi Proverbialiter *Arbor vitæ* de
maxi

ximè ſalutari, Patres Chriſtum cum ſuis benefi-
s comparant: cujus ſtipes eſt crux; folia ſanita-
n afferentia Verbum; fructus ſacramenta &c.
de Hieron. Laureti Silvam.

17. *De Arbore ſcientiæ*, pauca reſtant, Duo enim
ecipuè quæri ſolent, 1. *de Specie*, 2. *de Fine*, *& inde*
mine. Cujus ſpeciei fuerit? ignoratur. *Ficum*
ſſe Veteres quidam crediderunt, ratione non
igni momenti; ex Gen. 3. v. 7. Alii *malum*,
Cant. 8. v. 5. & quidem vel Medicam, vel Auran-
m, vel etiam Vitem; aut ceraſum. Auguſtinus
e pomum protuliſſe putat, qualia in aliis arbori-
s innoxia jam ſenſiſſet Adam. Sed hoc ipſum
ertum eſt, ut dixi num. 15. Quæſt. 6. At Salia-
s contra *arborem planè fuiſſe ſingularem*, quod
Arbore Vitæ poſuimus, num. 11. Ratio ejus;
a unicæ arboris fructu interdictum fuit: etſi aliæ
ſent ejusdem ſpeciei, facilè eludi potuiſſet divina
hibitio, & tentatio ſathanæ vinci. Quæ tamen
oque non cogit aſſenſum. Potuit arbor illa, etſi
æ ſpeciei, fructu tamen & aliis accidentibus
: eximia. Neque rem magnam aut difficilem
us imperare voluit, ſed cujus obſervatio eſſet
lis, ut docet Chryſoſtomus & Alcimus Avit. ſu-
num. 13. Moſes deſcribit Gen. 3. v. 6. quod viſa
rit arbor 1. *bona ad cibum*, quod fructum ele-
tem & eſui aptum ferret, 2. *jucunda oculis*, vel,
n fontibus eſt, *deſiderium oculorum*; pulcherri-
fronde & fructu, ac planè præ cæteris inſignis;
od per epexegeſin illuſtrat, dum addit, 3. *ad-*
ctu delectabilis, ut Vulgat. Hebræi exponunt;

concupiscibilis ad intelligendum, id est, ad faciendi intelligere, ad comparandam prudentiam. Veri vox Hebræa *lehaskil*, hoc loco potiùs significat *co templari*, quod oculos contemplantium remora tur, ita Vatablus. Placuit tamen D. Luthero H bræorum expositio: daß ein lustiger Baum wä weil er klug machte. Sic quoque Tremell. quod *siderabilis ad habendum intelligentiam*. Ad rem rùm intereſt. Nam etſi per ſe adverteret conte plantis oculos & animum Evæ adſpectu;

Dîs tamen eſſe cupit ſimilis, ſerpitq; venenum
Ambitione nocens, ut habet Alcimus Avit. l.

Non igitur *appetitus Evæ* fames fuit naturalis; qu quam aſſentior Gennadio, Adamum & Evam ni ante prælibâſſe guſtu, in Catena Græca, & ap Novarin. in Moſe enucleato Gen. cap. 3. ſect. num. 207. ſed appetitus ſcientiæ vetitæ, & divi Majeſtatis, ex mendacio ſerpentis; cui credide magis quàm Deo Creatori. Hinc de eximia *pulch tudine* arboris hujus conſtat, *de ſpecie* nihil. In mala Aſſyriaca, Limonia dicta, genus quoddam e fructu rotundo, Aurantiis duplo aut triplo majo in cujus cortice fiſſuræ apparent, q. morſus veſ gia: hinc vulgò *poma Adami*; meminit Matthi lus in 1. Dioſcor. c. 131. & Dodonæus Pempt. 6. l. c. 2. At Græci & Judæi *Poma Muſæ Arboris*, Ada & Paradiſi vocant, quam alii inter palmas, alii int ficus cenſent, de quibus Matthiol. l. cit. cap. 12 ubi Bauhinus: Scaliger quoq; Exercit. 171. Garſi quoq; in Aromat. hiſt. l. 2. c. 10. ubi Cluſius in n tis. *Id in fructibus hiſce mirandum, quod in orbicu*

concu

ncisis, venas in singulis reperias, Crucifixi imaginem rinq; referentes, hæc ex Cotovico Nierembergius, Mirac. Natur. Terræ promissæ c. 99.

18. *De Nomine & cur scientiæ dicta fuerit?* Quæ-tur, 1. *an ab Eventu*, per Prolepsin, ita dicta fue-t? quod comesto ejus pomo experti sint Proto-asti, quantum boni amiserint, quantumq; mali traxerint? *An potius, quod vim aliquam, sive na-ralem, sive supernaturalem habuerit, acuendi inge-i & judicii*, ut putabat Josephus 1. Ἀρχαιολογίας, p. 2. Confer Ophitarum hæresin apud Epipha-um, 37. & Damascen. l. 2. cap. 11. Ergo 3. *an à fine destinatione Dei Creatoris*; qui eam ideò Proto-astis proposuit, ut objectum esset obedientiæ de-tæ & memoriale, quantum boni obedientibus, antumq; mali inobedientibus esset expectan-m? Nempè, ut vetus verbum habet, *obedientia ta, inobedientia Mors*, apud Casfiodorum in Va-s Resp. hoc certum esse: Deus enim ipse ante sum nomen hoc indidit, verbumq; Præcepti ad-dit, quod erat q. *matrix omnium postea Dei præ-ptorum*, ut ait Tertull. Hæc uti concio in statu in-centiæ, pro Bibliis fuisset: nec opus habuisse-us, papyro, atramento, calamis, & illâ infinitâ li-orum multitudine, quâ hodie indigemus, nec ta-en millesimam partem ejus Sapientiæ consequi-ur, quam Adam habuit in Paradiso; ita arbor illa isset q. Ecclesiæ, aut cætus publici, locus, ubi ad ntemplandum bonum malumq;, in Dei præ-pto propositum, stato tempore, die nempe Sab-thi, convenissemus, mentemq; ad obedientiam

& gloriam Dei excitassemus, *sic D. Lutherus*, v
Gen. 2. v. 17. Accessit pòst eventus tristissimus,
notitiâ experimentali luctuosissimus, quâ nu
quoq; intelligimus amissi boni, maliq; insec
magnitudinem. Hanc notitiam contulit arbo
illius pomum, *per accidens:* nec apertio illa ocu
rum effectus fuit pomi per se; sed perpetrati sce
ris, & conscientiæ jam evigilantis.

- Referantur lumina cordis,
Ac permixta bonis potuit doctrina malorum

Dracontius v. 352. & Alcimus Avitus, v. 275. [
plura.]

Tùm patuisse gemunt oculos; nam culpa rebe
Fulsit, & obscænos senserunt corpora motus.

De quo Interpp. ad Genes. 3. v. 7.
Atque hæc *de Arboribus Paradisiacis*, quàm fieri p
tuit, paucissimis, de quibus vel solis integrum j
stumq; volumen scribi posset. De illis nuperrin
aliquot disputationibus egit, Clariss. *Dn. D. Chem*
nitius, Jehnæ A. D. CIↃ. IↃ. CLVII. Quæ solæ
quam brevitas mea excitavit sitim, sedare poterun
Nunc pergamus.

CAPUT XLVI.

Arbores Sodomiticæ.

I. M*Are mortuum*, quod S. Scriptura voca
& campos circa quondam fertilissimo
nunc desertos exustosq;, ubi Pentapolis fuit, V
terum ac Recentium multi describunt. Inter al
miranda - *sceleris monumenta vetusti*, de arbor
bu

s hæc referunt: naſci illic aut nullas; aut fructu, ſpeciem quidem optimis ſimili, ſed ſi carpas, in lverem fædosq; vapores evanido. Teſtis 1. *Jo- bus* l. 5. de bello Jud. cap. 5. *Adhuc*, inquit, *divini is reliquias, oppidorumq; quinq; videre licet imagi- , & renaſcentes in fructibus cineres: qui colore qui- n ſunt edulibus ſimiles; carpentium verò manibus fumum diſſolvuntur & cinerem.*

2. Ab hoc puto acceperunt alii ut 2. *Tacitus* 5. tor. nam præfatus de lacu Aſphaltite; *haud pro- inde*, inquit, *campi, quos ferunt olim uberes, ma- sq; urbibus habitatos, fulminum jactu arſiſſe: & nere veſtigia, terramq; ſpecie torridam vim frugi- am perdidiſſe. Nam cuncta ſponte edita, aut manu , ſive herba tenus aut flore, ſeu ſolitam in ſpeciem levêre, atra & inania, velut in cinerem vaneſcunt*; e cætera.

3. Sic 3. Solinus: *longo ab Hieroſolymis receſſu tis ſinus panditur, quem de cœlo tactum teſtatur nus nigra & in cinerem ſoluta. Duo ibi oppida; domum nominatum alterum, alterum Gomor- m: apud quæ pomum gignitur, quod habeat ſpe- n licet maturitatis, mandi tamen non poteſt. m fuliginem intus favillaceam ambitio tantùm ima cutis cohibet: qua levi tactu preſsâ, fumum ex- at, & fatiſcit in vagum pulverem*, Polyhiſt. c. 38.

4. Ex noſtris, 4. ſolum audiamus Tertullianum m. de Sodoma:

Tota rogus regio eſt: hinc atro horrore favillæ,
Hincq; ſitu cano cineres incendia ſignant.
Nullus arat fruſtrà piceas fuligine glebas:
Semiperempta etiam ſi qua illic jugera, lætas

Autumni conantur opes, facile optima sese
Promittunt oculis, pyra persica, et omnia mala
Donec carpuntur: nam protinus indice tacti
Solvitur in cinerem, fit vana favillaq; pomum.

5. Lubet inquirere 1. An vera sit hæc histori 2. An aliquid de ea in S. Codice? 3. Quonam m do nascantur talia poma? *Dubitandi* rationem su peditat Diodorus Siculus l. 19. c. 108. qui refe *circa lacum istum infamem, bituminis odorem, c magno halitu, per multa stadia longè lateq; diffun accolis etiam ipsis pestiferum, quorum & corpora v letudinaria sint, & vita non diuturna: esse tamen p meta, quâ irrigui fontes & vivi regionem interlua* Brocardus; *terram per mediam dietam ferè st lem, ita ut ne germen quidem producat in sua latitu ne; quæ alibi quinq; alibi sex leucarum est: à dext & sinistris montes esse aridos & steriles, per multa rarum stadia, quousq; vapor ille exitialis, impelle vento possit pertingere*, P. 1. c. 7. n. 35. Equidem cre Scriptores post Josephum nonnulla de suo ad disse, quodq; ille de aliquo fructu dixit, ad omne g nus arborum transtulisse. *Tertullianum* excu Poëtarum privilegium. *Pyra, Persica & omnia ma* in sterili & exusto illo solo crevisse, neq; verisim est, & nemo observavit. Irriguis locis quibusd viridaria coli, nasciq; similes nostratibus herbas *Br cardus*, αὐτόπτης testatur, & *Bellonius*, inprimis Callirhöen Fontem Helisæi, cujus Plinius quoq meminit, vide Bellonii Obs. l. 2. c. 86. ubi *palm* ait, *ibi crescentes, non perducere dactylos suos ad pe fectam maturitatem.* Idem in Arabiæ desertis ref

e conſpectas *frequentes laniger as arbores*, quarum
ıctus lanâ pleni ſint, *à goſſipio*, diverſa, l. eod. c. 60.
ſephum tamen falſa prodidiſſe non autumo.

6. Meminit fructuum Sodomiticorum *Sapientiæ*
itor c. 10. v. 7. ubi inter divina teſtimonia vin-
ctæ, in Sodomitas exercitæ, ponit ἀτελέσιν ὥραις
ρποφοροῦντα φυτά. Vulgatus vertit: *arbores incerto*
mpore fructus habentes. Janſenius: *imperfectâ*
aturitate fructificantes: Corn. à Lap. *quæ produ-*
nt fructus imperfectos, nec dum plenè formatos, qui
nquam ad maturitatem perveniant: Sic D. Luth.
äume die unreiffe Früchte tragen: Quod cum
llonii obſervatione convenit: At Tremellius:
ntas inutili pulchritudine ferentes fructum; quod
m narratione Joſephi. Sic exponit Lorinus. Sic
ρα non tantùm καιρὸς, verum etiam κάλλ☉, εὐμορ-
α, apud Heſychium. Et puto hoc voluiſſe Philo-
em Sapientiæ ſcriptorem. Meminit *vitium Sodo-*
iticarum etiam ipſe Moſes, quarum *botri amari*
erint & venenati, Deut. 32. v. 32. 33. de quibus ſuo
co. Ex his certum, in damnato iſto ſolo, alicubi
pertos aliquando fructus aliquos, guſtus damnati,
qui neq; ſano ſucco eſſent, neq; ad maturitatem
rcocto.

7. Potuiſſe eos fructus Solis ardore, ſoliq; pravo
genio, & halitu vicini lacus venenoſo corrumpi,
ırari, lapideſcere, aut *fungorum inſtar* cinere re-
eri, nemo negaverit. Sic *Coralia inſito ſalis ſpiritu*
pideſcunt, ut nonnulla partim lignea partim lapi-
a viſantur: & *radices marinarum arborum*, quæ
onnumquam ventis agitato mari ad litora expel-

 luntur.

luntur, *coraliorum in modum durescunt, variis & a* *mirandis, figuris insignes*, ut refert Joh. de Mey in Physiol. P. 2. p. 119. Confer quæ de *Uxore Lothi* xi in Salariam statuam mutata Vol. 1. S. Anal. *In tore maris rubri nasci quiddam Virgulti, junco ni simile, quod evulsum rigescens ferro durius evada Isidis capillum dici ab accolis, refert Agatharchides* Excerpt. Photii cap. 53. Credo esse *coralium nigru* de quo Plinius l. 32. cap. 2. Vide quæ *de fructib quibusdam Arabicis, quibus pro fomite uti mos sit*, Inthaleri Hodæpor. attuli in Acerra Philolog. l. num. 75. In tales fungos abire quosdam ad mare h mortuum fructus, reor; quales sunt illi *orbicula* apud Dodonæum Pempt. 3. lib. 5. cap. 22. & illi qu in sabuletis Hollandiæ nasci describit Hadr. Juni in Batav. cap. 15. extr. Hollandi Ungerseyern; ip *Dæmonum ova*, & *Phallos*, quod ex iis Viriliu quoddam rudimentum erumpat, nominant. Sod mæis pomis his mundana hæc caduca, & inprim bona non renatorum, aut hypocritarum, in spe ciem opera comparantur, ut in Acerra l. cit.

CAPUT XLVII.

De Lucis & Sacris Nemoribus.

I. QUemadmodum Deus ipse in Paradiso, a publicum Religionis exercitium, *duas Ar bores* dedicaverat, de quibus paulo antè; ita veri simile est, inde ductâ consuetudine, sub opacis & patulis arboribus, primam hominum progenien sacra sua celebrare solitam. Hinc posteâ *aræ* in lucis & *nemora sacra* circa fana & delubra. *Primus* plan

tâsse

ffe legitur *Abrahamus*, suprà cap. 1. num. 2. Neque
splicuit Deo, res per se indifferens. Abusus fecit,
legibus exscindi juberet, vetaretq; sibi fieri. Au-
emus 1. varia testimonia, 2. nonnihil distinctius
lucis dicemus. Scripsit de iis ex Profanis scripto-
ous *Benedictus Curtius Symphorianus*, Hortorum
. 3. & 4. &c. laudatus Stukio de Sacrificiis, p. 103.
ihi videre non contigit.

2. Exod. 34. v. 13. Deut. 7. v. 5. & 12. v. 3. Se-
ò mandat Deus Israëlitis, ut Cananæorum regione
titi, non tantum *lucos eorum exscindant*; sed
am *aras & statuas*, Ihre Seulen D. Luth. &
lptilia, Deorum simulachra, *evertant*, destruant,
nterant, igneq; comburant. *Perdendo*, inquit,
rdetis, funditus subvertetis, *omnia loca, in quibus*
entes, quas sub ditioem Vestram redigetis, *servie-
nt diis suis*; Ubi? *super excelsos montes & colles, &
o omni viridi arbore*. Quonam modo? *Sacrifican-
super altaria, dedicando columnas* & monumenta
emoriæ beneficiorum, *& Deorum simulachra*,
ibus sacri essent luci. Quibus cum Cerimoniis?
æ summam spirarent impietatem & impuritiam,
Exod. 34. v. 15. Ubi *de conviviis sacrificalibus* in
cis celebratis. Quæ omnia, quoniam ad hunc lo-
m nō pertinent, obiter tantùm observare sufficit.

3. Odio istius tàm fœdæ superstitionis, *vetuit
eus*, quod prius licitum erat, *Lucum sibi condi.
on plantabis tibi* אשרה *Aschera, lucum* à loci
nœnitate & beatite dictum, *omnem arborem, ad
are Domini Dei tui*, Deut. 16. v. 21. *Causas* inter-
cti recenset Philo l. 2. de Monarchia; 1. Quia

verum templum non amœnitates postulat, sed severi castimoniam: 2. quia *non est fas importare*, quæ virorem arborum faciunt, *lætamina* honestè dic 3. Quia *silvestrium arboum nullus est usus*, cùm s - telluris inutile pondus; *mites & fructiferæ p rùm catos & cordatos a religione facilè abstrahere* 4. Quia *condensa illa arborum & latibula malefi conveniunt; ex latebris securitatem captantibus, insidiarum occasionem.* Pietas gaudet conspici, & Quæ postrema inprimis placet. Obscurum & sac horrore plenum locum gentilium Δεισιδαιμοι poscebat: *Quo posses viso dicere, Numen inest!* Ne alium peccandi in lucis licentia, de qua mox. Ita sp rabant se impunè exuere pudorem posse, *frustrari* si non *solis & justitiæ*, tamen hominum *oculos*. Eâde causâ in N. T. indecorum, orare capite velato & o voluto, de quo dixi vol. 1. S. Anal p. 40. Tropolog cum est, quod habet Gregorius M. in præf. Moral. c. *Per sacra eloquia, ab eorum tractatoribus, in fructuo loquacitatis levitas studiosè compescitur, dum in Tem plo nemus plantari prohibetur.* Ita Phocion Leosthen orationes dixit *cupressis similes esse:* quæ cum proc ræ & pulchræ sint, fructum tamen nullum adferan

4. Inde posteà sæpè reprehensi Israëlitæ, quod a arbores umbrosas, & lucos, & חמנים *Chamanim* respexerint, id est, *ad statuas subdiales*, ut Buxt. i Lex. *vel ad loca subdialia*, aprica, soli exposita, qua lia in tectis, ubi militiam cœli adorabant, Esai. v. 29. & 17. v. 8. *quodq; incalescerent* æstu superstitic nis, & œstro Deorum suorum perciti, in der Brun zu den Götzen lauffen / D. Luth. *sub omni ligno fron* *deso*

oso; *liberos etiam suos immolantes ad torrentes, sub eminentibus petris*, unter den Felsenklippen / Esa. 57. v. 5. 7. quod lucos sibi facerent ad irritandum Dominum 1. Reg. 14. v. 15. 23. admissisq; *effœminatis*, omnibus studerent gentium abominationibus, ibid. 5. *Locus de his apud Oseam* c. 4. v. 12. insignis est: *populus meus*, ad exaggerationem sceleris, Jer. 2. v. 10. 3. cùm & Deum habeat tàm propinquum, Deut. 4. v. 7. & tot Prophetas, Ose. 12. v. 11. & oraculum *Urim ac Thummim*, ipsamq; Dei legem; *consulit lignum suum*, ad ἐξυθενισμόν: lignum, è quo baculum gestat, interrogat, *cæcorum more, quos baculus viam docet, quâ eundum sit*, R. Kimhi: Quidam de ξυλομαντεία interpretantur: sed *de Teraphim* accipiunt pleriq;, sive de imaginibus oracula edentibus, de quibus Seldenus de Diis Syris, & ego nuper *in Exercitat. Famil. de Zoroastre & Trismegisto*. In *verticibus montium sacrificant*, Nat. Com. 1. Mythol. c. 7. *& in collibus thymiamata sua accendunt: ubicunq; erant arbores densæ*, gratæ umbrâ suâ, nempè sub אלון *Allon*, quercu, alno, Avenar, & לבנה *Libne*, populo albâ, quæ Græcis quoq; λεύκη, Lutherus habet, Linden: & אלה *Elah*, ilice, terebintho, ulmo, Buchen / D. Luth. de quibus suo loco. Hæc umbracula quærunt propter φιλοϐρκίας ἀφορμὴν, Cyrill. in Os. l. c. *ut sine pudore ullo separentur ad fœdas libidines cum meretricibus*, Beelphegoris, Priapi, Sacerdotibus, *quem fœminæ maximè colebant propter obscœni magnitudinem*, Hier. 1. Reg. 14. v. 24. & 15. v. 12. 13. 2. Paral. 15. v. 16. & cum *effœminatis*; quales erant *Galli Cybelles* & *Deæ Syriæ evirati*; *in omnem mollitiem adsuefacti*,

facti, qui cum cymbalis & fœmineis ululatibus c cumcursitabant, faces gestantes, Cyrill. h. l. *sacrifice* id est, *comedant & bibant de sacrificiis*, Chald. *ac v luptuentur*. Ita Idololatria sæpè mœchiæ occasione subministrat. *Sciunt luci & montes & vivæ aqu ipsaq; in urbibus templa, quantum ea evertendæ pu citiæ procuret!* Tertull. de Pudic. c. 5.

6. Hinc infames *Achab & Manasses*, quod in op probrium veri Dei, gentilium idolomaniæ æmu Templa, Excelsa, arasq; & lucos extruxerint Baal 2. Reg. 21. v. 3. & 1. Reg. 16. v. 33. 2. Paralip. 33. 3. 19. Laudantur contrà, qui destruxerunt, *Gedeo* Judic. 6. v. 25. *Asa*, 2. Chron. 14. v. 3. 5. & 1. Reg 15. v. 13. *Josaphat* 2. Paralipom. 17. v. 6. & 19. v. *Ezechias*, 2. Reg. 18. v. 4. 2. Paralip. 31. v. 1. *Josia* 2. Reg. 23. v. 6. 14. & 2. Paralip. 34. v. 3. 7. Quibu locis, quæ lucis connexa fuerint Idololatriæ Instru menta, variusq; apparatus, diserte describitur. Mitt plura. Ex his quid qualesve luci fuerint? apparet.

7. *Nomina* Hebræa jam dixi. Græcis τὰ ἄλση quod, ut Eusthatius putat, *sponte ibi arbusta q. exi liant*. & τεμένη *agri separati*, dicuntur, Latinè *luc à collucendo*, non per Antiphrasin. Nam etsi lucem excluderent, cœlumq; submoverent densitate ramorum, *ut secretum loci, & horror umbræ, fidem faceret præsentis Numinis*, Seneca epist. 41. quomodo etiam *siquis specus, non manu factus, saxis penitùs exesis montem suspenderit, animum quadam religionis suspicione percutit*, ibid. ut Esai. 57. v. 5. tamen sacro igne & lucernis votivis ad arbores appensis collustrabantur. Crebra enim - *fumificas arbor vittata*

lucer-

cernas servabat, ut Prudent. 2. adv. Symmach. v. 50. Ita enim *vittis, picturatisq; tæniis veternosas ar-res ornare, lanarum velleribus stipitem circumvol-re, violaceis coronis redimire ramusculos solebant*, nob. l. 1. p. 22. & 5. p. 167. edit. nuperæ, &c.

8. *Origo*, ut dixi, à Deo, qui Paradisum, sacrum mus, condidit, Adamum æditimum, τȣ̃ ταμένȣς οἱςῶ, constituit, Arboremq; scientiæ ne viola-, ut *Sanctivam*, vetuit. *Nam si quis vel folium decer-et è luco, ad profanam usum, aut è ramusculo confi-et scipionem, profanaverat eum*, ut Amicus meus, eleberrimi *Dn. Sauberti* filius, docuit è Maimoni-, de Sacrif. cap. 14. pag. 327. Hinc sacræ Patriarchis *uercus*, de quibus suo loco, luciq; religioni dicati, opter secretum, solitudinem, silentium, & um-am, quæ meditantibus aptè conveniunt, vide quæ Plinii Epist. dixi Atrii cap. 69. num. 1075.

9. Hinc *ad omnes ferè Gentes* veneratio arborum aemorum processit: Hæc fuêre quondam *Numi-m templa*, Plinius lib. 12. cap. 1. De lucis Ægyptio-n vide *Kircherum*, *in Oedipi Templo Isiaco* Syn-m. 4. pag. 313. de Germanorum *Tacitum in Ger-n. & Schedium* de Diis German. Syntagm. 2. cap. & 24. *de Romanorum* Curtium & Stuck. ll. cit.

10. Sed Diabolus, qui in primo Nemore jam se-xerat Protoplastos, solitis fraudibus effecit, ut re-o cesserit in abominandam superstitionem. Nam *Objectum cultus*, in lucis fuêre Dii, *Cacodæmones*, ales in S. Literis Baal, Astarte, Miphlézet &c. 1. g. 11. v. 6. & 15. v. 13. & 16. v. 32. Deinde etiam *rorum animæ*, lares viales, piorum manes, ut Cic. 2.

de

de Legib. & Virgil. 6. Æn. v. 673. ubi Lacerda. Na
mortuorum sepulchra erant sub arboribus, lucis
circumsepta, Idem ibid. ut Gen. 35. v. 8. quale nobi
non procul Gambrone, in sinu Persico, sub Indica fic
quæ sola silvam facere solet; Acerræ Philolog. l.
num. 80. 81. describit *Mandelslo* l. 1. Itin. Orien
cap. 7. Quæ superstitio eò spectabat, ut Manes luc
Deorum habitantes, ipsorum fruerentur comme
cio, de quo dixi, volum. 1. S. Analect. l. 1. cap. 1
pag. 22. Cùm *impiorum cadavera* aversari crederei
tur Dii, quibus illatis luci polluebantur, de quo mo
Deniq; *ipsæ arbores* tanquam præsentia Numir
adoratæ; *quod certis precibus cœlestes Deos addu
posse persuasum esset, ut in*, suo cujusq; Numini, *cogn
tis, occultâ Sympathiâ, arboribus, inhabitarent, suis
cultoribus oracula ederent, & divina immitter
somnia*, R. Moses Maimon. in More Nebuch. p.
cap. 29. Hinc *Hamadryades* in Quercubus, Ovid.
Metam. Fab. 13. *Ulmus & Quercus* exili ac mulieb
voce salutabant Apollonium Tyanæum, Euseb. i
Hierocl. confut. lib. 8. *Quercus vocales Dodonæi or
culi*, apud Alex. ab Alex. lib. 6. cap. & ibid. Tiraque
Arbores quoq; locutæ, Tarquinio pulso, inter prod
gia referuntur, Plinius lib. 17. cap. 25. Sic puto opt
mè accipi posse, quod ex Oseæ 4. adduximus mod
num. 5. *De populo Dei consulente lignum suum*: si
quod responsa petentibus dederint arbores: si
quod in lucis dormientibus somnia immiserint, c
quo more *captandi somnia*, Aristophanes in Plut
Plaut. in Curcul. act. 2. sc. 1. innumeri. Vides in
mensum patere dicendi campum; Sed decurre
non libet hic.

11. Id tamen omittere non possum, ex hac super-
tione, aliis Diis, Planetarum Præsidibus, propter
cultam naturæ cognationem & συμπάθειαν,
ias consecratas fuisse arbores. Nam ut Phœdrus
b. 56. breviter

- *Quercus Jovi*, ut Ela Baali.
Et Myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea,
Pirus Cybellæ, Populus celsa Herculi.

ei notissimæ non immoror. Neque fas fuit, de
uocunque obvio ligno accendere ignem sacrum,
ut comburere sacrificia. Hinc certi *Lignatores*
l ministerium templi; & *Xylophoria* festum, Jo-
æ 9. v. 29. Nehem. 10. v. 34. 1. Reg. 18. v. 23. &
qq. Confer *J. Saubertum de sacrif.* cap 16. pag. 360.
ircherum Oedip. Syntag. 3. cap. 10. Nat. Com.
b. 1. Mythol. cap. 10, &c.

12. Progredior 2. *ad Cerimonias* hujus cultus,
uas infandas & ab omni honestate, rectaque ra-
one, alienas dixi, ex Ose. 4. vide 2. Reg. 17. v. 10.
6. ubi præter nota Idololatrarum facinora *Magi-
æ*; *Divinatoriæ*, aliæq; infames artes, memoran-
ur. *Venus omnis*, etiam contra naturam, permissa,
olutabantur, ex utroque sexu, cum Prophetis lu-
orum, cum sacerdotibus *Camarim* dictis, cum
Gallis semiviris; eò pertinebant *domunculæ luco-
um*, à fœminis textæ, 2. Reg. 23. v. 7. de quibus
Volum. 2. S. Analect. l. 2. capp. 27. 28. 29. Quo
ultu ipsas arbores prosequerentur jam dixi num. 7.
ta de Quercu in luco Cereali Ovid. 8.

- *Vittæ mediam, memoresq; tabellæ,*
Sertaq; cingebant, voti argumenta potentis.

Laciniæ

Laciniæ auro literatæ ramis arborum suffixæ, quæ ci gratia facti, nomen Deæ, cui fuerant dicata ea don testabantur, Apul. 6. post princip. De altarium st tuarum, simulachrorum in lucis multitudine, n. 2. Reg. 25. v. 4. & seqq. 2. Chron. 23. v. 17. & 2 v. 18. & 34. v. 4. cùm etiam *Barbaræ Gentes quæda lucos colerent sine ullis simulachris*; *Celtæ, Persæ, R mani diu instituto Numæ*, &c. Schedius l. cit. p. 34 Sed ex Ægypto traduxerunt Israëlitæ hanc insania ut Exod. 32. & jam antè è Chaldæa & Syria, Gen. v. 4. Unde etiam illa, quæ dicuntur, *excelsa* in mo tibus & collibus, quorum toties mentio in S. Liter de quibus Sigonius 2. de Rep. Hebr. c. 4 fueru fana & aræ in verticibus montium; במות *Bam* dicebantur, unde *βωμοὶ* aræ. Pro his erant *Py mides* Ægyptiis, de quibus Lucanus:

Votaq; Pyramidum celsas solvuntur ad aras.

13. Denique, ut absolvam, *ferro temerabantur* succiderentur, Ovid. l. 8. cit. Inde superstitio, neq; profana *silva conlucaretur*, id est, *abscissis ram spoliaretur ad inducendum lumen, nisi piaculo fa venia posceretur Deorum*, ut ex Festo docet Scalig & preces conceptæ *apud Catonem* clarè indicant, *re Rust*. Quare succidi Deus jussit, n. 2. *delatiq; in cum profanum*, ut Hierosolymis erat *Tophet*, in va Cedron; ubi sepulchra pauperis popelli, combu bantur luci, & cinis spargebatur super ea vulgi pulchra, quod erat profanationis extremum, 2. Re 23. v. 6. ubi Sanctius: ibidem, leges, *ossa mortuoru inhumata in lucis projecta*, ad abominationem, l ciq; contaminationem; eademq; in aris combu

eâd

idem de causa. Sed jam tempus ex luco hoc digre- ad alia. Nam si, quæ huc pertinent, exsequi vel- m, oblitus viderer tituli hujus libelli.

CAPUT XLVIII.

De Arboribus Hortensibus.

DE *hortis* tractatio ad S. Geoponica spectat. Dicam tamen pauca *de Salomoniis*: de qui- ıs Regum sapientissimus Eccles. 2. v. 5. & 6. *Feci rtos & pomaria, & consevi ea cuncti generis arbo- bus: & exstruxi mihi piscinas aquarum, ut irriga- m silvam lignorum germinantium.* Consideremus rcumstantias, quàm fieri potest brevissimè.

2. *Quis?* Salomo, Rex sui ævi sapientiâ & divi- is omnibus antistans, sine pari. Regum enim hæc iquando cura fuit. Celeberrimi olim *Hesperidum*, Regum *Adonidis ac Alcinoi*, itemq; pensiles, sive los *Semiramis*, sive *Cyrus* fecit: Romani quoq; eges ipsi coluêre, Plin. l. 19. c. 4. qui & quercus *b Hercule* satas refert, & Platanos manu *Agamemno- is*, l. 16. c. 44. plura ad h. l. Corn. à Lap. & Sten- el. in Hortensio c. 8. sed & illud memorabile, & ad ignitatem rei pertinens, *ex Hortulanis evasisse Re- s*, sic cùm in Assyriâ Semiramideæ stirpis successio efecisset, *Belitaras, hortorum Regiorum curator & nsitor, imperium sibi vindicavit, suoq; generi insevit*, gathias l. 2. ex Bione & Alex. Polyhist. *De Ab- olomino* Sidoniorum Rege notissima ex Diodoro, Plutarcho, Curtio, & Justino historia est. Sic *Thar- ius Amphias* ex hortulano potens evasit, Macrobius 7. Saturn. c. 3. & *Primislaus* ex Rustico Dux Bohe-

morum, Æneas Sylvius c. 6. Hist. Bohem. &c. Mit
hortos à sapientibus cultos. Urbanos primus insti
tuit, *Epicurus* Athenis, teste Plinio: sed pergami

3. *Quid?* plantavisse dicit se omnis generis arbo
res. Quasnam? ex cantico constare potest, in prim
c. 4. v. 12. & seqq. ac c. 5 v. 1. & est de hortensibi
locus Joël. 1. v. 12. *Verisimile est Salomonem frutic
& arbores, ex Arabia, Ægypto, India, totoq; orbe co
quisitas, in suos Hierosolymitanos Paradisos transm
lisse*, ait Corn. à Lap. ut *Balsamum* è Sabæa Regin
hospitis munus, Josephus l. 8. c. 2. Sed, ut è vicin
Arabia plantas translatas non negaverim, & Liba
gloriam migrâsse Hierosolymam, ex 2. Paralipom
9. v. 27. & Cant. 4. v. 14. patet; ita quas stirpes e
reliquo universo orbe conquisitas putet Corneliu
non intelligo. Pleraq; aromata Arabiæ propria fuis
se veteres statuebant: thus, myrrham, Cassiam, Cin
namomum, Costum, calamum, σχῖνον sive Lent
scum, undè mastyche, & id genus, Herodotus l.
Diodorus Siculus l. 2. c. 49. & l. 3. c. 46. ut Melan
Strabonem, Theophrastum, Plinium, Solinum ta
ceam. Agatharchides de mari rubro c. 50. apu
Photium refert, *ad ipsas litorum crepidines largè nas
balsamum & viridem Cassiam: in mediterraneis fre
quentes & magnas esse silvas, refertas proceris arbori
bus myrrhæ ac thuris, nec non Cinnamomi & palmæ
& calami: odorum copiam minuere voluptatem &
parere fastidium morbosq; quibus mederi mos sit in
censo bitumine & hirci barbâ: ita recreari ægrotos*
Tal a Hierosolymam allata à Regina Sabæorun
constat, 1. Reg. 10. v. 10. crevisseq; in hortis Regiis
c

Cantici II. cit. Quædam tamen inter Palestinæ do-
;,& fructus optimos jam olim fuisse, patet ex Gen,
.v. 11 de quibus suo loco, si Deus volet, ubi de A-
matibus. *Syrorum* hodiernorum *horti* præter ole-
de quibus proverbium vetus est, *multa sunt Syro-
m olera*, variis consiti sunt arboribus, palmis, mo-
,malis inprimis Punicis, Citreis, sive Medicis, Co-
neis aut Cydoniis, Sebestis, quas Myxas vocant;
rsicis, Amygdalis, Pistaciis & aliis: frequentissi-
e oleæ, & ficus, passim Sycomori, nec rara Musa
bor, ut Rhauwolff testis est Itinerarii l. 1. c. 2. 4. 6.
ilias, ut & Bellonius l 2. obs. passim: ubi frequen-
quoq; esse arbores, & sponte natas, Balanos My-
sicas, Myrobalanon, ferentes, c. 61. & Oenoplias
e Napecas, c. 79. Item terebinthos, lentiscos, sac-
ariferas arundines, quas nonnemo *favos cum mel-
lici* Cant. 5. v. 1. autumat, ut h. l. Eccl. 2. Corn. à Lap.
as Syri hodierni, inprimis Turcæ, libenter man-
nt & in deliciis habent, ut Rhauwolff testatur.

4. *Ubi?* in Hortis & pomariis, in quibus *piscinæ*
tructæ erant ad irrigandum. Horti dicuntur גנות
nnoth, à protegendo, unde *Magen* scutum; solent
im defendi sepibus, vivis & structilibus; & ex
roq; genere septi vineæ, tutandi causâ, ut Esai. 5.
2. *Vide Atrium de hortis* num. 435. Vivæ sepes ho-
è adhuc crebræ in Syria, quæ Rhamno, Halymo,
liuro, Oxyacanthâ, Phyllireâ, Lycio, & quodam
mili ac agresti genere mali punicæ palmæq; quod
hamærriphes vocant, constare solent, ut Bellonius
Rhauwolff referunt, Vide illius observ. l. 2. c. 78.
88. ubi *de corona Domini spinea*. Pomaria Hebrai-

cè sunt *Paradisi:* Vulgatus interpres à potiori d
nominavit; nam non solas fructiferas arbores à S
lomone plantatas, verùm etiam alias, umbrâ, aut v
nustate gratas, docet Cornel. à Lap. Piscinæ voca
tur ברכות *Brechoth à benedictione* & affluenti
Teyche: quibus in arido & exsucco solo opus er
Ita Semiramis in columnâ: *Terram sterilem, ἄκαρπ
reddidi fœcundam; fluviis enim meis eam tempera
apud Polyenum* l. 8. strategem. ubi autem fuerint
horti Salomonis? vide h. l. Corn. à Lap. Adrichoi
in descr. Hierosolymæ num. 159. 160. & 189. & co
sidera loca scripturæ, Cant. 4. v. 12. & 6. v. 1. 10.
Reg. 25. v. 4. Jerem. 39. v. 4. & 52. v. 7. ex quibus co
ligitur, partim in urbe, partim in suburbanis fuiss

5. *Quibus auxiliis?* regiâ manu consitas ist
plantas, meritò creditur. Quanquàm, quod quis p
alium fecit, ipse quoq; rectè fecisse dicatur. In Ta
gum h. l. impia sententia est: *plantavi hortos irr
guos & amœnitatis plenissima viridaria*, &c. *addi
herbas odoratas, & arbores aromata ferentes, quas
me Dæmones & Angeli nocentes ex India attuleren*
Hæc meritò ex Bibliis Regiis resecta ait Corn.
Lap. quod fabulosa & indigna continent, quasi Sa
lomo, arte Magicâ usus, per Dæmones plantas acce
perit, ex peregrinis regionibus. Sed cur non simili
ex *legendis Aureis* resecantur, ut de *Theodoro Episc
po Sedunensi; qui Dæmonum operâ, unam magna
Campanam Româ in Alpes Helvetias transtulit*; D
Wolffgango Episcopo Ratisbonensi, qui eâde
Monasterium in Bavaria condiderit, &c. & quæ
Salomonicis Magicis adjurationibus in histori

Scholasti

holaſtica leguntur? Vide Felicem Malleolum de
orciſmis, Tom. 2. Mallei Maleficant. p.392. &
7. Talia populo publicitùs venduntur, & in ſug-
ſtu narrantur, non ſine colore; *eò usq; proficere*
ſe viros Catholicos, ut ipſis Cacodæmones obedire co-
ntur. Sed in viam:

6. *Cur?* Voluptatis & utilitatis gratiâ:
Oblectat hortus, advocat, paſcit, tenet,
Animoq; mœſto demit angores graves.

nc Salomonis Sapientia 1. Reg. 4. v. 33. Sapient. 7.
20. & notitia vanitatis, Eccl. 2. v. 11. Quò pertinent
pulchra in hortis, Joh. 19. v. 51. Quæq; alia aliis di-
nda nunc relinquo, confer, quæ de hortis dixi o-
n in cap. 1. Joëlis, & in Atrio l. cit. Addo breviter
od ſuper eſt *quomodo?* Conſeviſſe dicit ſe & plan-
ſe. Modi *inſitionis* varii ſunt, de quibus ex Jaco-
1. v. 21. dixi in Tab. Oeconom. de Chriſt. officiis,
in Paradigmat. Concion. Exemplo 56. collecta-
a edidit *Mizoldus* in ſuo *de inſitione* libello.
uando? ante lapſum condidit Salomo: poſt in-
tu neglectorum hortorum, reſipuit, Prov. 24.
30. - *Quæ te dementia cepit? ſemiputata tibi*
ndoſa vitis in ulmo pendet, &c. Sed de hortis, ut
i, alius ſcribendi locus eſt.

CAPUT XLIX. ET ULTIMUM.

Multiplex Arborum differentia.

DIfferunt, in S. Literis, 1. *ratione Quantita-*
tis; ſunt enim aliæ *parvæ*, pumulæ; arbus-
læ, item Virgulta, & frutices: aliæ *magnæ*, proce-
, patulæ, quales dici ſolent *arbores Dei*, Pſalm. 104.

 v. 16.

v. 16. usitato Hebraismo, quo omnia excellenti[...] rè κατ' ἐξοχὴν Dei dicuntur: sivè quod singul[...] ter à Deo plantatæ, Num. 24. v. 6. sive quod [...] consecrandæ viderentur, ut *Sanctiva*. A[...] Ezechielem locus est c. 17. v. 24. *Scient omnia li[...] regionis*, omnes inquam gentes nationesq; *quia [...] Dominus humiliavi arborem sublimem*, excelsa[...] qualis sibi videbatur superba domus Regni Ju[...] *& exaltavi humilem*, domum Messiæ, cujus regn[...] à parvis initiis ortum orbem terrarum obtinuit: Parabolam *de grano Sinapi* interpretantur PP. ut Hieronymus, Matth. 13. v. 31. Esai. 52. v. 13. & 53. [...] *Sequitur superbos ultor a tergo Deus*. Sequitur sup[...] biam *ruina*, Prov. 16. v. 18. כשלון *Kisschalon lap[...]* in fontibus est: q. d. sequitur Nemesis שיל[...] *Becasschil cum bipenni*, quâ altas & infrugiferas [...] bores succidit; ut Dan. 4. v. 11. Matth. 3. v. [...] Quidam locum istum Ezechielis referunt, *ad J[...] daorum in Secundo Domini adventu restitutione[...]* de quâ interpretantur, quod habet Apostolus Ro[...] 11. v. 25. Sed *Judaicè*, ut rectè censuit Hierony[...] in Comment. Ezech. l. cit.

2. In magnis densisq; arboribus *nidificare* dicu[...] tur *aves*, ut Dan. 4. l. cit. de quibus singulare Dei pr[...] ceptum, hic non prætereundum: *Nidum si quis [...] arbore repererit, matrem cum pullis ne tollat*, Deute[...] 22. v. 6. Φιλανθρωπίαν commendat Deus, *ut ibi notat Theodoret.* & moderatum amicorum usum *ut D. Lutherus*. Nostri dicunt proverbio; *non e[...] auferendum vitulum cum vacca: Equum volunt[...] rium non nimis esse fatigandum*. Sic Phocylides:

Ne vi[...]

Ne volucres capto simul omnes accipe nido;
Sed matrem linquas, pullos habiture deinceps.

:ab istâ immanitate & ingratitudine avocet, addit
omissionem vitæ præsentis & futuræ, *vide in Deu-*
on. l. c. D. Pelargi Comm. & Zehner. Cent. 4.
dag. 7. ac Cent. 5. Adag. 30.

3. Differunt 2. *ratione Qualitatis*; sunt enim aliæ
eciosæ, præstantes, vivaces, annosæ, virentes, non
utrescentes: aliæ *viles*, brevis ævi, &c. Sic apud
zechielem loco modò citato num. 1. cap. 17. v. 24.
eus est qui arefecit lignum viride & frondere facit
idum, ut Virgam Aaronis amygdalinam, Num.
. v. 8. Vaticinium, ut explicavimus, & typus de
hristi æterno & Regno & Sacerdotio. Arescunt
bitò arbores virentes, *maligno*, ut ajunt, *afflatu*
lere: undè *siderari* dicuntur, ut sub ortum Canis,
: siccitatum vapore, novellæ inprimis arbores,
lin. 17. c. 24. Remedium affert Autor Geoponic.
10. Αστροπλῆγα δένδρα μύρῳ ποτιζόμενα ἀναζήσει,
iderata arbores unguento inebriatæ reviviscunt. Ita
ei *ira* repentè impios, quanquàm potentiâ flo-
entes, exurit; *gratia* pios, quamlibet dejectos &
esuccos, recreat. Ita *sideratio* per metaphoram
iam ad homines, & animalia, quin & ad alia trans-
ertur. Undè Martialis:

Sidere percussa est subitò tibi, Zoile, lingua.

nilco exercitum repentè pestilentis sideris vi amisit,
ustinus. *Animos juvenum, ad magna surgentes, pesti-*
nti quodam sidere afflavit, Petron. *Hoc sunt lapsis,*
uod grando frugibus, quod turbidum sidus arboribus,
uod armẽtis pestilens vastitas, ait Cypr. de Lapsis &c.

4. Apud Esaiam consolatur Deus *Eunuchos*, post hac dicant: *Ecce ego lignum aridum!* c.56. v Andradius hinc demonstrare vult *Cœlibatum cle corum* qui se castrârunt propter regnum cœloru Respondit *Chamier. Panstrat. Tom.3. l.17. c.5.* N men סריס *Saris* sivè *Eunuchi* primò *officii* est, eo appellantur Regum Cubicularii & Custodes Gyn cæi, perq; Synecdochen Aulici; deindè *vitii*; atq ita convenit iis, quibus testiculi vel exsecti vel cor pressi sunt, ut ad generandum sint inutiles: hinc p Metalepsin omnes steriles & illiberes Eunuchi. A de his ad literam loqui Esaiam manifestum est pr batq; ex textu Procopius, Lyranus; quin & Hier nymus, hunc sensum placuisse multis, indicat eum literalem esse docet Cornel. à Lap. *Eunuchi*, inqui *æquè ac steriles, erant quasi infames & probrum apu Judæos*, Deut. 23. v.1. *Christus quoslibet admittit*, & Symbolicè, ut addit Corn. à Lap. vel per accommo dationem, *ad Eunuchos Spontaneos & Spirituale* qui pio proposito aut voto se castrârunt, propte regnum Dei, referri posse; eâtenùs non negamus quatenus propositum hoc aut votum S. literis con veniens, vereq; pium est. Sed in hoc ordine etian conjugati sunt, *qui mortificaverunt membra sua su per terram fornicationem, immunditiam, passionem desiderium malum, donec perveniant omnes in Virun perfectum*, &c. ut habet Hieronymus, ex Coloss.3. & Eph. 4. Quod est omnium fidelium proprium; non solorum Clericorum. An verò Pontificiorum sit, quamq; illi se dicere possint, *Ligna arida*, id est, ad generandum inepta? id ipsi viderint. *Dixi de Eu-*

nuchis

chis Volum.2, S. Analect. hæc obiter. Tantum hoc
do: Eunuchos per ſe cum inſtrumentis non amit-
re libidinem ipſam: itaq; negat Apollonius, *inter*
temperantes & continentes recenſendos; eſſe mulie-
m ſummos amatores, & ſæpè pudicitiæ earum cor-
ptores, apud Philoſtrat. l. 1. & 2. *Zelotypos*, Helio-
or. 9. Æthiopic. *Viros minimè viros, ſexu dubios,*
pietate apertos, S. Greg. Nazianz. in Laud. Athan.

5. *De vivacitate arborum* locus eſt Eſai. 65. v. 22.
quo nonnihil ſuprà l. 1. c. 10. n. 5. *Dies populi mei*
unt, ut dies arboris, i. e. vivent quamdiu arbor vi-
ciſſima, *ita Vatablus*. S. Hieronymus, Cyrillus,
ranus, Sasbout, à Lapide & Alvarez exponunt de
guo Vitæ; quia ſic verterunt Lxx. (κατὰ τὰς ἡμέρας
ξύλου τῆς ζωῆς, ἔσονται αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου) & in
ebræo eſt: *illius Ligni*, nempè famoſi & præcel-
ntis, *ſic Tirinus*. Sed Hieronymus diſertè ait:
xx. *magis ſenſum ex Hebræo vertêre quàm Verba.*
t ipſe putat *ad palmam* alluſum ex Pſalm. 92. v. 13.
einde *He* illud *emphaticum*, in העץ *Haez*, de-
onſtrativum eſt alicujus ligni præſtantis, non ta-
en ideò illius ſingularis Paradiſiaci. Ita *annoſa* di-
tur Quercus. *Pindarus Nymphas tantum ævi vi-*
ere, quantum durare quercus poteſt, & indè Hama-
ryadas *dici ait.* At Heſiodus, *juxta Plutarchi cal-*
ulum illis tribuit annos Vitæ, 9720. *de Oracul. De-*
fectu. Novi ego Vites pergulanas, adhuc fertiliſſi-
nas, quas à trecentis annis ſtetiſſe, origine incogni-
a, certum eſt. Crura habent craſſitudine humanis
qualia; botris baccæ ſunt prunis ſilveſtribus vix
ninores; vinum rubrum *ab Anſerino pede* nobile

nomen habet: racemi ulnam nonnumquàm min
rem longi sunt.

6. Pergo; differunt quoque arbores 5. *ratio*
Actionis & Passionis: ita aliæ frugiferæ, aliæ sterile
quædam bonæ, quædam malæ, etiam emortu
putrefactæ, dicuntur, & ideò excisæ aut succide
dæ. De his pauca quædam.

Deut. 20. v. 19. Lex est de non vastandis arb
ribus frugiferis: *Si obsederis urbem aliquam diutu*
no tempore, non succides securi arbores ejus, frugif
ras scil. ad ædificandas machinas, aut extruendu
vallum, &c. Ratio additur: quia interim vesci p
teris de fructibus: *Quia*, inquit Moses, *hom*
lignum agri, ad veniendum ante te in coarctatione
Quæ verba diversimodè capiuntur, & obscura a
parent. Quidam *interrogativè* exponunt: *Hom*
ne lignum agri est, ut veniat contra te, aut à facie tu
ad obsidionem? nunquam tibi in bello noxam affe
ret, ut homo bellator, ut arma contrà stringa
Hinc *Vulgatus negativè*: Quoniam lignum est, no
homo, nec potest bellantium contra te auger
numerum. Nec multò aliter *D. Lutherus*. Ita &
Chaldæus: *Non enim est sicut homo arbor agri, u*
veniat contra te in obsidionem, sivè quandò tu obs
des urbem, *Fagius*. Sed si hæc ratio quippiam va
leret, Parcendum esset æquè omnibus arboribus
nisi oppugnantibus essent impedimento: Sun
enim omnes lignum & non homo, qui nocere cu
piat & possit. Itaque *Aben Esra* exponit: *Quia ho*
mo lignum agri, id est, *de eo vivit & sustentatur*; u
pignus dicitur *anima*, quo ea vivit, Deut. 24. v. 6

Faci

facilius in hunc sensum vertere liceat: *Quia* Haalam *hominis est lignum agri*, concessum à Deo ut de eo vescatur; ut revocet in memoriam primum hominis alimentum, Gen. 1. v. 29. *itaq;*, inquit, *non succides, ut tibi serviat ad oppugnationem*; ad cædem hominum, quibus datum fuerat ad vitam sustinendam. Hæc ratio urget: ex quâ etiam paganâ superstitione, *Quercus* & similes arbores, Diis consecratæ & *inviolabiles* habitæ, *vide nunc tantùm Ovidii 8. Fabulam de Erisichthone*. Ignavi militis & puerilis iræ est, sævire in arbores, non modò innoxias verùm etiam Salutares: quomodò *Tyrones exercebantur ad palum*, & contra truncum arboris digladiabantur, *Veget. in Atrio meo Latin. cap. 67. num. 906.* In arboricidas semper severè animadversum, *P. Gregor. Tholosan. l. 37. Syntagm. cap. 6. pag. 432.* Permisit tamen semper lex; *cædere*, ad machinas & alios usus oppugnantium, *arbores non cibi*, dictas, id est, inutiles & steriles: at in extremo excidio etiam frugiferæ exscindebantur, 2. Reg. 3. v. 19. & c. 19. v. 22. Zach. 11. v. 2. Judith. 2. v. 16. Sic de Vandalis *Victor Utic.* 1. Vand. Persec. à princ. *Nec arbustis fructiferis omnimodè parcebant: ne fortè quos antra montium, aut prærupta terrarum, vel seclusa quæq; occultaverant, post eorum transitum, illis pabulis nutrirentur.* Tu cogita; si curat Deus arbores frugiferas ne excidantur; quantò magis *pretiosa Deo mors Sanctorum?* Psalm. 116. v. 15.

7. *Ex fructu cognoscitur arbor*, Luc. 6. v. 44. Sirac. 27. v. 10. de quo Proverbio *Zehnerus* Adag. 85. Cent. 2. *Arbor bona bonos fert fructus, mala malos*, Matth.

Matth. 7. v. 17. & 12. v. 33. Pro mala, σαπρὸν hab Græcus textus. Sed rectè obſervat Euthymiu *non tantùm quod putre, verùm etiam quod inutile & vitioſum eſt, σαπρὸν dici*: Syriaſmo ut notant *Bez & de Dieu*. Nam & boni generis arbor, quanquàı putreſcat, tamen adhuc bonos parit fructus, pyr poma, uvas, ficus: ſed mali; etiamſi non ſit putris ſed ſpecie pulcherrima, non poteſt tamen alios ede re niſi malos, quales in Spinis, oleaſtris, Caprifi cis, labruſcis: adſpectus fallit, ſed Sapor diſcerni Sic de Hæreticis, Pſeudoprohetis, *Juvencus* ben l. 1. v. 704.

Fructibus è propriis noſcuntur talia monſtra:
Quemq; petat finem fallax DOCTRINA videndum eſt.

8. Eos S. *Judas* vocat *Arbores autumnales, in fructuoſas, bis emortuas, eradicatas*, Epiſt. v. 12 Græcè δένδρα φθινοπωρινὰ, quod eſt ex uſu voca buli, *autumnalia*; ligna quæ florent & fructus co nantur parere, autumno jam præcipiti, quod tem pus τὸ φθινόπωρον. At quia ſuperveniens hiems non ſinit ad maturitatem pervenire, acerbi cadunt illi, & humi putreſcunt. Itaque accidit his arboribus quod Salici, quæ & ideò ὠλεσίκαρπος, *frugiperda*, Homero autore, interprete Plinio. Sic quanquàm floribus & foliis ſuperbiant ſeductores; fructus ta- men, quos ſpecie promittunt, non præſtant. Ligna planè tandem ἄκαρπα, imò *Bis emortua*, ut ſpes reviviſcendi nulla ſuperſit. Ubi *Bis*, eſt ἐπιτατικὸν q. d. omninò, funditus: Deniq; *eradicata* jam, ut nec vitalem ſuccum haurire poſſint. Didymus Ale- xandr.

ndr. in Scholiis h. l. *arbores autumnales, sine fru-* *i sunt: licet promittant, mentientes fructum habere* *bonum; arguuntur tamen, cùm non possint uvam* *ficum ferre, hi qui spinæ sunt & tribuli.* Et *quia* *ccantes consequenter habent mortem, & isti secundò* *ccant, hoc est actu & sensu; secundò etiam mori di-* *ntur, &c.* Actu & sensu dicit, id est, *Vitâ &* *ctrinâ.* Qui caret alterutro bono, mortuus est; ii utroque, bis mortuus.

Nam nisi doctrinæ jungatur Vita fideli,
Majores pariet conjuncta scientia pœnas,

anit Alcimus Avitus ad Fuscin. Sor. ex Luc. 12. v. 47.

9. Ad Passiones arborum pertinet *lapsus*: de io Proverbium: *Sivè ad austrum ceciderit arbos,* *vè ad aquilonem, quocunq; loco ceciderit, ibi ma-* *bit,* Eccl. 11. v. 3. de quo Zehner. in Adag. 43. ent. 2. & in Postill. Salomoneâ meâ Dom. 1. Tri- it. Homo arbori similis, sed inversæ, Marc. 8. v. 24. e quo Scaliger Exercit. 140. Sect. 2. & olim Colu- iella l. 3. cap. 10. Est φυτὸν οὐράνιον. An *quoquam* *nitos, nisi Cœlo, credere fas est esse homines?* Mani- us. Cadit tamen morte: alius dextrorsum, alius nistrorsum. *Nullus ulli locus medius est.* Et quô- unq; ceciderit, ibi jacebit *immutabiliter, irrevo-* *abiliter!* Videat quisque, casura velut arbor, quam i partem propendeat, Bernhardus citatus in dictâ ostillâ &c. *Qualem te invenio,* Salvatoris nostri pophthegma est, *talem te judico!* in quo Salutari ionito, nunc quidem desino. Faxit Deus, ut simus,

Arbores justitiæ, plantatio ad gloriam ejus!

AMEN!

INDICULUS

Nominum Hebræorum & Latinorum; prior numerus Capita, posterior sectiones notat.

Cu-

Piſta-

FINIS.

JOH. HENRICI URSINI
CONTINUATIO

HISTORIÆ PLANTARUM BIBLICÆ,

Sivè

. De SACRA PHYTOLOGIA,
. HERBARIUS SACER,
. HORTUS AROMATICUS,

Cum

SYLVA THEOLOGIÆ SYMBOLICÆ, ET S. JEREMIÆ VIRGA VIGILANTE TERTIA VICE RECUSA.



NORIMBERGÆ,
Sumtibus JOHANNIS DANIELIS TAUBERI.
Typis Chriſtiani Sigismundi Frobergii.

ANNO M. DC. LXXXV.

VIRIS
Plurimum Reverendis, Clarissimis Doctissimis

Dn. SEBASTIANO Fran-
cken / Verbi Divini in Ecclesi[a]
Suinfurtensi orthodoxâ, Ministro fid[e]-
lissimo, Adfini charissimo.

Dn. JOH. SEBASTIAN[O]
Mitternachten / Illustris Ruth[e]-
nei Rectori meritissimo.

Dn. CUNRADO TI-
BURTIO RANGONI, Gym-
nasii Berlinensis Rectori vigilantis[si]-
mo.

Theologis, Philosophis, Philolog[is]
eximiis,
Fautoribus, Amicis, Fratribus conjunctissimis;
TRIGÆ charorum nominum,
TRIGAM meorum libellorum,
ex debito,
Par pari referens,
Inscribo, offero, addico,
simulque
Animum, Preces, Officia

AUCTO[R].

AD plantas, Herbas, Flores, & Aromata, Fratres,
Vos invito, Sacer quæ Paradiſus habet.
Namq; erit hæc ſpectare animis non nulla voluptas,
Quæque piis aliquâ ſe utilitate probet.
Hæc ego conſevi, feſſus; vos, namq; poteſtis,
Excolite, & ſtudio culta rigate ſacro:
Verùm etiam veſtri memores, ut ſemper, amici,
Fundite, pro ſenſim deficiente, preces.
At, Tu Cœleſtis Sophiæ ſtudioſa juventus,
Crede mihi, in Sacris cuncta repoſta libris;
Quidquid Ariſtoteles, quicquid noviſſe Galenus,
Jurisconſultus, Theologusve queat.

Argu-

I.

PHYTOLOGIÆ.

Præfatio : Libri Primi.

Libri Secundi,

HERBARII.

Libri Tertii,

HORTI AROMATICI.

ΣΥΝ ΘΕΩ!

CONTINUATIO PHYTOLOGIÆ SACRÆ.

PRÆFATIO.

CElebres sunt veterum sententiæ illæ; πόνοι τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνες, Xenophontis, *labores ad Vitam suavem & jucundam esse Duces*: Ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροι τινές, *lætitiam verò citra laborem paucos esse consecutos*; Pindari: Τίκτει δ' οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή, *nihil enim boni parit inane otium*, Sophoclis. Quamobrem — *vitanda est improba Siren Desidia*, ut ait Horatius. It enim

Neglectis urenda filix innascitur agris;
gladius usu splendescit, situ rubiginat, Apulej verbo; &

Quodcunq; molæ intuleris, non respuit u-
quam:
Veltu triticum, vel lolium, aut indis avena
Nihilominùs urgens ruit, & rotat, quod i-
fers:
Sive infers nihil; illa ruens terit seipsam
Scaliger.

Sic animus, ajunt, est hominum; inqu perpetuâ agitatione gaudens, cognatus C lestibus: Sed si nihil habet, quod agat bo statim malè agere incipit. Ita *homines n agendo malè agere condiscunt.* Adde, qu tædia obrepunt, languorque & curæ edac quodque Ægyptii Monachorum Patres v dixerunt; *laborantem ab uno pulsari Dæmo otiosum ab innumeris*, apud Cassianum l. cap. 23. Sanè, ut pulcherrimi versus En habent,

Otio qui nescit uti, plus negotii habet,
Quàm cùm est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est, nullo
gotio
Id agit, studet ibi, mentem atq; animum d
ctat suum;
Otioso in otio animus nescit, quid velit.
Hoc idem est; neq; domi nunc nos, nec mil
sumus,

Imus huc; hinc illuc: cùm illuc ventum est, ire illinc lubet; (*vivitur.*
Incertò errat animus : præter propter vitam

Hæc quàm vera sint, credo mecum experi, quotquot sine literarum studiis vitam si non ducunt vitalem esse. Equidem, etsi erparum temporis munerum mihi meoım occupationes publicæ relinquunt; taıen hoc ipsum ita dispensare, occulto quoam animi sive morbo sive impulsu, cogor, t nuspiam nisi in literis invenire possim juındius laxamentum. Et si quid in his labos est, tamen dulcissimum aliorum laborum ondimentum est. Atq; hunc autumo esse literarum præcipuum fructum, quod *nutriculæ nectutis* sint ingruentis : quæ & ipsa *mala ierx* est, & *res plurimas pessimas, cùm advenit, dfert.* Hæ animum à sollicitudinibus abduunt, mœrores adimunt, curas mordaces seiunt, vivendique pretia augent, ut quantilım superest lucro apponatur. Quamobrem ovo me subinde quasi penso exerceo, ac laorem ex labore necto, maloq; aliquid semer agendo sensim confici, quàm animi nœstitudine, vitæque tædio, qui senibus ex tio certissimus proventus est, obrui. Hinc uper exorsus eram *de Plantis Biblicis* aliquid

meditari accuratius. Sed mox ad elaborandum, quod cœperam, neq; virium mihi satis esse, neq; otii, intellexi. Quicquid tamen est, quod cogitanti in mentem venit, in medium affero. Fortè juventutis aut alius alterius excitavero studia, ut quæ ad ornandas illustrandasq; sacras Literas huc congessi meliùs disponant, quæ omisi suppleant, *Sacramq;* nobis aliquandò *Botanicen* pulcherrimam oppidò, ac voluptate juxta atq; utilitate eximiá scientiam, omnibus suis numeris absolutam perficiant. Nunc ergò ad rem ipsam accedamus.

LIBER PRIMUS PHYTOLOGICUS.

CAP. I.

S. Phytologiæ Definitio & Partes.

SAcra Phytologia est descriptio historico-Theologica stirpium Biblicarum ad laudem Creatoris.

Autor inventorque saluberrimæ hujus Doctrinæ Deus est, naturæ Scripturæque Sanctæ conditor, qui hanc quoque operum suorum particulam adspici voluit, ac considerari, ut Matth. 6, 28.

Itaque in hoc studium ab ipso rerum primordio excitavit omnium ferè nationum *Sapientes.* San-

ſanctosque Viros, *Prophetas & Apoſtolos* inſpiravit: ut cujus Spiritus hæc creâſſet, ejusdem n Sacris paginis deſcriberet, hominum informationi ad ſalutem.

Unde *finis* claret. Nam qui homini *Animali* x ſtirpibus *eſcam* paravit & *medicinam*; idem adem *Spirituali*, ſed ſpiritualia, per Verbum uum ſubminiſtrat, in laudem gratiæ ſuæ gloioſæ.

Objectum materiale, *proprium* ſtirpes ſunt; *dæquatum*, Biblicæ: *formale*, quatenus non àm à Naturali Hiſtorico, quàm à Theologo onſiderantur.

Norma igitur doctrinæ hujus propria, & quam ormantem dicimus, S. Scriptura eſt; cui *ancilatur* hiſtoria Naturalis, ad ædificationem moum, & dogmatum illuſtrationem.

Ex quibus de ejus *antiquitate*, *dignitate*, *jucunditate*, *utilitate*, imò *neceſſitate*, ferri poeſt judicium.

Partes duæ ſunt: *Generalis*, quæ Stirpium aturam in univerſum conſiderat: *Specialis*, quæ e ſingulis ſpeciebus agit.

Obſervationes.

1. Quis Autor hujus doctrinæ? Ut Moſes omnis Herbariæ rei autorem nobis retut Deum, cui tota S. Scriptura ſuffragatur; ſic andem omnem Deorum beneficiis adſcripſit agana religio. Hinc duodecim illi apud Romanos *Dj Conſentes Ruſtici*, quos in principio *de*

Re Ruſt. recenſet *Varro* : Sunt illi, *Jupiter Pa*
ter, Tellus Mater, Sol & Luna : Ceres & Liber
Robigus & Flora : Minerva & Venus : Lymph
ac Bonus Eventus. Itaque à Poëtarum Princip
1. *Georgic.* invocantur 1. *Clariſsima Mundi Lu*
mina, 2. *Liber & alma Ceres*, 3. *Fauni & Drya*
des, 4. *Neptunus*, Lymphæ Pater, 5. *Ariſtæu*
qui & *Apollo* ἀγρεὺς καὶ νόμιος *Ruſticus & Paſtora*
lis, 6. *Pan*, Cuſtos ovium : 7. *Minerva*, ole
inventrix, &c. *Venus* verò præcipuè à Lucre
tio ---- *cui ſuaves Dædala tellus ſubmittat flo*
res, & quæ *rerum Naturam ſola gubernet.* Cu
tamen Ver proprium, ut Cereri æſtas, & autu
mnus Libero.

It Ver & Venus, & Veneris prænuncius ante
Pennatus graditur Zephyrus veſtigia propter,
Flora quibus Mater præſpargens ante, Viai
Cuncta coloribus egregiis & odoribus opple

Lib. 5. Idem.

Ubi etiam *Floræ* officium, ex antiquo mor
ἀνθοβολίας ſive *Florum ſparſionis*, de quo ſuo fort
loco. Neque hæc Romanis peculiaris fuit ſu
perſtitio; ex Oriente in Græciam traducta; in
de propagata eſt in Italiam. Et ut antiquiſſim
fuit ἀςρολατρεία, cultusque Solis, & Militiæ Cœ
leſtis, & Reginæ Cœli, quæ dubio procul Venu
etiam ante Cataclismum viguiſſe videntur; ſ
omnes gentes nationesque perſuaſerunt, *vi*
Selden. de Djs Syris, & quæ in Exercitat. de Zoroa
ſtre dixi. Hic obiter meminiſſe ſufficit. Hin
apoſtatæ Iſraëlitæ, Diis Gentium, amaſiis ſui
Panes & aquas, linum & lanam, oleum & potu

imp

putabant, de quo Sacrilegio, ingratissimo-
m hominum, vide querelam Dei, *Hose. cap. 2.*
ꝟ.8.9. adde locum Jerem 44. *v.* 17. Sic Plinius,
mo minimè religiosus: *Summum munus homi-*
datum arbores Silvaq́ intelligebantur: hinc pri-
um alimentum; harum fronde mollior specus, li-
o vestis. Etiamnum gentes sic degunt. Inde su-
rstitio: *Hæc,* inquit, *fuêre Numinum templa, pri-*
q́ ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellen-
n arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atq́
ore simulacra, quàm lucos, & in iis silentia ipsa
oramus. Arborum genera Numinibus suis di-
ta perpetuò servantur: ut, Jovi esculus, Apollini
urus, Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi popu-
, lib. 12. princ. Qui & ipsam hanc, de herbarum
rpium naturâ & facultatibus, scientiam, negat
mani operis esse inventionem: Nam Deorum, in-
it, *fuisse eam apparet, aut certè divinam, etiam*
m homo inveniret, eandemq́ omnium Parentem,
genuisse hæc, & ostendisse, nullo vitæ miraculo
ajore, si verum fateri volumus, lib. 27. c. 1. Vidit
sa naturalis ratio hanc noticiâ Dei munus esse,
d quis ille esset dator muneris Deus: ignoravit.
e uno tamen *Deo omnium pœnè una opinio est.*
uc usq́ humana scrutatio, etsi cum labore, delibe-
re potuit: at ubi ratiocinatio defecit, fides subve-
t, ut ait Paul. Orosius l. 6. adv. Pagan. c. 1. Ea nos
ocuit, quis ille Deus esset, cujus dono Salomon,
ter cætera Sapientiæ suæ, *differentias planta-*
um radicumq́ virtutes cognoverit, ut de singulis
itissimè disserere, variasque similitudines & pa-
abolas proferre posset, 1. Reg. 4. v. 29. 33. Sap. 7.
.15. 20. Sir. 47. v. 18.

 2. Qui

2. Qui hanc doctrinam primi excolu[erint] ? Primum & Summum Botanicum fui[sse] *Adamum*, constat ex Genes. 1. v. 29. 30. & cap. [2.] v. 15. 16. Quàm naturalis homini cibus fuit, tà[m] hæc noticia esse debuit, quâ salubria à noxiis d[is]cerneret. Ante lapsum tamen non puto vires [fa]cultatesque Medicas magis novisse, quàm m[or]bos, quos experimento posteà mortales sensi[m] didicerunt. Neque enim talium noticia ad Im[a]ginem Dei pertinebat; Sed illa, de quâ Aposto[lus] Coloss. 3. 9. & ad vitam animalem ducenda[m] satis erat Protoplastis, nosse primas herbaru[m] fructuumque qualitates, & usum ad esum. Hi[nc] tamen posteà provecti homines, duce ratio[ne] & magistrâ experientiâ, Medicinam condid[e]runt.

Sic primũ auspicium Deus artibus altaq; circu[m]
Fundamenta dedit; tùm parteîs quisq; secutu[s]
Exegêre suas, tetigitq; industria finem.

ut Gratius de Venatione cecinit.

Quàm eximia fuerit Mosis, cæterorumq[ue] Prophetarum in hoc genere peritia, res doceb[it]. Itaque *Mosen* Eupolemus de Regibus Judæorum *Primum*, ait, *fuisse sapientem, inventorem liter[a]rum & Grammaticæ. Ejus Philosophiam quadri[partitam] facit* Clemens Alexandrinus 1. Str[o]mat. sub fin. ἱστορικὴν καὶ νομοθετικὴν, *quæ ad Mora[lem] partem spectant; tùm* ἱερουργικὴν, *quæ Physi[cæ] contemplationis est; & demùm* θεολογικὴν. *qu[æ]* ἐποπτείαν *continet, & ab Aristotele* μετὰ τὰ φυσι[κὰ] *appellatur*. Sed & Megasthenes in 3. Indicaru[m] dixit: *Ea quæ de rerum Naturâ à Veteribus tr[a]-*

di-

ta sunt, etiam asseri ab iis, qui extra Graeciam
ilosophati sunt, partim apud Indos à Brachma-
, partim in Syria ab iis, qui Judæi appellantur.
e Salomonis Sapientiâ jam prædixi. Fuit enim
c quoque Regum studium. Hinc *herba*
ntiana, Lysimachia, Mithridatia, quæ & Scor-
um, à potentissimis Regibus, Illyriorum Genthio,
lacedonum Lysimacho, Ponti & Bithyniæ Mithri-
te appellatæ: ut Teucrium à Teucro, ab Achille
chilleia, à Chirone Centauro Centaurium; Ar-
misia, à Cariæ Regina Mausoli conjuge, ut ait
uchsius in Dedicat. de Histor. Stirp. qui & addit
ttalum Pergami, Evacem Arabum, Jubam
lauritaniæ Reges de Plantis scripsisse, ut & Phi-
losophos, *Pythagoram de bulbis, Chrysippum de*
rassicâ, Zenonem de Cappari. Varro recenset
d quinquaginta, qui Græcè *de Agricultura, cu-*
jq; hortensi, scripserint: quos inter Reges *Hie-*
n. Siculus, & Attalus Philometor. Magonis
arthaginensis, quem *rusticationis parentem* ve-
eratur Columella, volumina duodetriginta,
uæ de agrorum, hortorumque cultu Punicâ
inguâ conscripserat, Senatusconsulto in Lati-
um sermonem conversa sunt. Nam captâ Car-
agine, cùm Bibliothecæ variis Africæ Regulis
onarentur, jusserat Senatus hæc Magonis scri-
ta accuratè servari, Romamque referri. Ita
ortos quoque post Salomonem Reges ac Prin-
pes coluisse leguntur, Cyrus apud Ciceronem
e Senect. Tarquinius Superbus, & Diocletia-
us, postquàm Imperii fasces reliquisset, aliique
ulti, *vide Mizaldi Præfat. de Secretis Hortor.*

&c. Salomonem de plantarum naturâ & facu
tatibus, quæ & quoto gradu essent calidæ, aut fr
gidæ, siccæ aut humidæ, libros scripsisse, ex quibu
multa deinceps Medici decerpserint; quosq; Eze
chias Rex pius tandem de medio sustulerit, quò
populus inde medelas morborum acciperet, nec
Deo opem peteret, ex Eusebio & Hippolito reci
tat Anastasius Nicænus, Quæst. 39. in S. Scrip
Sed verisimilius videtur, ideò abolitos hos libro
quod nefandas superstitiones continerent; siv
à Magis conscripti fuerint, nomine Sapientissim
Regum abusis, qui & hodiè quosdam specios
hoc titulo Salomonis venditant, *de quibus De*
rio Disq. Mag. l. 2. Quæst. 3. Sive Rex ipse, q
Apostata factus & Idololatra, ad Magiam infa
mem quoque deflexit, ut ad hanc à Naturali fa
cilis est transitus (*quâ de re Pineda in Salomon*
Prævio lib. 3. cap. 23. & l. 7. cap. 12.) talia edi
derit. Quod tamen cur credendum sit, non in
telligo. Magicas artes, cum Idololatriâ Gen
tium Sororio quodam vinculo conjunctas, ja
olim Israëlitas coluisse & calluisse certum es
quarum infamiæ prætextus quæsitus à magno
rum Autorum nominibus: accepisse ab Ada
mo, Setho, Abrahamo, Salomone se gloriaba
tur. Sic *Onirocritices* autor habitus *Josephus Pa*
triarcha, quem puto *Jotapen* dixit Plinius lil
30. cap. 1. & *Capnomantiæ* illius, quam Delri
Thurifumiam dixit, lib. 4. cap. 2. Quæst 7. or
go fuit à Vanâ Sacerdotum quorundam obse
vatione, qui ex fumi adscensu, aut rotatione i
Sacrificiis, divinabant, utrum accepta esse

De

o, & litarent, an averſo numine irrita? Sic
ıd Philoſtratum Apollonius,cùm Sacra factu-
Thus in ignem conjeciſſet, conſideravit,
διανίσαται, καὶ ὅπη θολοῦται, καὶ ὁπόσαις κορυφαῖς
ι, ὴ ὅπη: *quo ſe pacto attolleret, & adſcen-
et, quasq́ faceret vertigines & quousq́ exſili-
ignis* cum fumo, lib. 1. cap. 20. *vide eundem*
5. *cap.* 9. *Pythagoras itaq́ ab Hebræis tùm il-*
περὶ ὀνείρων γνῶσιν, *de Somniis noticiam accura-*
didiciſſe, cùm illâ διὰ λιβανοῦ τῆς μαντεία *primus*
s fuiſſe perhibetur, apud Malchum in vitâ.
ri tamen potuit, ut fumi indicio, aut rectà
endentis in cœlum, aut in obliquum & deor-
n ſe inclinantis, Deus præter ordinem ali-
ando oſtenderit, ſacrane approbâſſet, an re-
iiſſet? Ita Aloyſius Navarinus in Moſe expen-
ad cap. 4. Geneſ. *Quærunt Interpretes, quali*
no reprobatum Caini Sacrificium, quali appro-
tum Abelis? aliqui ex fumo in cœlum directo,
accidit in Sacrificio Abel, & ex fumo in ter-
m demiſſo, id conjeciſſe fratres arbitrantur,
c. Sic pictores vulgò. Eò alluſiſſe vide-
r David, cùm erat, *ut preces ſuæ dirigantur,*
mentur, & rectà adſcendant, *ſicut thymia-*
s, aut *Virgula fumi*, Pſalm. 141. v. 2. Sed in
am redeundum eſt. Patet ex his jam

3. Quæ doctrinæ hujus ſit dignitas,
cunditas, utilitas? Inter ea, *quæ benignâ*
llure proveniunt, vel per ſe tantùm herbarum
menſa contemplatio eſt, ſi quis æſtimet varie-
tem, numerum, flores, odores coloresq́, &
ſuccos,

ſuccos, ac vires earum, quas ſalutis aut vol ptatis hominum gratiâ gignit, ut rectè Plini l. 18. cap. 1. Neq; parum facit hæc ad gloria Dei Creatoris,

præſentemq́; refert qualibet herba Deum.

Inde fictitium Marcionis Deum meritò rid Tertullianus, *quod ne unam quidem circerc lam produxerit*, unde agnoſci potuerit: qu ad Divinitatis argumentum vel unica ſuffeciſſe Sanè, qui in medio lilii ſtantem crocum, q unicum aliquod minutulum ſemen ineffab arte tornatum, attentè ſpectat, æquè ac q cœli ſidera, -- *non negat eſſe Deum. Nat ra nusquam magis, quàm in minimis tota eſt*, Pl nius l. 11. cap. 2.

Sic adamas, punctum lapidis, pretioſior auro eſt
Parvula ſic totum pervadit pupula cælum,

ut canit Manilius. Sed de his ubi *de fine plant rum* mox. Quàm neceſſaria ſit hæc cognitio Literarum interpreti, docet Auguſtinus l. 2. d Doctr. Chriſt. cap. 16. *Rerum ignorantia fac obſcuras figuratas locutiones, cùm ignoramus v animantium, vel lapidum, vel herbarum n turas, aliarumve rerum, quæ plerunq; in Scr pturis ſimilitudinis alicujus gratiâ ponuntur. It multi*, inquit, *propter ignorantiam hyſſopi, dù neſciunt, quam vim habent, vel ad purgandu pulmonem, vel, ut dicitur, ad ſaxa radicibu penetranda, cùm ſit herba brevis atq; humili omninò invenire non poſſunt, quare dictum ſi adſperges me hyſſopo & mundabor.*

4. A

4. An Doctrinæ hujus, quæ ratione & ex-
rientiâ constat, vera scientia ex S. Scriptu-
peti possit ? Scio Philosophos quosdam &
n & nunc censuisse, Mosen cæterosque Viros
i, ubi de rerum naturâ quæritur, de ponte
si suffragiorum esse dejiciendos : cum vulgo
ui solere, ajunt, nec ad hæc humilia animum
licuisse. Quantum hi absunt ab illâ in *Mosen*
sphemiâ ; *multa eum dixisse, pauca probâsse?*
ni semper placuit pulcherrimum Caroli Ma-
, in suo de Imaginibus libro, judicium : *Omnia*
Scripturarum Sanctarum amplissimis pratis per
tes invenire posse, quæ Artigraphi in suorum
torum areolis posuêre. Quare *si ratio contra di-*
arum Scripturarum autoritatem redditur,
mlibet acuta sit, fallitur verisimilitudine; nam
a esse non potest. Rursus si manifesta certaq; ra-
i, velut Sanctarum Scripturarum objicitur au-
tas, non intelligit, qui hoc facit ; & non Scri-
ræ sensum, ad quem penetrare non potuit, sed po-
objicit veritati : nec quod in ea, sed quod in
so, velut pro ea, invenit, opponit, ut ait Augusti-
Epist. 7. ad Marcellin.

CAP. II.

Plantarum Definitio & Divisio.

Lanta, ut ferè cum Mose describit Aristoteles,
est corpus vivens, è terrâ natum, quod in terrâ
it, crescit, seque propagat,

Genera summa duo ponit Moses, *Herbas*
& Arbo-

& Arbores: vulgò sunt Quatuor; *Herba, Arb* *Frutex, Suffrutex.*

Partes aliæ *perpetuæ & principales*; ut, *Rad* è qua *surculi, stirpes*: in arboribus *Caudex*, cu pars inferior *truncus*; superiùs diffunditur *in mos & frondes*: at in herbis, *caules, scapi, cul* vestiuntur *corticibus & libris*; intus *venæ*, & *arteriæ*, & *cor*, quasi matrix ac medulla.

Aliæ *accessoriæ*, *& ferè temporales*, eæque in tæ aut agnatæ: nam *in ipsis* nascuntur *gem* *flores, folia, fructus, semina*, quibus alia & alia cidunt; ut, *floribus* umbellæ & corymbi, *fo* crenæ & fibræ, *seminibus* siliquæ, valvulæ, lo lamenta, pappi, lanugo: *foris* adnascuntur *St* *nes, propagines, lacrymæ item, & resinæ, fungi*, & genus alia: vide cap. 1. in Arboreto meo.

Observationes.

1. *Herba* πόα, varia habet nomina. Genes v. 11. *Germinet*, inquit Deus, *terra Desche* דשא *Eseb* עשב, & עץ *Ez*. Ubi duo summa plan rum genera. *Quid inter Desche & Eseb inter* quæritur. Respondent; prius significare h bam tenellam, quæ recèns orta, nondùm cre in caulem: posterius, grandiusculam, quæ adc vit, & jam demeti potest, *Buxtorff. Avenari* *Vatabl.* Neque aliter videtur accepisse Vulgat *germinet terra herbam virentem*, herbam scil. *cientem semen*: aut D. Lutherus, qui prius ve Glaß/posterius Kraut.

Desche à radice *Dascha* est, quod est βλαστ

geri

rminare, quasi dicas βλάστημα, aut φυτὸν ein Ge-
ächs/quòd è terrâ nascitur, Joël. 2.vers. 22. No-
en esse generale videtur, quamlibet herbam
nificans: nam pabulum dicitur onagrorum,
b. 6. 5. Cervarum, Jerem. 14. 5. Vitularum,
rem. 50. 11. ubi *Vitulæ graminis*, βοίδια ἐν βο-
νῃ, D. Luthero, geyle Kälber/ab effectò. Solent
im lascivire pabuli copiâ: unde Proverbium:
num in cornu gerit. Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, *satie-
parit contumeliam*, ut habet Solonis sententia.
dem sensu alii vertunt, *vitulæ triturantes*, qui-
s licebat mandere de subjectis frugibus, quan-
m vellent: à radice, *Dusch*, quod est ἀλοᾶν
turare, *vide Bootium S. Animadvers. l. 3. cap. 4
m. 4.* Strictè tamen & εἰδικῶς accipitur pro-
rmine primùm è terrâ propullulante, Prov.
. 27. quod propriè מיצא דשא *Motza Desche
ressus germinis*, Job. 38. 27. Græci quoque aliàs
τον aut & χλόην interpretati sunt.

2. Huic apponitur ergò *Eseb*, non quasi Sy-
nymum, ut Deut. 32. 2. sed specificativè; quasi
ceret Moses, terram non quamlibet aut quo-
odolibet germinâsse ac protulisse herbam, sed
rfectam & jam seminificantem: aut simul
rumque genus, *herbam pabulo aptam*, cui *De-
e* jungitur Job. 6. 5. Prov. 27. 25. eique quasi
uctus tribuitur *Jarak* olus, viride germen,
o feræ & aves pascuntur, Genes. 1. 30. Exod.
. 15. 2. Reg. 19. 26. Psal. 37. 2. Es. 37. 27. &
rbam jam semen facientem, ad generis sui pro-
gationem. Nam *Eseb* sativam herbam pro-
priè

priè notat, autore Buxtorff. quæ semen proc-
cit, ad panem conficiendum in usum hominis,
jumentorum proprium est *Chazir*, Psal. 104.
Græci verterunt χόρτον χλωρὸν Gen. 1. 29. παμ-
τανον, Job. 5. 25. & quod in montibus nascit
χόρτον ὀρεινὸν, Proverb. 27. 25.

3. *Chazir* חציר gramen longiusculum, qu
à קצר *Kazàr* demetendo; unde & *fœnum* ve
solet: aut quale sub dio crescit in atriis ex pluv
nam *Chazer* αὐλὴν, atrium, impluvium exponu
& quale inter tegulas in tectis, Ps. 129. 6. Es.
vers. 27. Per antonomasiam, cum *He Empha-
co Porrum* sic dicitur, Num. 11. 5. quod subir
in condimentum ciborum, & pro obsonio, den
ti solet, unde à nostris: Schnittlauch.

4. Hoc igitur *primum genus* est Plantaru
alterum dicitur *Ez*, lignum, quod nomen γεν
etiam *frutices* continet, & *suffrutices*. H
tamen ita solent distingui, ut *Arbor* sit δένδ
μονοςέλεχες: *Frutex* θαμνὸς, arbore minor: *S
frutex* φρύγανον, à radicibus statim πολυςέλ
καὶ πολύκλαδον. Videtur tamen Hebræis Frut
aut potius Suffrutex, proprio nomine appell
שיח *Siach*, *Virgultum*, Genes. 2. 5. Job. 12
cap. 30. 4. 7. ein Gebüsch/Gestäude. Sic Ha
dicitur abjecisse Ismaëlem *sub unum Hassich*
ὑποκάτω μιᾶς ἐλάτης, unter einen Baum / Ge
21. 15. Vel ut Pagninus; *sub Virgultum qu-
dam*; aut ut Junius; *sub unum fruticum*, cu
umbraculo ---- *tenero capiti defenderet æstu*
Nomen habet à שוח *Suach*, meditando, m
sitando, querulando; quia ista ventis agitat

loqu

loquente sæpè sibilos edunt comâ,
Catulli quondam Phaselus. Habet enim te-
iores caudices & ramos flexiliores, ut quâcun-
e aurulâ mota tremant ac strepant.
5. Quæ ab Herbis & Arboribus, γενικῶς dictis,
taphoræ & similitudines ducantur in S. Lite-
commodius exponetur libris sequentibus. *De*
tibus hic agendum est distinctius. Sunt au-
ı præcipuæ;
adix, שרש *Schoresch*; cujus *fundamentum*, aut
itudo, der Stock/ D. Luthero interprete, quo
o regerminare potest planta, Dan. 4. v. 12.
itur עקר *Ikkar*, Chaldaicé.
Propagines שתילים, *Schetilim*, Psal. 128. 3.
Planta consita, נטע *Nata* & מטע *Matta*, Psal.
4. 13. Novellæ plantationes, Esai. 5. 7. cap. 17.
f. 10. 11. cap. 60. 21. & 61. 3. Ezech. 17. 7.
ch. 1. 6.
Surculus, נצר *Nezer*, diligenter custodiendus,
gepropfter Zweig/ Esai. 60. 21.
Stipes, Caudex, Truncus succisus, גזע *Geza*, Esai.
1. cap. 40. 24. Job. 14. 8. Sic gramen resectum
nilecio גז *Gez*, dicitur à *Gazaz*, detondit, Psal.
6. Amos 7. 1.
5. *Ramus* varia habet nomina: Metaphoricè
itur בן *Ben* filius, Gen. 49 22. Psalm. 80. 16.
rbor mater & *parens*, apud Plin. l. 12. cap. 15.
Rami proceriores & oblongi instar *vectium*,
בדים *Baddim*, Ezech. 17. 6. Joh. 18. 13. Similes
libus lini arborescentis, Stangen.
Palmites & rami, vel etiam stolones, *propagi-*

 nes,

nes, דליות *Dalioth* ſive propter tenuitatem, u
de *Dal pauper*, attenuatus; ſive à *Dalah exhau*
& extulit, quod ſuccum hauriant, & in altum
tollant, Jerem. 11. 16. Ezech. 17. 6. cap. 19. 1
cap. 31. 7. &c.

Ramus incurvus, fructibus onuſtus, *Kip*
כפה à *Caphaph* curvavit, Eſaï. 9. 14. Job. 15. 3
Lev. 23. 40.

Ramus frondoſus, ענף *Anaph*, Levit. 23. 4
Pſalm. 80. 11. ubi LXX. habent ἀναδενδράδες,
tes arbuſtivæ.

Ramus fructibus ornatus; à פאר *Peer ornav*
aut פרה *Parah fructicavit*, in plurali פארות
Poroth, ſchöne fruchtbare Aeſte/Eſai. 10. 33. Ezec
17. 5. & cap. 31. 5. Græci habent modò ἀπόρυγα
propagines ſub terrâ defoſſas, Einläger, vocant V
nitores noſtri; modò ἀποφυάδας *ſoboles adnata*
ſtolones.

Sic *Rami prominentes*, in quibus aves nidi
cant, סעפות *Saphoth*, Ezech. 31. 6. Eſai. 10. 3
cap. 27. 20 Græci vocant παραφυάδας. Sic Sc
pulus prominens & cogitatio propendens H
bræis סעיף *Seiph*.

7. *Frondes*, rami teneriores, עפאים *Aphaim*
Pſalm. 104. 12. Dan. 4. v. 11. fortè ab אבה *Abh*
denſus fuit: unde per μετάθεσιν βαΐον ramus pa
mæ. Hinc componitur

Sarapha ex סור *Sir* Spina. & עפא *Apha* ramu
Vulgatus vertit *Virgulta*, Tremellius, *ramuſc*
los: propriè ramus virgultis denſus, dick von Rei
ſig/Ezech 31. 5. Ibidem legitur

Ch

Choresch, חרש, quo tota ramorum frondium-e densitas opaca significatur, quæ nemus & ibram facit, v. 3. ubi Græci πυκνὸς ἐν τῇ σκέπῃ, isus umbraculo: Vulgatus, frondibus nemo-is; Pagninus, nemore umbram faciens: D. therus, dick von Laub. Hinc Corescha, nemus, us surdus, & silens, ubi umbra multa, 2. Para-.27.4. 1. Sam. 23.16.17. Esa. 17.9.

Condensa frondium, inter se implicata, eodem o Ezech. 31. v. 3. dicuntur עבתים Abothim, sse dicke Zweige / ut Lev. 23. 20. Ezech. 6. 13. 0. 27.28. ubi, Idololatria sub talibus exerci-: Alibi funes Abothim, ἔργον πλοκῆς, Exod. 28. &c.

8. Palmes qui amputatur קציר Kazir, Psalm. 12. Resecem vocant Latini, vide Atrium um Latin. cap. 41. num. 532. ein Schneidrebe/ μα. Sic Esa. 27.11.

Palmes, ramulus, tener, novellus, quem Latini lleolum vocant, innatum prioris anni flagel-יונקת Joneket, q. d. lactentem sugentem ad-c, ein junger Sprosse / Job. 8.16. Ose. 14.7. lm. 80.12. Ezech. 17.4.

Palmites densi & implicati סנסנים Sansinim, tar ruborum, Cant. 7. 8. de Palmâ.

9. Spinosi arbusti, arborumque densarum, nus, quo Sepimenta fiunt, שוכה Soca, à שוך h, sepivit, Judic. 9.48.29. Græcè φορτίον, fa-lignorum, eine Welle oder Büschel Holtz / ein ager Reissig. Sic enim rustici sepire solent vi-as & hortos.

10. *Cacumen* tenerum, *lanuginosum*, si culus summus, qui ad insitionem solet reseca צמרת *Zamméreth*, vel à radice זמר amputav vel à צמר *Zemer* lana, ein Wipffel / Pfro Zweig. Ezech. 31. 3. LXX. vocant ἀρχὴν, & ἐπίλεκτα.

11. *Fastigium arboris*, quod perticis verb rari solet, ut excutiantur fructus, אמיר *Am* ein Wipffel/Trag-Zweig/ unde Latinum *Ram* literis inversis, Esa. 17. v. 6. 9.

12. *Cortices*, פצלות *Pezaloth*, à *Pizzel* c corticavit; λέμματα, καὶ λεπίσματα, Rinden. Gen. 30. 37.

13. His adde, עלה *Aleh folium*, quod a scendat, & vento facilè tollatur. *Flos eru pens* נץ *Nez*, נצה *Nizza*, Gen. 40. 10. Esa. 18. Job. 15. 33. Cant. 2. 12. Esa. 1. 31. *Semiap tus* פרח *Perach*, Num. 17. 8. Es. 5. 24. Psal 92. 14. Proverb. 14. 11. *apertus* ציץ *Ziz*, E 40. 7. qui alas quasi suas expandit, & mox av lat, Jerem. 48. 9. Esa. 27. 6. cap. 28. 36. hi *Zizith* fimbria.

Fructus ניב *Nibh*, unde *thnubha* proventu Sed & בול *Bul*, atque *Jebul* fructum notant. S hæc sufficiant.

CAP. III.

Caussa efficiens prima.

1. DEUS est, qui plantas primò creavit, conservat. Testatur S. Scriptura inn

mer

eris locis; ut Genes. 1. v. 11. *Dixit Elohim: rminet terra germen, herbam quæ faciat se-n, & arborem,&c.* Gen. 27. 28. *Det tibi Deus rore cœli, & pinguedinibus terræ, & multitu-nem frumenti & musti.* Levit. 26. 4. promittit us obedientibus *pluvias tempestivas* de cœlo, de terrâ *uberem proventum*. Confer v. 19. 20. ledictionem rebellibus intentatam. Similis omissio est Deut. 11. v. 14. 15. ubi *duplex Plu-s*, altera *Jorè*, altere *Malkosch*, ut & Jerem. 5. 24. Joël. 2. 23. Jacob. 5. v. 7. inter *caussas undas* referuntur cœli *ros*, terræ *abyssus*, *Sol & na*, Gen. 49. 25. Deut. 33. 13. 14. Celebrat nc Providentiam Dei, David, Psalm. 65. v. 10. seqq. & 104. 13. & 147. 8. Eodem spectant mminationes & promissiones Propheticæ, . 17. 10. 11. cap. 41. 18. 19. cap. 42. 15. Je-n. 4. 23. 28. cap. 8. 13. & 12. 4. 13. & 14. 5. 6. Hos. 2. 8. 9. 12 21. 22. Amos. 4. 9. & 9. 13. næ cap. 4. 6. 7. Mich. 6. 14. 15. Hagg. 1. 6. 9. 2. 16. 20. Zachar. 10. 1. Malach. 3. 10. adde tth. 6. 30. Actor. 14. 17. & alia.

. Ac si *primam* quidem plantarum *originem*, ta Mosaicam Physiologiam, spectemus; sin-a verba accuratè expendenda sunt: *Elohim*, uit, *produxit*: qui cœlum & terram & o-ia. Unus essentiâ, & potentiâ creandi; in sonis Trinus: quod nomine plurali indicari, ristiani ferè Interpp. consentiunt. Neque erâ ullâ opus fuit alicujus creaturæ. Æquè us est, qui *Ciceculam unam*, ut dixit Tertul-nus, creavit, ac qui immensam cœli molem:

 qui

qui & in minimis maximus. Esse igitur Deu ipsa quoque docet Terra, *vestita floribus, herbi arboribus, frugibus: quorum omnium incredib lis multitudo insatiabili varietate distinguitur*, C cer. 2 de Nat. Deor. Plantarum origines fabu losas narrant profanæ Gentes. Inde superstiti multiplex. Sic, exempli caussâ, vetitum er in quibusdam sacris, ὁλόρριζον σέλινον *inferre mens quod natum esset è sanguine Corybantico: & mu lieres: quæ Thesmophoria agebant, caveba edere mala Punica: nam* τοὺς κόκκους, *grana illa, e Bacchi sanguine nata credebant*, apud Clem Alex. in Protrept. Rosas unde fabulæ producan notum est. Ausonius:

Sideris & Floris est Domina una Venus.

Turcæ *ex Sudore Muhamedis sui natas persuas folia humi jacere non patiuntur*, Busbecq. Epist. Apud Christianos alia fortè ratio fuit, cur to plantas Sanctorum nominibus decorârint? Se neque superstitio abfuit. *Abrotanum mas Vu gus Picardorum & Francorum herbam & lignu S. Johannis vocant, eoq; in coronamentis, & lun borum superstitioso cinctu, ad Epilepsiam, morbu S. Johannis putatum, averruncandam expetun* Bauhinus de Plant. à SS. denomin. ubi plur Verùm si loqui plantæ possent, clamarent sing læ; *Dei sum!* & indignarentur, in tanto nume unam herbam floremque unicum appellari; *S Trinitatis*, ut quondam Διὸς ἄνθος. Ipse Deus *s tor seminatorq; plantarum, earumq; educator e altor*, quod de Mundo dixit Cicero l. cit. ideò *El him* dicitur, hoc est, *Deus Judex*; quia & judic

sapien

pienti condidit, & severo injuriam sibi suisque
eaturis factam vindicabit.

3. Produxit autem Deus plantas Verbo: *Et
xit!* Frustrà igitur quæritur; *An semen prius
turâ extiterit quàm plantæ?* ut, an ovum prius
llinâ: de quo Plutarch. 2. Sympos. 3. & Ma-
ob. 7. c. 16. Mosis sententia est, c. 2. Gen. v. 4. 6.
cit Dominus Deus Jehova, autor omnis vitæ &
entiæ, quod nomen perfecto denique opere
eationis hîc primùm legitur; *Cælum & terram,*
omne virgultum agri, stirpes & frutices in agris
silvis, ubi nunc sponte suâ provenire videntur;
tequam futurum esset quicquam tale, lege &
dine naturæ: *omnemq; herbam agri,* nullâ ho-
inum curâ culturâque satam aut natam, *ante-
am esset oritura*, aut oriri posset. Nam Verba
ה' *Jihie*, & יצמח *Jizmach*, futuri temporis
nt. Scilicet in creatione, miro divinæ Sapien-
æ ordine, effectus caussis suis priores fuerunt.
am necdum *Sol* erat; nec *semen* ullum quod
imaret, nec *pluvia* quæ educaret, nec *homo*
i coleret. *Ipse Vapor ille*, exhalatio humida,
se ille fons aquarum cœlestium, & *Oceanus aë-
us*, de quo Aristot. 1. Meteor. cap. 1. *Posteà ad-
endit de terrâ:* in Hebr. futurum est. Theodo-
tus: *Terra nullo eam colente, neq; ullis nubibus
uviam effundentibus, germinavit, pro Creato-
s nutu & voluntate: irrigita ab humore & va-
re, qui superat a separatione aquarum,* &c. quo
men non egebat terra, cùm solo nutu Dei pro-
uceret plantas; sed posteà, ut aleret productas.
lii de h. l. aliter.

4. Dixit igitur Deus: *Germinet terra germ*
& protulit terra germen. Ita illicò respon
imperiali Creatoris Verbo. Mira plantati
Terra erat *Tohu vabohu*, ἄμορφ☉ καὶ ἀκαλασκε
ς☉,

--- rudis indigestaq; moles:

ad unicum DEI Verbum momento vestitur h
bis, floribus, arboribus. Quæri solet hîc,
An Deus, hac tertiâ Mundi die, plantas actu p
duxerit; an tantùm in caussis suis, datâ ter
suo tempore, producendi virtute? posterius *A*
gustino visum: prius affirmat Moses, vide Th
mam p. I. Quæst. 69. art. 2. Voët. Tom. I. Di
Select. de Creatione pag. 662.

Quæst. 2. *An ergò omnes ubiq; planta, t*
orbe, actu tùm producta? Rectè negat Torni
lus, num. 8. Credibile tamen, ita product
ut cujusque climatis naturalis dispositio, rat
ne temporis, poscebat; ut alibi vernæ primù
propullularent; alibi æstivæ & autumnales, v
florerent, vel semina fructusq; ederent; alibi h
bernæ viverent vel in radice, vel in semine &

Quæst. 3. *An terra activè protulerit?* Re
non tantùm *materialiter*, verùm etiam *efficie*
ter concurrit, ut fœcunda mater, DEI bene
ctione imprægnata, quæ fœcunditatem, Ver
DEI, *Germinet*, inditam, jam tùm exseruit, s
prâ tamen naturam, in momento operante DE
Quare frustrà negat Bonfrerius, *terram acti*
& efficienter concurrisse, eò quod vi suâ natur
nequiverit producere plantas, herbas & arb
res, in instanti, & quidem in statu perfecto. Na
co

nceſſo hoc antecedenti, negatur Conſequen-
ı. Moſes ſanè & Verbum imperiale, *Germi-
t;* quo Deus benedictionem impertiit; Con-
ſtim ait, *Terram protuliſſe.* Sic Salianus, Cor-
l. à Lap. &c. vide Voëtium l. cit. p. 643.

Ut pluma, atq; pili primùm, ſetæq; creantur
Quadrupedum in membris, & corpore penni-
potentum;
Sic nova tùm tellus herbas, virgultaq; primùm
Suſtulit, Lucretius l. 5.

Quæſt. 4. *An ergò ex iſtâ divinâ benedictio-*
ſpontanea quarundam plantarum progenies?
nè in Cretâ quocunque quis loco terram mo-
erit, niſi quid aliud ſeratur, gigni Cupreſſus fer-
r. Terra virgo, ad quam nulla ſemina perve-
ſſe ſuſpiceris, commodo loco repoſita ſuas da-
t ſtirpes. Porta, cùm è profundiſſimis ædium
ndamentis egeſtam humum convalâſſet, atq;
b dio expoſuiſſet, paucis poſt diebus, è variis
rræ qualitatibus, varia herbarum prodire ge-
ra, Neapolitano cœlo ſoloque familiaria, con-
exit: aliasque argilla, alias pulvis Puteolanus,
ias contriti lapilli, vel tophi produxêre, ut bene
irgilius:

Namq; aliæ, nullis hominum cogentibus, ipſæ
Sponte ſuâ veniunt, camposq; & flumina latè
Curva tenent. Hæc Jonſtonus in Præfat. Den-
rographiæ: quæ ante annum prodiit, & ſi priùs
eniſſet in manus, Arboreto excolendo meo
on parum attuliſſet adjumenti. Tractavit hanc
uæſtionem doctè & fusè, contra eos, *qui omnem*
eneɪationem æquivocam negant, Laurember-

 gius

gius Horticult. l. 1. cap. 13. & 14. Thesis est: *i*[...] *esse Telluri genitalem vim producendi plantas p*[...] *culiares, etiam absq; seminis foris subministra*[...] *adminiculo.* Quibus argumentis hanc confi[...] met, vide ibid. Videturque & S. Literarum se[...] tentiæ, & divinæ admirandæ providentiæ, [...] ipsi naturali experientiæ consona. *Terra*, inqui[...] *è profundissimo puteo extracta, tenuissimè cribr*[...] *ta, in turris altissimæ fastigio asservata, ad qua*[...] *neq; venti, neq; aquæ vis semina advehere vale*[...] *nihilominus plantas è penu suo producit.* Sanè [...] Scriptura divinæ benedictioni adscribit, ut ster[...] lis fiat fœcunda; & maledictioni, ut fœcund[...] sterilescat. - -- *Has leges æternaq; fœdera cert*[...] *imposuit Natura locis*, Virgil. 1. Georgic. Prim[...] illa vox DEI, *Germinet terra ex sese! Naturæ le*[...] *est, quæ terris in ævum remansit*, Ambros. 4. He[...] xaëm. &c. Recurret deinceps hoc Problema.

Quæst. 5. *An ergò herbæ omnes cum semine, e*[...] *arbores cum fructibus creatæ?* Certum quod al[...] quæ, jam tùm & cibum necessariæ, Genes. [...] v. 29. & 2. v. 9. 17. Non omnes simul: Qu[...] Deus omnia facit in tempore suo, Eccl. 3. 11. Ne[...] que enim, sive vere conditus est Mundus, siv[...] autumno, sine multiplici miraculo omnia extr[...] tempus suum vel semen vel fructus edere, & u[...] tra tempus suum habere potuerunt. Deus Crea[...] tor ut absoluta potentiâ suâ rerum Naturam in[...] stituit; sic Sapientiâ suâ ordinem legemque pe[...] petuam constituit, juxta quam suis quæque loc[...] & temporibus nasci deberent & denasci, Gene[...] 8. v. 22.

Quæst[...]

Quæſt. 6. *An quadam planta ſteriles?* Neg. o-
nes vel ſemen, vel fructum cum ſemine, vel ali-
id ἀνάλογον proferunt.

Quæſt. 7. *An & fungi, boleti, muſcus, viſcum*
id genus creata? Dubium expediendum eſt
o: an talia plantæ ſint, licet imperfectæ? an
tiùs plantarum vitia, & excrementa, in cauſſis
is producta? Sunt in his tot & tanta Divinæ
pientiæ miracula, ut nihil invideant quibus-
m perfectis plantis, nec minori terræ matri or-
mento ſint, aut homini Protoplaſto Spectacu-
eſſe potuerint. Eò pertinet 8. *An etiam vene-*
ta planta & ſpina, ut in roſſis, producta? Ne-
bant aliqui veterum, ut Baſilius, Auguſtinus:
d affirmatur tutiùs, vide Voët. p. 663. & cita-
s. Denique 9. *de Plantis aquaticis* ſupervacu-
n eſt quærere: nam etſi aquis innatent & nu-
iantur, terra tamen gignit.

CAP. IV.

Cauſſa ſecunda naturales.

IN ordinariâ productione DEI Miniſtra eſt *Natura*; Naturæ adjutrix & æmula *ars*.
aturales cauſſas primæ ſubordinatas exponit
cus apud Hoſeam elegans, cap. 2. v. 21. 22.
ımmam Hieronymus: *Poſtquam Chriſtus adve-*
rit, omnia ſuo current ordine, & utilitati homi-
m cuncta deſerviet creatura, ut ab initio con-
ta eſt: qua omnia Judæi & noſtri Judaizantes,
ſt Antichriſtum, in fine Mundi, corporaliter
praſto-

præstolantur. Et erit in die illâ, dicit Dominus, exaudiam 1. cœlos, 2. & illi exaudient terram, 3. terra exaudiet triticum, vinum, & oleum: 4. hæc exaudient Jezrahel; id est, *semen Di* dispersum olim, nunc in Christo recollectu Hæc est Catena illa Homerica: quam Pla *Solem* solum vult intelligi, *cujus motu & περιφο omnia vivant, & consistant; at si stet ipse vel ligatus, omnia corrumpantur, & pessum eant*, ἄνω κάτω, in Theæteto. Hoseas noster divinitùs i dicat motorem, orbes, orbiumque inter se n xum, indigentiam & desiderium. *Motor* Dei est. *Nam sine DEO & superno nutu, nec cœlu aliquando imbres in terram demittet, nec ter fructus suos omittet*, Cyrillus h. l. Movet itaqu Deus per potentissimam, præsentissimam, sapien tissimam & liberrimam παντεπο-ψίαν ἢ διοίκησι quâ perrenni quodam influxu caussas creatas, i suo esse & operari, conservat, dirigit, dispensa aut & cùm vult impedit, mutat, tollit: ut sin illis ipse liberè negat, quod vult; hæ sine ipso nu quam quicquam. David, Psal. 104. 29. 30. totu hoc tribuit *divino adspectui*, & vivificis quasi oc lis, ut ibi Calvinus; *& Spiritui*, quem Spirit Dei, qui totus vita est, rebus creatis vitalem con municat: non per partitionem, velut

-- *divinæ particulam auræ*,

ut delirabant Manichæi; sed *caussaliter*, efficien do per continuam quandam creationem, Acto 17. 28. &c.

2. Inter *orbes* caussarum secundarum conca tenatos, 1. est *Cœlum*, quod exaudit Deus, ut ex audia

diat terram. Quonam modo? per Pluvias
pondent plerique Interpp. *Mandabo cælis, ut*
ttant pluviam suam super terram, Chaldæus.
elum caussa universalis est, calorem & humo-
n vitalem impertiens: Caloris effector inpri-
s Sol est: humorem maximè dispensat Luna.
lor patris, humor matris in generatione vi-
n tenet, vide Deuter. 33. v. 14. Hinc *Solem*,
trâ gestantem gratias & arcum cum sagittis
strâ; *Lunam* verò πολύμαστον, *multimammiam*;
gebant veteres. Hi ergò Cœli Siderumque
ctus sunt, ad fœcundandam Terram. Eoque
tinent non tantùm Ros, Pluvia, Nix; verùm
am venti, & tempestates: à cœlo quidem, sed
n absolutè; verùm exaudiente Deo, Jerem. 14.
2. Omnia tàm benedictioni divinæ inservi-
tia, quàm versis vicibus etiam maledictione.
m ut Valerius Flaccus

-- *omnia circum*
Prona, parata Deo, ventiq; imbresq; nivesq;, &c.

ò, ut cùm Papinio dicam:

Servit & astrorum velox chorus, & vaga servit
Luna, nec injussa toties redit orbita Lucis.

ac. 40. v. 30. & seqq.

3. Spectant hæc *ad S. Meteorologiam*; quam
nam nobis aliquam daret naturæ Scripturæq;
anorum conscius. Nam quò nobis Aristote-
, nisi serviat Mosi & Prophetis? Inspergam hìc
qua, sed obiter. Solum Judææ omnem suam
cunditatem cœlo ferè debebat & tempestivis
oribus. Nam erat qualis Ægyptus, ubi in hor-
& agros, ad irrigandum, ducendi erant, ma-

gno

gno cum labore, *fulci aquarii*, *quos nonnulli c*
ces vocant, vide Atrium meum num. 445. Itaq
in Ægypto Tellus;

--- nullos postulat imbres,
Arida nec pluvio supplicat herba Jovi,

Tibullus. Nilo fœcundatur

--- cœloq; vacante
Terrestrem pluviam diffusus porrigit amnis.

Alcimus Avitus. vide Deuter. 11. v. 10. Jud
itaque cœlum respiciebat & Deum. Sic *Aterg*
tis Assyriorum Dea respiciebat *Adadum* su
versis sursum radiis; ille deorsum inclinabat r
dios suos, Macrobius 1. Saturn. c. 23. Hic m
tuus est cœli & terræ adspectus, hoc illud æth
ris & terræ conjugium. Si de cœlo nihil illiqu
retur, nec Judæa *biberet aquam de cœli pluv*
Deut. 11. v. 11. siccitate omnia terrâ nata em
riebantur. *In his locis*, *in quibus nunc degim*
ait Hieronymus, *præter parvos fontes*, *omnes*
sternarum aquæ sunt : *& si imbres divina ira*
spenderit, *majus sitis quàm famis periculum est*,
Amos. cap 4. v. 7.

4. Inde Judæa igitur à Cœlo exspectabat r
rem & pluviam. *Ros* gratissimus, quia ad æstum
ardorem Solis mitigandum maximè necessari
Esa. 18. 4. Dan. 3. 50. Sirac. 18. 16. Proverbio
cebatur; *Ros super herbam*, Deut. 32. 1. Ose. 14
Mich. 5. 7. Est autem alius *nocturnus*, *gutta*
ctis, Cant. 5. v. 3. Catullo in Pervigilio:

Humor ille quem serenis astra rorant noctibu

alius *matutinus*, *filius Auroræ*, Psalm. 110. 3.

Alcmane Lyrico, *Aëris & Lunæ*, Macrob. 7.
urn. circa fin. & Plutarchus in Sympoſ. l. 3.
æſt. ult. qui quoniam à Sole ſuperveniente
orbetur, *pro re evanidâ* poni ſolet, Oſe. 6. 5.
3. 4. Dixi plura in S. Analect. Volum. 2. *Plu-*
Judææ tempeſtiva duplex, *matutina & ſero-*
a, juxta Vulgat. πρώϊμος, ὄψιμος, LXX. Ja-
. 5. 7. Jerem. 5. 24. Oſe. 6. 3. Joël. 2. 25.
nos. 4. 6. Zachar. 10. 1. Verùm non ita plu-
matutina intelligi debet, ut ros: hinc enim
empore diei: quomodo Dores vocant πρῶκα,
pud Theocritum: Πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέτ-
rore veſcitur ut Cicada. Ita Latini *pruinam,*
e ros eſt concretus frigore; quaſi πρώϊνην. Illa
ò à tempore ſementis. Nam *matutina*, D.
hero, Früh-Regen / poſt jactam ſementem
t autumnalis, גשם *Geſchem* dicta, & cum
theto יורה *Jore*, terram quaſi erudiens; ut
lkòſch, contrà quæ *fruge novâ*, juxta Symma-
antagoniſtam Prudentium,

Conceptas tenero ſolidaret lacte medullas:

potiùs; terram ad ſemina maceranda hume-
bat [*matutina pluvia*, eamq; germinantibus
riebat, ne ſub aridis ſoli cruſtis ſuffocarentur:
otina, vernalis, Hebræis & Chaldæis לקיש *La-*
h & Malkoſch, q. d. *tarda, ſerò veniens*, aut *ſti-*
us implens, ex *Male* & *Kaſch*, quæ ante meſ-
grana faciebat turgeſcere. Plura de his in
lem dixi, cap. 2. & aliàs.

. Cœli *orbem* ſequitur 2. *Terra*, quæ magna
ter & omniparens audit; quæq; concepta ſe-
mina

mina utero fovet, cœleſtique calore & hum
fœta ac fota vim vegetabilem excitat & alit, po
quam ---- *fœcundis Imbribus Æther conjugis
læta gremium deſcendit.* Hinc jam 3. *Orbis v
getabilium*, inter quæ tria maximè neceſſaria, *V
num, oleum, triticum.* Hæc igitur exaudita à te
râ matre, viciſſim exaudiunt homines, eorum
votis reſpondent. Quod faciunt *in ſuis ſemi
bus*, quibus non tantùm materia & forma, ſed
efficiens aliqua fructuum cauſſa ineſt, univo
quâ naturæ ſuæ congeneres producant, in uſu
animalium. Supereſt 4. *orbis horum*, in quo de
nit hæc catena, & cujus cauſſâ cæteri moventu
ut in hoc quieſcant. *Finis* tamen motus *homi*
ſunt, & *inprimis fideles*, *Jezrahel* dicti. Un
etam apparet mutua *indigentia & deſiderium*:

--- *alterius nam*
Altera poſcit opem res, & conjurat amicè:

Nam & animantia alimoniam quærunt à ter
fructibus: hi à matre Terrâ: Terra verò Cœ
quaſi ſupplicat, quo habitu *ſtatuam Telluris Jo
Pluvio ſupplicantis* habet Pauſanias in Attic
Cœlum verò Deum quaſi invocat, qui ſolus *Sch
dai* αὐτάρκης omnia ſufficit omnibus, nullius in
gus ſibique ſolus ſufficiens.

6. Hic igitur *Cauſſarum nexus* eſt: de quib
Theophraſtus l. 2. de Cauſſ. Plantar. cap. 1. & ſec
usque ad 10. *Eligendi & benè colendi agri rat
quatuor rebus conſtat*; *aëre, aquâ, induſtriâ*, Pal
dius l. 1. de Re Ruſt. tit. 2. & ſeqq. Cato con
derare jubet *ſalubritatem cœli & ubertatem ſ*
& Virgil.

Ven

-- *Ventos & varium cœli perdiscere morem.*
n ut Catullus:
-- *mulcent auræ, firmat Sol, educat imber.*
il tamen omnia sine DEO, qui solus omnia
est & facit in omnibus & singulis, per omnia
ingula ut vult, ac quando vult, etiam sine
nibus & singulis, ut præter naturæ seriem.
est, qui cœlo dat influentiam, & vim agendi
æc inferiora: Ille, *qui vocat aquas maris*, qui
arissimas æthereo calore suspensas excolat &
uat, in dulcem pluviarum saporem; instar
dicinalis cucurbitæ, quæ calore superioris
i humorem & sanguinem sursum trahit, ut ait
ron. in Amos. 5. v. 8. *quiq; eas* aquas, *in nubi-*
ut in sinu suo, Job. 26. 8. Prov. 30. 4. *ligatas*,
e nubes *lagenæ, & utres cœlorum*, Job. 38. 37.
ndit super terræ faciem: emisso Noto, humi-
vento, quem ideò Hieronymus vocat *Pin-*
nam pluviarum, cui
--- *rorant pennæq; sinusq;*,
Utq; manu latè pendentia nubila pressit;
it fragor, & densi funduntur ab æquore nymbi,
d. 1. Metam. Ita cœlum imbribus quasi gra-
um amat se exonerare, & eos effundere in ter-
, Aristot. Ethic. 8. cap. 2. & vicissim dixit Eu-
des, ἐρᾷν ὄμβρον γαῖαν ξηρανθεῖσαν, *terram aridam*
siticulosam amare pluvias. Sic apud Coint.
rn. l. 1. v. 65. ἀλωαὶ ἐελδόμεναι Διὸς ὕδωρ, *arva*
derare Jovis aquam, dicuntur.
. Quæri hîc potest, 1. *An plantæ aliæ aliis*
is, Planetis inprimis, subjectæ sint? Esse quan-
n Sympathiam inter sidera & plantas, respectu

qualitatum, quâ manifeſtarum, quâ occultaru
non negandum : Sed has certis Numinibus q
ſidereis eſſe ſacras,à quibus illæ vim capiant &
ficaciam,pagana videtur ſuperſtitio, ex antiq
ſimâ, Ἀϛρολατρεία orta : nec in Chriſtiano Phi
ſopho toleranda. 2. *An Zephyrus animam in*
ret plantarum ſeminibus? Plinius ait: *Marit*
eo viviſcentia è terra: ut & equæ ex Hiſpania. I
inquit, *eſt genitalis ſpiritus mundi, à fovendo dic*
Favonius. Flat ab occaſu Æquinoctiali, Ver
choat: catulitionem vocant ruſtici: geſtiente na
râ accipere eoq; animam inferente omnibus ſa
lib. 16. cap. 25. Falſum hoc eſſe, niſi commodè
terpretemur, mox diſcemus. Eſt tamen aëris,
jus agitatio venti ſunt, vis in eliciendis plantis
aperiendo terræ gremium, deniq; in proveh
do, recreando, defendendo terrâ nata, manifeſ
Sin accidat intemperies, peſtem & perniciem
fert: nec aliunde frequentiores plantarum m
bi & interitus, de quibus ſuo loco. Atq; hoc
Cœlum illud, in quo nubes, *pars expanſi*, in S.
teris, Cant. 4. 16. Apocal. 7. v. 1. 3. Amos. 4
Hagg. 1. v. 10. 11. Hoſ. 13. 15. Joël. 1. 19.
Eccl. 11. 4. Sic Zephyrus humore & calore te
perato terram aperit, & confovet; ut catulire
cipiat, pronaq; fiat ad parturiendum & apta, d
vim vegetabilem ſuſcitat. Unde *flores* ἄνθη ἀε
Sap. 2. 7. Zephyri & *Terræ filii.* Confer Eze
37. v. 9. 10. Eurus contrà, Zephyro oppoſit
adurit & exſiccat, peſtis & pernicies plantaru
Ezech. 17. v. 10. & 19. v. 12. Jonæ, cap. 4. v. 7
De catulitione Cantic. 2. v. 11. 13.

8.

8. *De Terra qualitatibus*, Virgilius 2. Georg.
ex eo Laurembergius, lib. 1.Horti culturæ cap.
Veteres item Varro l. 1. cap. 9. & Columella
. capp. 1. & 2. & Palladius l. 1. cap. 5. & alii.
gnoſcuntur, viſu, guſtu, olfactu, & tactu. *Opti-*
nigra, aut miſti coloris, *quæq́; frequens herbis*,
fertilis ubere; dulcis, ſuavem odorem exhalans;
guis & glutinoſa, & quæ picis in morem ad di-
os lenteſcit. *Non bona*; alba, nuda, ſalſa aut
ara, ingrati odoris, macra, ſicca, frigida. Nec
c ignota S. Scriptoribus noſtris. Mentionem
iunt rubræ, ſuaveolentis, pinguis, lapidoſæ,
æ amaræ, malè olidæ, ſiccæ, aridæ, &c. De
ore terræ benedictæ locusque eſt elegans Ge-
. 27. v. 27. *Ecce odor filii mei, ſicut odor agri*
ni, cui benedixit Dominus; ita Vulgatus, ut
X. ὡς ὀσμὴ ἀγρῦ πλήρους, fragrantibus ſcilicet
bis & floribus referti, *Bonfrerius*. Sed vox
ni redundat, *ut notat Amama in cenſurâ Vulg.*
f. Nam in Hebræo eſt tantum vox שדה *Sade*,
n campum & paſcuum, quàm arvum & ſati-
n, cultúmque ſignificans. Videtur itaque ru-
â ſimilitudine reſpicere bonus colonus Iſaac,
halitum illum divinum, quem terra benedicta
ittit, cùm à ſiccitate continuâ imbre immadue-
ex Sole conceptum, cui comparari nulla ſuavi-
poſſit, Plinius l. 17. cap. 5. Nam & tunc be-
lici à DEO dicitur, cùm tempeſtivos imbres
litùs ſuperfundit. Verùm hæc tantùm exem-
gratiâ. Habet Sacræ veræq; Phyſiologiæ Stu-
ſus, ubi ſe exerceat.

CAP. V.

De Caussis artificialibus.

1. A*Rs* quæ naturam adjuvat & æmulatu γεωργικὴ est vel γεωπονική. Pulcherrimu argumentum, si quis è S. literis exponat. N summas ducemus lineas. *Auctor* ejus Deus e qui terram cum plantis creavit & conservat; cu turam ejus homini mandavit, Genes. 2. 15. cap 3. v. 17. 23. ipse rationem inspiravit & docu Esa. 28. 26. Dan. 2. 20. laboribusque benedic Psl. 107. 37. 1. Cor. 3. 7.

2. DEI συνεργὸς *Colonus* est, 1. Cor. 3. v. עבר ארמה *Obed adama*, cultor terræ, Gen 4. 2. אכר *Ikkar*, fortè à fodiendo, γεωργὸς ἀ τῆς, Jerem. 51. 23. יגב *Jogeb*, à *jegeb*, agro, 2. Re 25. 12. נטע *Note*, plantator, Jerem. 31. 5. ם *Corem*, ἀμπελουργὸς, vinitor, Joël. 1. v. 11. κηπουρ hortulanus, olitor, Joh. 20. 15. &c. Tales fu runt & Patriarchæ antiquissimi, & ipsi quando Reges, Eccl. 2. 4. 1. Reg. 21. 2. Paralip. 26. 1 &c. *Requisita*; *scientia*, quid quoque tempo agendum sit? Habent enim omnia tempus suur Eccl. 3. v. 2. & ut Boethius ait:

Quicquid certum deserit ordinem,
Lætos non habet exitus.

Industria, labor sudorque, nihil procrastinand *Arator nisi incurvus prævaricatur*, vetus lex e apud Plin. & *Res agrestis insidiosissima est cuncta ti*, apud Columell. Genes. 3. v. 17. 19. Eccles. 1

v.

5. *Spes & Patientia*, Jacob. 5. v. 7. *Spes alit* *ricolas*, *spes sulcis credit aratis semina*, &c. ec sunt, *veneficia illa Furii Cresini*, Plinius l.18.). 6. De his plura *Cornarius de Vite viniferâ*.
3. *Instrumentorum* tria genera, *vocale*, *semi-cale*, *mutum*, vide Atrium meum Latinit. cap. num. 807. *Vocale*, operarii, mercenarii, cum præfecto, ἀγρονόμῳ, Genes. 14. 14. Job. 1. 3. tth. 20. 1. Jac. 5. 4. 1. Paralipom. 28. v. 26. 28. ut. 2. 5. ubi & Josephus. *Semivocale*, boves tores, vitulæ triturantes, & id genus, 1. Cor. 7. 9. *Mutum*, supellex rustica, de quâ Palla- s lib. 1. Tit. 43. & Atrium cit. cap. 31. & 32. S. Scriptura passim.
4. *Opera rustica* varia; ut arare, 1. Reg. 19. proscindere, aperire, occare, sarrire, Esa. 28. 24. ere, metere, triturare, ibid. transponere, so- n præparare, & q. verrere, elapidando, & pa- iando, Esa. 5. 2. & 57. 14. Psalm. 80. 10. pan- e malleolos, demittere taleas, ut poni solent ces, Ezech. 17. 5. novellare, Jerem. 4. 3. Ho- 10. 11. 12. irrigare per areolas, ductis elici- , Ezech. 17. 7. 10. fœdere, ablaqueare, sterco- e, Luc. 13. 8. sarculare, putare, Esa. 5. 6. & 25. Levit. 25. 3. aridos palmites defringere, olligere, Es. 27. 6. 13. Joh. 15. 6. spicilegium ere, Rhut. 2. v. 2. fœnum secare, Psalm. 37. 2. 129. 3. eruncare, evellere, eradicare, Jerem. o. Matth. 13. 28. & quæ ad messem spectant, ut. & Matth. ll. cit. Joël. 3. 13. Apocal. 14. 15. e ad trituram, Levit. 26. 5. Esa. 21. 10. & 30. & 41. 15. Amos. 9. 9. Matth. 3. 12. Luc.

 22. 31.

22. 31. 1. Cor. 9. 9. quæ ad vindemiam, Esa. 16 c. 65. 8. &c. quæ ad olivationem & pomorum co lectionem, Deuter. 24. 20. Esa. 24. 13. & 17. Jer. 24. 1. Amos. 8. 1. Nahum 3. 12. aliaq; id g nus plurima; ubi & memorabiles historiæ, rit ac mores, & inprimis elegantissimæ similitu nes, atq; Emblemata rustica sine numero. Arg menti varietas, jucunditas, utilitas, jure meri que invitare debeat ad tractandum. Res indig adeò fastidiri S. Literarum plenitudinem ad randam!

5. *Objectum circa quod* Terra est; *proximu* agri, prata, Vineæ, horti: ubi considerari possu natura loci, conditio situs, partes, fructus & re tus, singularis culturæ ratio, &c. v. g. *Locus* vel frugifer, vel sterilis, vel pestilens, Luc. 8. 8. De 32. 32. *Situs* in planicie, in collibus, ad aquas, E 5. 2. Cant. 4. 6. &c. *Partes* sepimenta, sulci, lir areolæ, Marc. 12. 1. Ps. 129. 3. Ose. 12. 12. Cant. 5. Ezech. 17. 7. *Fructus* ad sementis mensuram n rarò centuplus, ut Gen. 26. 12. qualis in agris Leo tinis Siciliæ, alibi Plin. l. 5. cap. 4. & lib. 18. cap. 1 *Nuper in Belgio nostro juxta Liram Brabantiæ u bem, & uno sementis grano, collectæ sunt spi quinquaginta tres, è quibus grana 2295. expre sunt*, ait Bonfrerius in Exod. cap. 3. v. 8. Veru hæc aliis memoranda relinquemus.

6. *Effecta* & inde commoda agriculturæ su cum divinâ benedictione *proxima*; Vinũ, oleu triticum, linum; inde annonæ copia, & pabuli, v riaque emolumenta per totam vitam animale Prov. 12. 11. & 27. 26. cap. 28. 19. Ose. 2. 8. &

Cur pabula animalium sponte suâ nascuntur; nenta hominum non sine curâ & labore? an quia nina graminis & pabuli, cum pluviis cœlo de- ttuntur? ut Anaxagoras & Theophrastus puta- it, de quo suo mox loco, vide Gen. 3. 17. Noluit us hominem otiari: *Non passus torpere gravi regna veterno.* --- Vendit sua dona labore! le Bodinum Theatr. Nat. l. 3. p. 273.

An arte & curâ novæ produci possint plantarum ries? Negat Danæus Tract. 3. Phys. Christ. . 70. p. 124. Facilis est transmutatio planta- n. Caussam indagabimus posteà.

Hinc artis hujus *dignitas, utilitas, necessitas*, & a *adjuncta*: quò etiam pertinent *Rei rusticæ le- & privilegia*: ut jura illa Divina: ne quis aret ve & asino junctis: ne vinea aliis conseratur ninibus; ne ager unus diversis: ne quis come- t de fructibus arborum incircumcisarum, du- nte earum præputio; ne lucus plantetur juxta are Domini: de Terræ Sabbatho; ut pauperi- s & viduis aliquis in agro vineâve, in messe vel ndemiâ, relinquatur angulus: Si quadrupes uperiem fecerit, aut alius quis damnum dede- : de immunitate ruricolarum in bello; de non standis arboretis, & id genus aliis, Levit. 19. 9. 19. 23. cap. 25. 3. & seqq. cap. 23. 21. Deut. 16. & 22. 9. 10. & 24. 19. 21. Exod. 22. 5. Deut. 20. . 6. 19. de his *D. Hottingerus de Jure Hebræor.* alii Interpp. Verùm hæc obiter: quæ si quis plicare & illustrare velit, magnum conficiet lumen, maximo cum bono Sacras amantium teras.

CAP. VI.

De Plantarum materiâ & formâ, sive de SEMINE.

1. OMnes plantæ naturaliter producuntur ſemine aliquo : etiam quæ per propa[g]nes radicum ſe multiplicant, quibus vis ſemina & vita per traducem ineſt. Eſt autem *ſemen* co[r]pus naturale, vivum per ſe, quâ tale eſt, actu p[ri]mo, in potentiâ propinquâ ut ſit planta. Itaq[ue] in ſemine eſt *materia* plantæ, *& formâ*; quæ ſemen actuat, ut ſit, quod eſt; & animat, ut fi[at] quod nondum eſt. Ita in ſemine non tantum [e]ſt materia, ex quâ plantæ; ſed etiam anima, p[er] quam ſemen eſt, & cauſſa organica, & quaſi a[r]tifex, à quo plantæ formantur : vide Scalig[er] Exercit. 6. ſect. 7. & ſeqq. & Exercit. 268.

2. Dicitur זרע à *Zarà*, ſerendo, ut σπέρμ[α] & ſemen, quaſi *ſerimen*. Varroni tamen, *qu[aſi] ſemiplanta : quia non planè id eſt, quod inde e[t]* 4. de L. L. Non tantùm *collectivè* uſurpatur [de] pluribus, ſed etiam *individuè*, ut κόκκον σίτε ſi[n]gulare, 1. Cor. 15. 37. 38. ita Galat. 3. 16. N[e]que caret numero plurali vocabulum Hebr[ai]cum. Ipſi Thalmudiſtæ triplicia זרעונין *Zerom[in]* ſemina diſtinguunt, annonæ, leguminum, [&] hortenſia, apud Buxtorff.

3. *Cauſſa Efficiens prima*, DEUS eſt, qui [in] Creatione vim ſementandi omnibus plantis in[di]dit, Gen. 1. v. 11. & adhuc ſemen dat ſeminan[ti], illudq́; multiplicat, ut ſufficiant ſementes, & a[li]ment

nta, 2. Cor. 9. 10. Gen. 26. 12. efficitq; *corpus*
mini suum, id est, *naturæ suæ*, juxta Syrum, scil.
γεννησόμενον, quod ex semine naturaliter prodit,
tamen, *ut voluit* DEUS, qui naturam liberâ vo-
ntate instituit & conservat, 1. Cor. 15. 37. 38.
4. *Caussæ Secundæ*, ut supra, Cœlum & Ter-
, Ose. 2. 22. *An hinc* αὐτομάτως *plantæ nullo ja-*
semine? Videtur affirmari, Marc. 4. v. 28.
τομάτη ἡ γῆ καρποφορεῖ. Verùm hoc opponitur
minum curæ & sollicitudini, v. 27. Neq; favet
iias, cùm ait: *Terram fœcundari pluviis, ut*
ferat semen, cap. 55. v. 10. Nam de genera-
ne univocâ fit sermo, quâ pluviis fota & exci-
a terra semen conceptum in plantam trans-
itat, & ex plantâ iterùm semen producit. Ma-
tamen urget, quod Propheta ad literam agit
Regeneratione Spirituali; ut per allegoriam à
neratione naturali, Apostolus; 1. Petr. 1. v. 23.
. & Dominus ipse, Luc. 8. v. 11. 15. At hic
erbum DEI & pluvia est & semen, quod cum
uviâ de cœlo venit. Sic Theophrastus obser-
t *per aërem, perq; aquarum eluviones, semina,*
è advehi, ac non rarò naturas eorum latitare,
salicis, ulmi, thymi. Hac latente seminum na-
râ fit, ut & plantæ subinde aliæ in alias mu-
ntur, & animalia ex seipsis gignant: non o-
nis generis promiscuè, sed cognata, ut docet
aliger Exerc. 59. sect. 2. Sed & hæc generatio
ivocè fit, non sine semine: undecunq; illud ad-
niat.

5. Contrarium docere experientiam putant:
l terram enim tenuissimè cribratam, ex pro-

fundiſſimo puteo extractam, in turris altiſſir faſtigio aſſervatam, neque venti,neque aquæ advehere ſemina valet: nihilominùs tamen pla tas è ſinu ſuo producit, obſervante Laurembe lib. I. Horti cult. cap. 14. Addit argumentum majori: *Si absq; prajacto ſemine,per putredine animalia è tellure progigni ſæpenumero conting quidni plantis idem uſu veniat?* Repetit Jonſt nus, ut dixi cap. 3. num. 4. quæſt. 4. Sanè, q omnia viva ex ſemine ſuo univocè naſci pugna in nodos inexplicabiles ſe induere videntur. U de *vermis in Jonæ Ricino?* cap. 4. v. 7. Creatu dices? non nego, ſed addo: non ſine natu adminiculo, aut ex nihilo: nec Vocabulum H braicum וימן *Vajman*, creationem ſignificat, conſtitutionem, præparationem. *Omnia habe vermem ſuum*, ait Auguſtinus: Plantæ, fructu frumenta, legumina, radices, ſcapi, ſemina, lign ſingula ſui generis peculiarem: ipſi homines verſi generis, aliis aliisque partibus corpor acaros, tænias, lumbricos, lendes, pediculos. L pis Scoticus duriſſimus herbeſcit, & in ſilicib reperiuntur vivi bufones, docui Theologiæ Sym bol. cap. 146. & 198. Neque tamen talia pro ſùs ſine ſemine; quanquam non ex ſuo univo dicto ſemine; ſed ex latente aliquo, per putref ctionem orto in materiâ diſpoſitâ, & animato d vinâ benedictione: quæ à principio terræ ha vim indidit, non ſemper, ſed hîc & nunc exſ rendam, concurrente cœlo. Qualia non act à DEO producta diximus, ſed in ſuis cauſſis, cap quæſt. 7. Verùm hæc Phyſicis relinquamus, vi

interi

erim Voëtj Disp. de Creat. Part. 8. Tomo 1.
ect. p. 727. & ibi citat.

5. *Materia & forma* seminum *specifica* varia
Itaq; etiam accidentibus & propriis differunt,
q; adeò quidvis ex quovis nasci potest. Alia
ma est coriandri, Exod. 16. 31. alia Sinapi,
tth. 13. 32. non tantùm specifica, quâ sunt,
od sunt, naturâ & indole propriâ; sed etiam
identalis, quâ alia semina magna, parva, mi-
na; oblonga, rotunda, angulosa; foliacea, ca-
iculata, &c. vide Atrium meum Latin. num.
4. ex Plinii lib. 19. c. 7. Differunt etiam *partibus
terialibus*, de quibus cap. 2. suprà. Earum ἀνα-
ίαν cum partibus humani corporis, eleganter
plicat Laurembergius l. cit. cap. 12. ut vel hâc
ione Platonici rectè dixerint: *Plantam esse ho-
nem quasi inversum.*

7. *Forma verò generica* anima vegetativa est,
æ est spiritus quidam à DEO creatus, Psal. 104.
30. in quo est δύναμις ζωτικὴ, facultas vivifica,
r quam plantæ & nascuntur, & quædam quot-
nis renascuntur, nutriuntur, crescunt, vitæq;
e munia perficiunt, divinâ ordinatione. Per
nc formam *semen verè bonum* dicitur, Matth.
24. *semen veritatis*, Jerem. 2. 21. perfectum suo
nere, & vivum: ut mortuum, quod vel compu-
uit, Joël. 1. 17. vel exaruit, Matth. 13. 6. &c.
nc φθαρτὸν, quod mori potest, 1. Petr. 1. 23.
vivere planta, & senescere, & mori dicun-
r, Cicer. 5. de Finib. occidi, Psalm. 78. 47.
ri & reviviscere, Job. 14. 7. 8. Esa. 6. 13.

8. Hinc

8. Hinc Quæſtiones: 1. *An ſeminibus anim infit actu?* Reſp. Actu ad eſſe ſuum, ut ſit ſem quodque verum, non cadaver quaſi ſeminis: p teſtate, ad eſſe ſpeciei, ut ex ſe producat pla tam, Scaliger Exercit. 6. cit. At Apoſtolus ai *Semen non vivificatur, niſi mortuum fuerit pri* 1. Cor. 15. 36. Reſp. Mori dicitur, cùm deſir eſſe; non ſimpliciter, ſed quod erat, ſcilicet ſ men: vivificari contrà, cùm incipit eſſe; n ſimpliciter, ſed quod non erat, ſcilicet plant Nam verè & ſimpliciter mortuum, vivificari n quit, vitamque actu ſecundo exſerere, niſi mi culo; cùm actu primo non inſit.

2. *An eadem anima in ſemine & in plant* Reſp. Eadem: ut quanquam ſemen nondum planta actu, tamen ſit poteſtate. Nam & ſen ne, ut Apoſtolus dixit modò, mortuo & mutat quoad formam corporeitatis ſuæ, transit in r dices, & germina, ipſaque ſibi aptat corp aliud, proprium pro ingenio ſuo, divinâ bene ctione.

3. *Ubi ſit anima?* Reſp. *Seminum*, non in t gumento ſive involucro, in quo velut utero cla duntur; neq; in externis corpuſculi ornament quibus quaſi amicitur multiformibus; ſed *in co de*, in nucleo ejusq; ſucco: quo extincto ſteril ſcunt. At *plantarum*, etſi per omnes partes d fuſa ſit, ſedem tamen principalem habet, magis habitat, vel in radice, vel in ſtirpe; unde alit atque aliter cæteris ſe partibus communicat; avulſæ vel vitam ſervent & ſe propagent; v paulò poſt amittant & tabeſcant. Eſt enim m

teri

ialis hæc anima, & divisibilis. Hinc vitium
lleoli, salicum *talea*, olearum *surculi* insititii
scunt, Psalm. 80. Ezech. 17. Rom. 11. &c. de
bus in Arboreto. In quibusdam diu latet ani-
, nullo exteriùs accedente alimento, suo sibi
co vivens, ut regerminent quasi mortuæ, &
ut miraculo: attuli exempla de *Clavâ Hercu-*
& Hastâ Romuli; ibid. in explicatione *Virgæ*
ronicæ; & alia: vide *de Oleâ* ib. cap. 38. p. 499.
apud Jonstonum in Præfat. Dendrograph.
. 6.

. *An in unâ planta plures animæ?* Resp. Una
cifica actu, quæ tamen in alias & alias formas
nsmutari apta sit. Hinc plantarum degenera-
, de quo suo loco mox.

. *An sexus insit?* Resp. ἀναλόγως. Omnibus
generandi inest, Genes. 1. 11. Virium, fæcun-
atisve respectu, aliisq; de conditionibus, quæ-
n masculinæ dicuntur, quædam fœmininæ,
æ aliquando *masculescere*, Plin. l. 18. c. 13.
stot. 1. de Plant. c. 7.

. *An & sensus?* vide Plutarch. de Placitis Phi-
& in Arboreto cap. 1. *Odor aquæ*, Job. 14. 9.
uitur per προσωποποιΐαν. Sed hæc obiter.

CAP. VII.

De communibus Plantarum affectionibus.

ACcidunt plantis, ex effectu spiritus sui vitalis, de quo modò dictum, *Germi-*

natio,

natio, Augmentatio, Perfectio : & ex ejusdem fectu *corruptio*.

2. *Germinatio* βλάστησις, quod Hebræis צמח *Zamach*, pullulare, פרח *Parach*, germinare tribuitur.

1. *Semini* cùm rumpitur, & prima sursum ac orsum emittit germina, rudimenta radicis stirpis, wenn der Same keimet/auffgehet/Esa. 11. Marc. 4. 27.

2. *Radici*, cùm ἄνω φύουσα protrudit stirpes & sculos, Hebr. 12. 15. Deut. 29. 18.

3. *Plantis ipsis*, ut cùm in ficu grossi appare & in vite florente, non sine grato odore, principia uvarum, סמדר *Semadar*, Hebræis, Ca 2. 13. & 7. 12.

3. Estq; vel naturalis, quando insitus calor ritus vegetantis, ab ambiente calore terræ ex tatus, quem è cœlo terra concepit, incipit trah & combibere humorem, quo fœcundata semi vel radices, vel plantæ, ruptis folliculis aut co cibus suis, fœtum suum protrudunt, Job. 14 Cant. 2. 11. Hebr. 6. 7. vel miraculosa, cujus empla Gen. 1. v. 11. Num. 17. 8.

4. *Augmentatio*, αὔξησις, fit, quando plan succo terræ alimentoso, quem foris impeller calore cœlesti naturaliter si tiunt & hauriu Ose. 2. 21. Esa. 35. 7. cap. 44. 3. cap. 53. 2. Joël. 1. &c. per poros radicum & fibras accepto, insit suâ crescunt, & pro ingenio gemmas, flores, fr & frondes edunt, Marc. 4. l. c. Sic pluvia dicit גדל *gadal*, μεγαλύνειν, arbores, Esa. 44. 14. H

שגה *Sagà* augescere, Job. 8. 11. Psal. 92. 13.
le & שגשג *Sigseg*, crescere fecit, Esa. 17. 11.
aculosum exemplum Jonæ cap. 4.

5. Sequitur *Perfectio*, ἀπαρτισμὸς, quando jam
ctus pariunt plantæ & semina. Quod virili
ssi earum ætati competit. Nam cùm germi-
t, infantia est: cùm crescunt, adolescentia: se-
tur tandem Senectus, quæ & ipsa tamen non
sterilis, Job. 14. 9. & Psalm. 92. cit.

Manè puer flos est, mediâ Vir tempore Lucis,
Denique sub noctem, Sole cadente, senex.

de Tripolio fertur manè album habere flo-
n, meridie purpureum, vesperi phœniceum,
d Dioscoridem. Fabulosum ait esse Dodo-
us: non tamen repugnare simpliciter veritati,
florum colores unico subinde die mutentur, l.
Pemtade 3. cap. 22. Sic Ausonius:

Quàm longa una dies, ætas tàm longa rosarum;
Quas pubescentes juncta senecta premit.
Quam modò nascentem rutilus conspexit Eous,
Hanc rediens sero vespere vidit anum.

6. *Corruptio* alia accidit semini, alia plantis &
s: mortem imitatur. *Semina* moriuntur, vel
aliter, per vitæ extinctionem, Esa. 15. 6. Joël.
17. &c. vel *ex parte*, per transmutationem
uralem; vel per alterationem, præter natu-
n; vel per suspensionem actus secundi.

Naturâ moritur semen tritici, quando *trans-
tatur* in segetem, ut ex 1. Cor. 15. 36. dictum.
in Bombyce moritur eruca, & fit bombylius,
inde

inde renaſcitur in Necydalo. Plinius, l. 10.cap.2
Quare Paulinus piè de Obitu Celſi:

Cuncta reſurgendi ſpeciem meditantur, in om
Corpore, & in terris germina, & aſtra polo.

7. *Alterantur* ſemina, vel vitio ſpiritus inſi vel cœli ſoliq; differentiâ, vel curâ aut incuriâ c lentium, aliisq; de cauſſis: unde degenerant, alias producunt ſpecies, aut qualitatibus ſanè di ferentes. Sic ex tritico fit lolium, ex hordeo æg lops, Matth. 13. v. 25. etiamſi nemo ſerat.

Vidi lecta diu, & multa ſpectata labore,
Degenerare tamen, Virgil. 1. Georgic.

Deprehenſum, Triticum Wittebergæ ſatum tert anno degenerâſſe in ſecale: Hoc autem in Thuri giâ ſatum tertio anno mutatum in triticum, La rembergius ex Manlio, lib. 1. Horti cult. cap. 1 ubi multa. Adde Ariſtot. lib. 1. de Plant. cap. Theophraſt. l. 2. de Cauſſ. Plantar. cap. 18. ſeqq. Nieremberg. l. 6. Hiſtor. Nat. cap. 21. ſeq. Sic ex Vite fit labruſca, ex Oleâ Oleaſte Eſa. 5. 4. Jerem. 2. 21. Rom. 11. 17. Sic E 34. 13.

Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Miraculoſæ transmutationis exemplum dec mus in Arboreto, ex Eſa. 55. 13. quod tamen in πε τάσι ſpectat ad artificialem. Curâ enim huma pro ſpinis & rubis educantur arbores utiles: ſ divino beneficio fit, ut ſteriles & noxiæ ment quaſi ſentes, mutentur in arbores juſtitiæ. S homines in arbores transformant fabulæ Poët rum; qui & viciſſim homines producunt ex cav arborum, ex duris lapidibus, ex formicis, &c.

8. *Pla*

8. *Plantarum* corruptio non absimilis est, a partialis, alia totalis : utraque vel ab extra, cælo, ventis, terrâ, feris, hominibus; vel ab in-,ex defectu spiritus vegetantis,& morbis,qua- sunt σβέσις, μάρανσις, & alia contraria mox di-nda : quædam tamen reviviscunt & regermi-nt,ut ex Job. 14. 9. Dan. 4. 12. 13. ll. cit. Ari-t. l. 1. de Plant. capp. 1. & 2. &c.

Mors hæc, reparatio vitæ est!
Sic semina sicca virescunt,
Jam mortua jamq́ sepulta:
Qui reddita cespite ab imo,
Veteres meditantur aristas!

canit Prudentius Cathemer. 10. & Tertullia-s de Judicio Domini:

Arida sic vacuis redduntur semina terris,
Et penitùs fixis putrescunt mortua sulcis:
Nonne animatur & hinc reparatis culmus ari-stis?
Atq; iterum vivis flavescunt fortia granis?
Consurguntq; novæ, vario cum fœnore messes?

CAP. VIII.

Plantarum finis & usus.

PLantæ creatæ sunt propter DEUM, mundum, animalia, homines : Scilicet 1. *ad gloriam*, cujus potentiam, sapientiam, boni-tem mirificè concelebrant, Psalm. 148. 9. *ad mundi perfectionem* & ornatum. Terra ao similis, *Tohu vabohu*, informis & inornata, get sine plantis, Jerem. 4. 23. 28. Hose. 4. 3.

Joël. 1. 10. 12. &c. *Turpis sine gramine camp* *& sine fronde nemus.*

3. *ad animalium*, hominum inprimis multi cem *usum.*

2. *Usus* ille vel sacer est, vel profanus. *Sacer* *Physicus*, ex ipsâ naturâ ejusque contemplatio vel *theticus*, ex lege aliquâ positivâ. Ipsa natu inspectio ad Creatoris laudem invitat. Ita l dant, cùm nos ad laudandum exsuscitant, Dan Fragm. v. 73. 75. Docentque varia, de DEI cu primis beneficiis, nostrisque debitis officiis, J 12. 7. 8. Matth. 6. 28. Quare passim, ad myste fidei illustranda, à Spiritu Sancto in S. Literis ducuntur, ut Joh. 15. v. 1. & 8. Qualia multa *Arboreto.*

3. Tritum est Virgilii ænigma Bucolicum

Dic quibus in terris, inscripti nomina Regum
Nascantur Flores.

Hyacynthos esse Grammatici ferè conspirant appellant Lilia purpurea, quorum folia, ni quibusdam sparsa punctulis, literarum quæ rudimenta ostendunt. Hinc Theocritus vocat γραπτὰν ὑάκινθον, *scriptam hyacinthum.* Sic O dius ænigma videtur exposuisse, etsi ad aliam bulam retulit, 10. Metamorphos. ubi Apollo:

Ipse suos gemitus foliis inscribit, & ai, ai,
Flos habet inscriptum, funestaq; litera ducta

Nam alii primas nominis Ajacis literas appar putant. Pulchrior est piorum quorundam ob vatio; in quodam genere Cotyledonis, γῆς ὀμ λόν, *Venerisve umbilicum* vocant, *à figurâ*; flosc candidis, minutissimis sanguineis punctulis

ptum reperiri, nomē Tetragramaton, JEHO-
A! Verissimè dixeris; notis in conspicuis illud
are in quolibet seminis granulo, florū apiculo.
. *Ex divinâ Lege* sunt plantarum quarundam
ructuum *Decimæ*, Exod. 22. 29. Deut. 14. 22.
hem. 13. 5. &c. *Primitiæ* item & *fructus primiti-*
Exod. 34. 26. Lev. 2. 12. 14. c. 23. 10. Num. 18. 12.
8. 26. Deut. 26. 2. Prov. 3. 9. &c. Quæ quodam-
dò jus Naturæ attingunt & Gentium quoque
ribus recepta fuerunt. Adde usum Ceremo-
em in oblationibus & libaminibus, *Minchà*
Nesech, vocant Hebræi, Gen. 4. 3. Levit. 2. &
im. Pertinent eodem festarum frondium ge-
nina, & coronæ Deorum, & φυλλοβολία, & alia,
quibus plura *in Arboreto*.
. *Usus profanus* est communis. Ita *profanare*
eam, v. g. est post initiationem ex Sacrâ com-
nem facere, Lev. 19. 23. 25. Deut. 20. v. 5. 6. &
v. 30. Jer. 31. 5. Neque licebat in Terrâ San-
populo vesci de fructibus arborum *durante*
um præputio, & ante annum tertium à planta-
ne exactum, vide D. Hottinger. Jus Hebr. Legē
. de Proventu quarti anni, & L. 251. de non
ndo præputio.
. Est autem usus hic plantarum, aliis homini
n bestiis *communis*, alius *peculiaris*. Communis
lcam, ad medicinam, ad habitacula: peculiaris
estimenta, ornamenta, instrumenta, & alia,
, *inquit Lauremb. in Præloq.* à plantis hominem
pere pleraque omnia, quorum vitæ indiget
: seu vivendum sit simpliciter, seu commodè,
voluptuosè: Nimirum humana imbecillitas

opus habet, 1. Cibo, 2. Potu, 3. Medicament
4. Amictu, 5. Habitatione, 6. Suppellectili, 7. N
vigiis, 8. Oblectamentis sensuum & animi. N
hil horum est, quod plantæ nobis de suo penu n
largiantur. Quod postea pluribus exsequitur,
& ante *Joh. Bapt. Porta Neapolit. lib. 1. Villæ*
capp. 1. & seqq.

7. Commendat hunc multiplicem usum
Scriptura passim. *De Cibo & Potu*, Gen. 1. v. 29.
Psalm. 104. 14. Hinc arbores fructiparæ Hebr
עץ מאכל *Ez Maocal*, lignum cibi, Levit. 19.
Deut. 20. v. 19. Herbarum tamen, & grami
esus jumentis & feris proprius, Dan. 4. 29. ve
olerum pauperibus, Genes. 3. 18. Prov. 15. 17
frugalibus, Rom. 14. 2. Quo pertinent ol
Prophetarum, ut 2. Reg. 4. 39. & legumina I
nielis ac sociorum, cap. 1. v. 12. & similia. De
pis Genistarum dixi in Arboreto. De melle in
boribus, & *de acridibus*, cibo S. Johannis Ba
stæ, multa Interpp. Matth. 3. v. 4.

8. *De Medicinâ*, nam, ut canit Macer:

Escas antiquis hortus dabat, & medicinas
passim quoque S. Literæ, 2. Reg. 20. 7. Genes.
1. 3. Luc. 23. 56. Johann. 19. 39. Jerem. 8.
Sap. 16. 12. Sirac. 38. 4. Varia remedia ab a
malibus reperta, usui futura & homini, descr
Plinius lib. 8. capp. 26. & 27. *Cervus sag*
transfixus, scit sibi dictamno medendum: Him
do pullos novit oculare Chelidoniâ. Peccator e
mologesin præteribit? Tertull. de Pœnit. De hi
Sacrâ Pharmaceuticâ, & Diætetica dicendum
set, de quâ nonnulla Alstedius in Encyclop
Biblicâ, sect. 48. 9.

9. *De habitaculis*, non eſt dubium quin pri- homines ſub arboribus habitârint, rudesque nde ſibi ex frondibus fecerint caſas, Geneſ. 3. & 4. 20. & 9. 21. & 12. 8. & 13. 5. Sic Paſto- & pecuarii, Eſa. 38. 12. & vulgò libenter ſub e, ficu, oleâ, aliisque umbroſis arboribus. de Feſtivitas annua Tabernaculorum, de quâ Arboreto. Pertinet huc, quæ ad *S. Architecto-am* ſpectant, & *Naupegian*, vide dicta in rio meo Latin. cap. 48. Sic & in arboribus ni- antur aves, ſub iis ſtabulatur feræ, Pſalm. 4. 12. Ezech. 17. 23. & 31. 6. Dan. 4. 12. Matth. 13. verſ. 32. ubi & apum alvearia, .7. 19.

10. *De Veſtimentis*, ex foliis arborum, Gen. .ex lino, lanâq; quæ & ipſa ex plantis, ex ſerico, sque, de coronis & ſertis, florum odorumque iculis, Cant. 1. 13. Sap. 2. v. 8. &c. paſſim. Nec *na, inſtrumenta, utenſilia*, magnamq; partem anæ ruſticæque ſuppellectilis enumerare lu- . *Cremia*, arida & tenuia ligna, Pſal. 102. v. 4. id Vulgat. Interp. & Columellam l. 12. cap. 19. uæ arbores facilè ignem concipiant, inter ſe ritæ, Seneca 2. Quæſt. Nat. cap. 22. Atrium tum num. 47. Eſa. 44. 14. 15. & alia nota, dicta- ſunt in Arboreto.

1. Neq; *Abuſus* minùs latè patet: ad luxum, um, voluptates illicitas, ſuperſtitionem, & lolatriam. Hinc arbores Diis conſecratæ, Luci ana Deorum, ſimulachra, Deut. 16. 21. 22. Eſa. 13. Hoſe. 4. 12. 13. ubi & de *Xylomantiâ*, divina- nis ſpecie, ut Deut. 8. 11. Ezech. 21, 21. de quâ

 Delrio

Delrio l. 4. Disquil. Magic. cap. 2. quæst. 7. sect
Verùm hæc præfunctoriè : quæ si quis exsec
vellet justum volumen facilè conficeret.

CAP. IX.

De Plantarum accidentibus, & inde differentiâ.

1. ACcidentia plantarum, quibus inter se d ferunt, alia *externa* sunt & sensui obv ut color, odor, sapor : alia *interna*, quæ ra usu & experientiâ deprehendit, ut sunt variæ larum facultates & vires.

2. *Color* varius est: *Albent* virgæ frondium corticatæ, Gen. 30. 37. rami à locustis arrosi, Jo 1. 7. semen coriandri, Exod. 16. 31. Seges matu ad messem, Joh. 4. 35. & inprimis liliorum ca thi, stantibus in medio aureis crocis, ut vinc argenteam Salomonis trabeam, candore; & au intexta lilia, Matth. 6. 29.

Flavet, rubetve potiùs, vinum in vitro, Pro 23. 31. Esa. 63. 2. *purpurat* sanguis vermicul cocco expressus, Esa. 1. 18. *Aurea* sunt quæd poma, Citria, Aurantia, Chrysomela, & quod di tur Pomum amoris, Prov. 25. 11. *Puniceum* fragmen mali Punici, Cant. 4. 3. & 6. 6. Flor varietas infinita, εὐπρέπειαν τοῦ προσώπου, elegan vocat S. Jacob. cap. 1. v. 11. *Viriditas* commu est: ut in arboribus foris, ἠχλοερότης, & intùs, ἠλει της, *Arist. 2. de Plant. c. 8.* initium in plantis om bus Colorum, τὸ ποῶδες, color herbaceus, *Id. de*

Nullius coloris gratior oculis adſpectus eſt, m cùm terrâ viridi ſegete, quaſi Smaragdinâ icâ, amicitur, Sir. 40. v. 22. *Plin. l. 37. c. 1.*

. *Mutantur* colores plantarum, cum ætate & emento, tàm integris, quàm in partibus, fo- floribus, fructibus; mirifico naturæ luſu. Sic s in germine viret, in culmo flaveſcit, in ſpicis ſcit. Uvæ, prunæ, & id genus fructus alii, pri- ποώδεις herbacei, mox ἐπιφοινικίζουσι; demum ufo tranſeunt in purpureum, aut nigrantem, *ſtot. de Color. cap. 2. & 5.*

. *Cauſſa* iſtius tàm varietatis, quam variatio- vulgò poni ſolet, partim in elementorum tiformi contemperatione, partim in humoris nentarii diſpari concoctione, *Ariſtot. l. cit. Da- s Phyſ. Chriſt. Tract. 3. c. 58. Scalig. Exerc. 325.* . 8. Sed hic rectè affirmat; *miſera eſſe ingenia, ab elementis colorem, non à formarum faculta- s elicerent*, Exerc. 176. & Ariſtoteles ipſe ait: res cùm maturuerunt, mutari, εἰς τὸ κατὰ φύσιν μα. Plinius fatetur, *inenarrabilem eſſe florum tilitatem: quando nulli poteſt facilius eſſe loqui, m rerum natura pingere*, l. 21. c. 1. Ad Sapien- n & Providentiam Cauſſæ primæ nos reſpice- ubet Dominus noſter, Matth. 6. v. 28. 30. DEUS, uit, DEUS eſt --- *qui pingit flores, & veſtit lilia npi. Quis enim alius artifex*, ait Ambroſ. l. 3. xaëm. c. 8. *Poſſit tantam rerum ſingularum ex- mere venuſtatem?* Naturæ benignitatem mi- ur in his Columella l. 3. c. 21. nos Dei, cujus neficio tot floribus ver, tot undiq; *verſicolori- pomis gravidus collucet autumnus.*

5. Ita ad DEUM quoq; & Naturam DEI mi
ſtram referendæ ſunt, quæ in plantis appare
ſignaturæ dictæ: quæ vel in ſuccorum tinctu
vel in plantarum partiumq; figurâ, aut ſimilib
conſiderantur. Sic *Mandragoram*, de quâ G
neſ. 30. 14. ex formâ radicis *ſemihominem* app
lavit Columella l. 10. Pythagoras ἀνθρωπόμορφ
*An ex ejusmodi Characteriſmis plantarum natu
& facultates medicæ cognoſci poſſint*? Noſtri ſec
hoc inventum, aut verius commentum eſſe,
Dodonæus, & multis probat, Pemtade 1. lib.
cap. 11. Ludit natura cùm putamina nucum ad h
mani cranii; cùm caſtanearum involucra
echinorum inſtar fingit. Antirrhinon flore cla
ſo os ranæ, aperto rictum Leonis refert: Capit
lum foraminoſum, in quo ſemina, canini aut vit
lini capitis ſimilitudinem habet: hinc nomi
βυκράνιον, πιθήκιον, κυνοκεφάλαιον, &

--- *hiantis ſæva Leonis ora.*

6. *Odorum ſaporumq;* eadem ratio eſt. Su
viter olent agri, Gen. 27. 29. & aromata, Jer. 6.
Lilia item & flos vitis, Cant. 2. 13. &. 17. 13. &
Dulcem fructum fert ficus, & malus, Judic. 9.
Cant. 2. 3. Amaræ ſunt agreſtes lactucæ, Exo
12. 8. & uvæ labruſcæ, Deut. 32. 32. Jerem 31.
Ezech. 18. 2. abſynthia quoque Proverb. 5. 4.
alia. *Eſurienti amara fiunt dulcia*, Proverb. 27
Optimum enim condimentum eſt fames. Sic *d
cia vertere in amara, nigra in candida*, Provert
dicitur, Eſa. 5. 20. Soli tamen cœlique bonita
multa miteſcunt, accedente culturâ: ut mala P
ni

:a in Ciliciâ : & Perseæ arboris in Ægypto, *nslata oblita nocendi*, de quâ melioratione ieophrastus l. 2. de Cauff. Plant. cap. 18. & q.

7. *De caussis saporum odorumve*, Aristotel. de int. 2. cap. 10. & Danæus l. cit. Scaliger rectè xit; *odorem esse rem divinam*, Exerc. 104 sect. 4. *cidit à formâ*, inquit, *quemadmodum & color figura*, Exerc. 141. sect. 1. Sæpiusque reprendit *istos*, ut ait, *materiales. qui ducunt omnia à mis qualitatibus*, Exerc. 298. sect. 8. *Cur uvæ matura acerbo, maturæ dulci sapore sint?* ut Jen. 31. 29. *Cur folia ficus amarissima, fructu ni- dulcius?* ut Judic. 9. 11. *Cur coriandri semen viter oleat, folia pessimè?* ut Exod. 16. 31. jucun- sunt problemata. *An licitum sit naturas plan- um arte adulterare, & transformare?* ut v. gr. asus ferat uvas, persica poma amygdala, geni- rosas luteas. Bodinus negat: nam *naturam enuam sic turpissimâ servitute depravari*, aitq; tari lege Divinâ, Deut. 22. v. 9. Non credo. Vide c & alia apud eum Theatr. Nat. l. 3. p. 289. eqq.

8. *De Facultatibus* agunt Medici, ut Dodo- us l. cit. & Neander in Syllogâ Phys. p. 1. pag. 3. aliæ *alimentosæ* sunt, quæ substantiam au- nt; aliæ *medicamentosæ*, quæ alterant qualita- : Quædam ex manifestis viribus, quædam ex cultâ naturæ proprietate. *Deleterium* est Cicu- Deut. 29. 18. homini, sturnis pabulum est. Ita

--- *nobis veratrum est acre venenum,*
At capris adipes & coturnicibus auget,

 Lucre-

Lucretius l. 4 de uvis deletetiis vide Deut. 32
31. de Colocynthide, 2. Reg. 4. 39. ad πειάμματ
ſpectant coronæ ex roſis, contra fuligines ex cra
pulâ, Sap. 2. 8.

9. *De Sympathiâ & Antipathiâ*, Sir. cap. 33. 15
& ex eo Valleſius de S. Philoſoph. c. 75. Sic ami
citiæ cauſsâ plantatur ficus in vineis, Luc. 13. 6. *D*
occultis qualitatibus multa narrantur vulgò, no
tantùm falsa, ſed & ſuperſtitioſa, & Magica: ut
quod carmine quodam admurmurato planta
quædam, aut ſub certo ſiderum adſpectu colle
ctæ, majorem acquirant efficaciam: *ruta* ſaga
arceat & Dæmonas: *Scilla* in limine ſuſpenſa do
mum à veneficiis tueatur: *Æthiopide* herba, addi
to carmine, clauſtra reſerentur: Qualia mult
apud Bodinum l. cit. & Matthiol. in Dioſcoride
Præfat. ac Epiſt. Nuncupator. Refutat nonnull
Scaliger Exerc. 344. & alibi. Confer Delrii Di
quiſ. Mag. l. 1. c. 3. quæſt. & l. 2. quæſt. 9. & l.
cap. 2. ſect. 2. quæſt. 3. ubi de remediis natural
bus contra maleficia. *An venena à Deo creata*
& quâ de cauſsâ? Bodinus l. c. p. 287. 293. Vo
tius de Creatione p. 663.

10. *An Braſſica oderit vitem?* Negat Laurem
l. 1. Horti cult. c. 11. & ad Rheni vitiferos coll
aliud teſtantur oculi, ubi inter vites braſſicæ lu
xuriant frequentiſſimæ. Poſſet quis ſuſpicari, e
veterum perſuaſione, impium Regem Achabu
vineam Nabothi vertere voluiſſe in hortum ol
rum, excifis puta vitibus, ne nocerent, 1. Reg. 21.
Nam *Gan Jarak*, non eſt *hortus viridis* odorife
ut putat Sanctius, ib. Sed vilis, at *utilis culin*
quale

alem Romani agricolæ *alteram succidiam* ap-
labant, *plebis macellum*, in Atrio meo c.31. Ole-
us autem, quo cucumeres, pepones, cucurbitæ,
taria, & alia pertinent, etiam hodiè delectan-
Syri, nec in hortis eorum aliquid studiosius
atur. Talia vitibus inimica esse, manifestâ ra-
ne constat; quod succum intercipiant.

CAP. X.

De Loco & Tempore.

NAscuntur plantæ communiter *in Terrâ*, Genes. 1.29. & copiosè quidem gramen,
b.5.25. Psal.72. 16. --- *Quod nutrit gramina*
lus. Hinc aliæ *in agris*, Gen 3.18. Matth.6.30.
æ *in silvis*, Psal.96.12. aliæ *in desertis* & siticu-
is locis, Esa.35.1. cap.41.19. exsuccæ & steriles,
quæ *ad aquas*, contrà Jer.17.6.8. Ps.1.3. quæ-
m *in paludibus*, Job.8.11.12. *in montibus*, Psal.
7.8. *in hortis*, Eccl.2.5.1. Reg.21.2. Luc.13.19.
de Proverbium:

--- *riguo formosior horto*, Num 24.6.

2. Sed & *in ipso mari*. Sic *in rubro* miraculo
evisse dicitur, sub pedibus Israëlitarum, χλοηφόρον
δίον. *campus germinans*, Sap.19.7. *An verè?* Ne-
nt aliqui, ut Jansenius, & figuratè accipiunt,
r hyperbolen: alii affirmant, & plures.

Prosilit herbosus violento è gurgite campus.

d quomodo? *an Loci naturâ*? Quia in mari ru-
o frequentes silvæ, Plinius l.13. cap.25. Pa-
m mare in novo orbe, sic implicitum herbis
rentibus, ut navigari nequeat, Majolus Col-
loq.

loq. 10. At tùm non fuiſſet *via* Iſraëlitarum i mari *ſine impedimento*, Sap. l. cit. nec apparuiſſ dicuntur arbores ac frutices, ſed herbæ, qu molle ſtratum præberent. Ergone *miraculum i miraculo*? Negat Pineda multis, l. 4. de Reb. Sa lom. cap. 14. ubi de hæc quæſtione, pro & con trà. At Auctor Sapientiæ, ſi quis attendat, o mninò videtur triplex prædicare miraculum: Quod *Terra*, tot ſeculis alto maris tecta, repent *arida apparuerit*: 2. quod *omnia* Scopulorun rupiumque, ſilvarum & dumetorum *remota fu rint impedimenta*: 3. quod *campus apparueri* ubi ſperare nequiverit, *herbiger*, creſcens ſu transeuntium pedibus, ſeq; calcari ſtupens qua & gaudens. *Primum* verè miraculum: *alterum* divino conſilio accidit, ut illâc mare aperueri ubi transitum dare facilem poſſet: *Tertium* no infrequens. Certum tamen Auctorem, Rabb nicas ſubinde traditiones ſecutum, multa σεμν per hyperbolen, aut auxeſin, in majus ext liſſe.

3. *De plantis aquaticis* vide Dodonæum Pem 4. l. 5. & Ariſtot. de Plant. 2. cap. 4. qui etiam *in calidis aquis* naſci docet, & *è duris lapidibu* cap. 5. de lapide fungifero, Scaliger Exerc. 13 de Scotico herbaſcente, Cardanus & in Ace râ Philolog. meâ. *De Loto Ægyptiâ*, quæ occ dente Sole ſe contrahat, caputque totum ſu aquâ condat, orienteque emergat iterum, & explicet Ruellius, Matthiolus, Dodonæus, i primis Proſper Alpinus in Exot. & Ægypt. Veslingius in Obſervat. Nymphææ ſpeciem eſ

doc

cet Athanasius Kircherus in Obelisco Pam-
yl. l. 4. Hierogramm. 19. De eâ Proclus: *Lo-
s folia complicat ante Solis exortum; oriente eo
ullatim explicat, usq; dùm medium cœli culmen
tigerit: cùm verò ad occasum declinat, paulla-
n iterùm contrahitur*, de Sacrif. & Mag. Hinc
li Sacra fuit. *Deum sequere!* vetus Verbum
:. *Cur quædam plantæ se cum Sole circumagant?*
t accessu ejus se aperiant, discessu claudant?
qu rit Theophrastus l. 2. de Causs. cap. 25. ubi
am de Loto.

4. Viruit, floruitq; *Rubus in igne*, Exod. 3. 3. ma-
re miraculo, quàm quod Achilles Statius refert:
*eam, apud Tyrios, loco sacro, & muro septo, ramos
fundere inter flammas innoxias, quas Soli na-
ra emittat*: Subtiles scilicet, & quæ materiam
pasci nequeant, vide Acerram meam l. 1. num.
9. & S. Analect. Volum. 2. l. 3. cap. 4. Quin
in nivibus crescere flores, easq; perrumpere
cet Aristotel. l. c. cap. 3. Quales sub ipsâ bru-
ì videmus in hortis nostris. Nasci herbis *in
raconum dorsis*, & in Cetorum, ex Bustamantio
bet Nieremberg. l. 1. c. 10. *Spicam farris in
so cujusdam mulieris exortam pullulâsse, & ru-
m floribus coronatum in abdomine*, aliaq; Jon-
nus in Præfat. Dendrograph.

5. *Non omnis fert omnia Tellus.* Frustrà est
i rupes, qui Saxa, qui *non profecturis littora bo-
s arat*, Amos. 6. 13.

*Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus alibi; atq; injussa virescunt
amina*, Virgil. 1. Georgic. Habet etiam quæq;

regio

regio propria sua quædam bona: *æternâ:* ut Ider *naturæ lege*: quæ alibi aut nulla, aut rara, aut nc æquè perfecta. Sic *Cedri Libani*, Psalm. 92. v. 1 *Rosæ Saronis*, Cant. 2. 1. *Vites & Balsamum Enge. di*, Cant. 1. 14. &c. celebrantur.

6. Sic quoque *omnia tempus habent*, Gen. 8. 2 Eccl. 3. 2.

Tempora sunt florum, retinet sua tempora mess.
Sic iterum spisso vestitur gramine campus.
Omnia dat, tollit, minuitq́ volatile tempus.
Ver, æstas, autumnus, hiems, redit annus in a
num:
Omnia cùm redeant, homini sua non redit æta

S. Columbanus ad Sethum. *Quæ semina quoto a erumpant*, dixi è Plinio in Atrio Latin. cap. 12. *K kajon Jonæ*, noctis filia fuit, filia noctis periit, ca 4. 20. *Flores natura in diem gignit: magnâ, palàm est, hominum admonitione; quæ spectatissi floreant, celerrimè marcescere*, Plin. 21. cap. 1. S Job. 14. 2. Esa. 40. 6. Psalm. 103. 15. Jac. 1. 12.

7. *Solstitialis velut herba sumus*; Plautus Pseudolo Act. 1. Scen. 1. *Hemerocallis*; cui & *s nas* addidit natura. Nam *ubi uber, ibi tuber*, Ap lejus. *Viret gloria hominis in carne, tanquam f fœni: & quæ putatur sublimis, exigua, quasi her est: præmatura, ut flos: caduca, quasi fœnum*, A brosius in Hexaëm. *Sicut rosa delectat quidem, celeri motu temporis tollitur: ita & libido libet m mentaliter, & fugit perenniter*, Fulgentius Gra Mytho l. l. 2. de Venere, cui rosa sacra habi Nos florem ita carpamus, ut caveamus spin nam ut Petronius:

--- *non omnibus unum est*
Quod placet; hic spinas colligit, ille rosas:
quæramus cœlestia. Τὰ ἐνθαῦτα ἄνθεσιν ἔοικεν
νοῖς : ἐκεῖνα δὲ πέτραις ἀκινήτοις, Chrysosto-
us.

8. Contrà *arboris dies multi*, Esa. 65. 22. de
gno Vitæ accipiunt Interpp. Plinius l. 16. cap.
.. *Vita arborum quarundam*, inquit, *immensa*
di potest. Cur tamen fœcunda brevioris ævi
t, steriles longioris? disputat Theophrastus l. 2.
Causs. c. 15. Sed apud Deum fœcundæ justi-
e fructibus perennes sunt; steriles æternùm
oriuntur.

9. Quæri hic multa possunt: 1. *Cur Deus plan-*
, ante alia, produxerit? Resp. *Ambrosius*: Quia
ous sunt sobrietatis, reliqui deliciarum & lu-
riæ. *Augustinus*: Qui nemo incipit à perfe-
o. Ita DEUS ab imperfectioribus progredi vo-
t ad perfectiora, & desinere in homine perfe-
ssimo. Confer Pelargum in Genes. Danæum
ysicæ Christ. p. 106.

. *Cur prius pecori pabulum creatum, quàm cibus*
mini? Resp. *Ambrosius*: Ut Deus ostenderet,
minima quoque non negligere: & quod etiam
a DEI gratiâ pascuntur, ne quis de suâ sibi
dustriâ & virtute blandiatur, Psalm. 36. 7.
atth. 6. 30.

. *Cur cibus & Paradisi habitaculum ante homi-*
m? Sic hodiè quoq; prospicit paterna Dei cura:
So bald der Mensch sein Leben hat /
Seine Kuche vor ihm staht.
de Calvin, Instit. l. 1, cap. 14. sect. 22.

4. *Cur*

4. *Cur plantæ ante Solem?* Sciant omnes Sol[e] auctorem non esse nascentium. DEI clemen[tia] terram relaxat: DEI indulgentia prorump[ere] facit fructus. Sol junior est herbis, junior fœ[no]. *Ambrof. in Hexaëm 3. cap. 6.* Sciant DEum n[on] alligatum esse caussis secundis; id Moses ipse [do]cet, Genes. 2. vers. 4. 5. Calvinus loc. cit. c. [...] sect. 2.

10. *Quid de temporis certorumq; dierum elect[io]ne in plantando & serendo, ac similibus statu[en]dum?* Resp. *Alia* ex naturâ & ratione nixa est, [...] quâ Eccl. 3. 2. & Rei Rust. Scriptores. Varro l. [...] c. 27. & seqq. Columell. l. 2. c. 8 &c. *Alia* super[sti]tiosa & ἀναιτιαλόγητ☉, Ptolemæo ipsi dicta. H[æc] inter cæteras vanas observationes à DEO pro[hi]bita, Deut. 18. 10. 14. ubi *Meonen* Hebraicè *Pla[ne]tarius est, qui*, ut exponit R. Akiba, *observat [ho]ras & tempora, dicens: hodie pulchrum est egre[di], cras bonum est negotiari.* Hi dies distinguunt [...] *fastos*, faustosque, & infaustos, *nefastos*, ἀποφρά[δας] Ægyptiacos. Putant Ambrosius, Augustinus [&] alii reprehendi vanissimam superstitionem [ab] Apostolo Galat. 4. v. 10. de quâ multa Delrius [...] Disquis. p. 2. quæst. 4. sect. 6. Alex. ab Alex. [...] Gen. Dier. cap. 20. Cornarius de Re Vinitor. [...] cap. 5. p. 369. &c.

11. Sed & in naturali modum tenere pru[den]tiæ est. *Qui* nimis anxiè & curiosè *observat v[en]tum, non seminat*, ait Salomo; jubetq; serere *m[ane] & vesperi*, Eccl. 11. v. 4. 6. Non vetans tamen [ob]servare legitimum *sationis* tempus: Ea *du[plex]* fuit, *autumnalis*, & quasi matutina; *& vern[a]*

otina, Hagg. 2. v.20. ubi Franc. Junius in Not. Delrius in Adag. Sacr. 300. p. 2. ut & Zehne-s Cent. 2. Adag. 44. 45.

Signat tempora, propriis
Aptans officiis Deus!

èthius. *Favonium opperiri lenti est agricolæ*, Co-nella l. 2. cap. 11. Confer Galat. 6. v. 7. 10.

12. *De Prognosticis Agricolarum* idem statuen-m est: alia enim Prognosis *Physica* est, ut Matth. v. 2. 3. alia *superstitiosa*, & vana. Exempla vide ad Plinium l. 18. c. 35. Prognostica tempesta-n describunt Poëtæ. ut Aratus, Cicero, Virgi-s, Avienus & alii. Vide quoq; 1. Reg. 18. 43. 2. Reg. 3. v. 22. Sed hæc ad sacram μετεωρολο-ν spectant.

13. *An & in Mundo futuro, in vitâ æternâ flo-coronarii extituri sint? Ligna vitæ*, Apoc. 22. 2. *arantj*, 1. Petr. 5. 4. & id genus? Affirmat Cor-lius à Lap. in Apocal. l. cit. Sed talia per ana-gen accipi debent. Sic ibi:

Flos perennium rosarum ver agit perpetuum:
Candet lilium, rubescit crocus, sudat balsamum.

que reprehendi debuit ab Aristotele l. 1. de int. cap. 2. quod dixisset Empedocles: *Plantas bere genesin suam in mundo imperfecto, & non-m consummato: post consummationem nihil vi-m amplius generatum iri.* Haustum hoc ex an-uissimâ πατροπαραδότῳ Theologiâ. At Stagi-es noster contemptor τῦ παλαιῦ λόγυ, solam utus rationem, ducem cœcum, rerum omnium nerationem cum mundo statuebat esse æter-m.

CAP. XI.

Contraria Plantarum.

1. DE *Corruptione*, quæ quasi mors est, d ctum cap. 7. n. 6. & seqq. *Caussa prima* e nunc, post lapsum, *maledictio Dei*: peccantiu pœna, ut innumeris S. Scripturæ locis intentat ubi & de caussis impulsivis, de quibus bene Co narius l. 2. cap. 13. Consideranda dicta, Gene 3. 17. Lev. 26. 14. 20. Deut. 28. 16. 18. Esa. 5. 1 Jer. 5 17. Ose. 2. 9. & 9. 2. Joël. 1. 5. & seqq. Amc 4. 1. 7. 9. cap. 5. 11. Mich. 6. 10. Hagg. 1. 10. & 17. 20. & exempla, Exod. 9 24. & 10. 15. 1. Re 17. & 18. 2. Reg. 6. 7. & 8 capp. &c.

2. Epicuræum itaque est, quod Deus μή πράγματα ἔχει, μήτ' ἄλλῳ παρέχει. Quam blasph miam Jobo imputare velle videtur Eliphas, Jo 22. v. 13. 14. Et propè accedit, quod Poëta d xit, ex Stoicorum mente:

Non vacat exiguis rebus adesse Jovi.

Minora Dei negligunt, neq; agellos singuloru nec viticulas persequuntur: nec si uredo, aut gra do quippiam nocuit, id Jovi animadvertend fuit. Nam ne in regnis quidem Reges omnia mi ma curant, Cicero 3. de Nat. Deor. vide ibid. l extremo.

3. Sed & naturæ lex est, à Deo creatore fi ut omnia terrâ orta, occidant. *Nihil tamen fu ditùs interit: unde rectè dicitur, quod ex vitâ m efficiatur, & ex morte vita: quod ex vigore vendi, compositi cujuslibet corporis, fiat usq;*

cei

rta resolutio: & rursùm, in aliam compositionem idem conductis, fiat ex morte reparatio. Marius ctorinus Afer contra Arium lib. 4. Itaque ab o conditu plantis indita vis seminandi, quâ ortuæ reviviscerent, vitamque propagarent rpetuâ successione. Solius hominis privileum fuit, naturale, sed ex gratiâ Creatoris, ne ori posset, nisi peccaret, de quâ Immortalitate lum. Volum. 2. S. Analect.

4. *Caussæ mediæ* vel intra plantas sunt, vel ex. *Intra* ἐξύβρεισις, *luxuria*, apud Theophram, ex abundantiâ humoris & soli ubertate: ...γνσις contrà, ex defectu & exsiccatione: σβέσις, *tinctio* à frigore, &c. Hinc גפן בקק *Gephen ...ek*, vitis frondosa, ὑλομανοῦσα, Symmacho, ...ρ@, Aquilæ. ein verwüster Weinstock / *quæ n putata, in flagella frondesq; luxuriat, & humon, quem debuerat in vina mutare, vanâ fronmac foliorum ambitione disperdit*, Hieronyis, Ose. 10. 1. Ita falx, --- *minuendo auget.* ...θήματα, μαθήματα *Non minuitur persecutioni Ecclesia, sed augetur*, Leo M. Serm. 1. in Nat. . Petri & Pauli. *Cadebantur Ecclesiæ membra, idei fructus crescebat, floremq; proferebat* ἀμάτον, S. Nilus de Adscens. Christi Hom. 2. *Vi enim à Deo & Salvatore Christo plantata, pous ejus est*, S. Justinus M. in Tryphone, &c.

. Hinc ergò varii plantarum *morbi*, vitia, exmenta, mors: *Vermiculatio*, Deut. 28. 39. Jon. . *Clavus, aut fungus*, de quo Joël. 1. v. 7. *posuit m meam Likzapha in spumam*, cùm humor ra-

dicalis crudus, circa imam arborem ſubſidens, tu
bercula excreat Fr. Junius ibid. Plinius l. 17. cap
24. *Defluvium* foliorum & fructuum, Job. 15. 3
Eſa. 34. 4. Jerem. 8. 13. *Tabes*, Jer. 12. 4. Ezecl
17. 10. *aduſtio*, cùm --- *Boreæ penetrabile frigu
adurit*, aut *pruina*, à perurendo dicta, *quod fru
ges & virgulta perurat*, Feſtus, de quâ Sirac. 4
v. 22. 23. de his Theophraſtus paſſim, Ariſtot
les 2. de Plant. cap. 9. Mizaldus de Secretis ho
tor. capp. 2. & ſeqq.

6. *Extra*, Vis cœli, aut alia. *Cœli* quidem du
plex noxia; altera *major* dicta, altera *ſilens*. *Du
genera cœleſtis injuriæ: unum, quod tempeſtat
vocamus, in quibus grandines, procellæ, cætera
ſimilia intelliguntur: quæ cùm acciderint, Vis ma
jor appellatur. Hæc ab horridis ſideribus exeun
velut Arcturo, Orione, Hædis. Alia ſunt illa, qu
ſilente cœlo, ſerenisq́ noctibus fiunt, nullo ſentie
te, niſi cùm facta ſunt. Publica hæc & magn
differentiæ à prioribus: aliis rubiginem, aliis ur
dinem, aliis carbunculum appellantibus; omnib
verò ſterilitatem*, hæc Plinius 18. cap. 28. extr
mo. Eadem repetit C. Cæſius Baſſus, in Ge
manici Aratéa. Mox de cauſſis, injuriæ ſile
tis, aſtralibus diſſerens, & denique addens: *R
dis fuit priſcorum vita & ſine literis, non min
tamen ingenioſam fuiſſe in illis obſervationem a
parebit, quàm nunc eſſe rationem. Tria nan
tempora fructibus metuebant, propter quod inſ
tuerunt ferias, diesq́ feſtos: Robigalia, Floral
Vinalia*, & quæ ſequuntur.

7. Ad *vim majorem* itaque pertinent calan

ɔſæ tempeſtates,fulminei ignes, grandinum la-
ides, venti urentes aut vaſtantes, de quibus in
Meteorologiâ dicendum eſſet,vide Exod.9.22.
ſeqq. Levit.26 19.20. Pſal. 78.45. & 105.32.
ſa.29.6. Ezech. 13.13.& 17.10.& 19.12. Oſe.
3.15.&c. Græci Θεοῦ βίαν, *vim Dei*, vocant, de
ıâ Cajus l.25.§.5. D. de Locat. Gottes Gewalt/
ɔſtri. Tempeſtates in Judæâ crebræ & horren-
e סערות *Saoròth* dictæ, cùm Epitheto magnæ,
ɔn.1.4. & Themaniticæ,*ab Auſtro*, Zach.9.14.
ıem & Poëtæ dixerunt *fulmine pollentem*, Eſa.
.1. Job.9.9. & 37.9. Habac.3.4. Inter ventos
aximè nocens, qui & *urens* vulgato Interpp.
קדים *Kadim* Hebræis,propriè *Orientalis*,*Ventus*
omini, id eſt, magnus & vehemens, noto He-
aiſmo, חרישית *Chariſſith ſilens*; καύσωνα vo-
ınt LXX. Oſe.13.15. Jon.4.8. Jerem.4.11.
ıp.18.17. Ezech.17.10. Job.27.21. Eurus
aque eſt, qui vel *Chariſchit ſilens*, ſubtiliſſimus,
el *Azza fortis*, cum fragore, Exod.14.21. uter-
ıe ſpiritum igneum ſecum ferens : unde & à
hyſicis choleræ comparatur. Verùm hæc obi-
r, quæ in Meteorologiâ pluribus eſſent dedu-
enda.

8. Ad *vim ſilentem* ergò hic Ventus ſpectat,
ſumque nomen ab Hebræis. Eodem alia refe-
nda, ut 1. *Hazzlazal*, Deut.28.40. ubi Vulga-
ıs: *Omnes arbores tuas,& fruges terræ tuæ rubigo*
ɔſumet: LXX. ἡ ἐρυσίβη. Tremellius,*ſideratio*.
Lutherus,das Ungezieffer: Sic Rabbini *locuſtas*
terpretantur, ex vocabuli radice, quod cœlum

 quaſi

quasi nube obumbrent. Favet huic Subject
prædicatum. Nam neq; rubigo arbores absum
nec sideratio propriè fruges terræ; pestes is
utrasque. Itaq; *Hazzlazal*, ad vim silentem co
non pertinebit. Adde, quod *Zal* Thalmudicis cr
pitum aut sonitum significat; qualem edunt *Z*
zelin, crepitacula, labia trementia, & locust
quando agros depascunt, Habac. 3.16. Joël. 2.5. u
Cyrillus & in Comm. meo ante hos annos 23.

9. Spectat potiùs huc 2. *Jerakon, flavedo*, a
rigo, ærugo, rubigo, à colore pallescente. Græ
ἴκτερον, dicunt & ὠχείαν, ὠχείασιν, D. Luther
Brand-Korn / Deut. 28. 22. 1. Reg. 8. 37. Am
4. 9. Hagg. 2. 18. & non multùm differens *ros m*
tutinus viscosus, in æstu, Meelthau / qui à So
mox absumptus, plantas quasi farinâ consper
adurit, Esa. 18. 4. ex versione vernaculâ Luthe
& Ose. 6. 4. de quo in S. Analect. Volum. 2. ut
Ose. 13. 3. Jungitur huic malo 3. *Schiddaphon*
cit. Vulgatus modò *aërem corruptum*, modò *ær*
ginem, modò *ventum urentem* vertit: Græci *ἀ*
μοφθορίαν, πύρωσιν, ἐμπυρισμὸν: Tremellius, *ure*
nem, Lutherus, Dürre. Et eodem pertinet ἀσ
βολισμὸς, σφακελισμὸς, *sideratio*, quando maligno,
ajunt, sidere percussæ radices nigrescunt, ut O
9. 16. De his, ut dixi, accuratiùs agendum in
Meteorologicis.

10. Supersunt calamitates *à brutis*, avibus, i
fectis, hominibus, & malis Dæmonibus, qu
Theophrastus vocat, τὴν ἀπὸ τοῦ Δαίμονος αἰτί
Nota lex Romana XII. Tabb. de iis, qui *fruges e*
cantâssent, pelliciundo avertissent, Plin. 28. cap

& ib

ibid. Dalechamp. De insectis multa dixi ad
oël. capp. 1. & 2. Sæpe etiam *sturnus, ---gra-
lusve raptor*

aut cornix anus, aut aquosus anser,
aut corvus nocuit siticulosus,

in Priapejs. Exempla horum passim in S. Li-
ris, ut Exod. 10. 12. Joël. 1. 4. 6. c. 2. 25. Job. 1.
). 16. Psal. 80. 13. 14. Cant. 2. 15. Esa. 27. 12, 13.
rem. 6. 3. &c.

11. *Remedia* præscribunt Geoponici varia:
agica & superstitiosa multa, Expiationes, Aver-
ncationes, sacrificia, preces, festa, de quibus
ato de Re Rust. capp. 139. & 141. Plin. 18.
p. 28. & seqq. Palladius 1. cap. 35. & recentio-
s Mizoldus de Secretis Hort. Porta lib. 10.
illæ, capp. 7. & seqq.

Hinc mala rubigo, virides ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur & extis.

ecatæ hoc sacrum fuit, id est, Lunæ triformi, à
ıâ ista pestis. Sacrificii canini mentio fit
a. 66. 3.

Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli
Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.

ᵹis ille Tages, haruspicinæ auctor, docebit vel
lus Cicero, 2. de Divinat. De cultu asinorum
lus Natal. Comes, & in S. Analect. Volum. 1.
g. 325. Judæos quoq; caput asini aureum co-
isse, mentitus fuit Appion. Palladius l. c. *Item
uæ calvaria, sed non virginis, intra hortum po-
nda, vel etiam asinæ: creduntur enim præsentiâ
â fœcundare, quæ spectant.* An quia salacia bru-
sunt, & ideo Priapo sacra? addit hujus generis

alia Columella, ex quo hæc, & inter alia *Dard*
nias artes contra erucas, & id genus pestes:

Fœmina, quæ justis tùm demùm operata juven
Legibus, obscœno manat pudibunda cruore, &
Ter circum areolas, & sepem ducitur horti.

Quod & ipsum ex Sacris ortum videtur traxiss
Nihil illo sanguine abominabilius DEO, ut in A
boreto docui ad locum Esa. 64. v. 6. Simulav
itaq; DEI simia Diabolus, sibi quoque abominab
lem esse; fugariq; cum pestibus à se immissis po
se: vide Plin. l. 28. cap. 7. & ante l. 7. cap. 15.

12. Jam olim Israëlitis sceleratos hos mor
affricuerunt vicinæ gentes. Hinc ἀστρολατρε
cultus *Meléchet*, *& Militiæ Cœlestis*, *Priapi*, &
Mensæ item Gad & Meni, Esa. 65. 11. Jerem. 4
17. Ose. 2. 5. Zephan. 1. 5. & alia. Inde hæ
superstitio usque in hanc diem etiam in Eccles
Vidi ipse vicinum, olim hortulo nostro, omn
arbores oneràsse calvariis & ossibus cadaveru
hunc arborator jusserat adscendere, & talia de
mis suspendere, cum ridiculo carmine, in arb
rem sterilem: Wilt du nicht Frucht tragen/so tr
Schelmen-Bein: & ferebat ea, cùm biped
bardumque istum asellum ferret. Neque fu
gus intellexit, se dicterio isto feriri. Sic ol
inter Christianos erant νεφελοδιῶκται & φυλακ
ειοι, anathemate damnati in Concil. Constan
nopol. in Trullo, can. 61. & hodiè, qui temp
states, ut ajunt, alloquuntur, die das Wet
ansprechen. Quales illi χαλαζοφύλακες, apud S
necam 4. Quæst. Nat. cap. 6. Mitto plures *I*
gani

nias, ita dictas, diversis Conciliis damnatas nec
m funditùs extirpatas. *Cura & industria* opti-
: remedia sunt, vide Luc. 13. 8. Esa. 33. 4. *Pæ-
entiam* denique contra ista θεήλατα suadet S.
riptura, ut Joël. 1. cap. toto. Plura Cornarius
. de Re Vinitor. cap. 15. Adde Lauremberg.
. capp. 35. & 36.

Atque hæc *de Plantis* ex S. Literis in univer-
n, nunc quidem breviter dicta sunto. Quæ si
is pro copiâ explicatiùs tradere cupiat, habe-
materiam amplissimam, jucundissimam, &
àm ad S. Scripturæ illustrationem, quàm ad
prudentiam Christianam,
utilissimam.



LIBER SECUNDUS
HERBARIUS
CAP. I.
Herbæ definitio, divisio

Erba eſt planta minor, minusq vivacis naturæ, creſcens in ſuper cie terræ, animalium uſui, per apta ad eorum ſuſtentationem.

Differt itaq; *ab Arbore*, & fruticibus ligno arborum nomine comprehenſis, *proprietatibu* parvitate, vivacitate, ſitus humilitate, & u commoditate.

Eſt autem *diſcrimen* multiplex : v. gr. *Ratio perfectionis*; aliæ ſunt teneræ, naſcentes, creſc tes; aliæ adultæ & ſtatum perfectum adeptæ. *R tione quantitatis*; quædam minores & humili res; quædam proceriores, quæ altiùs ſurgunt, aliquando arboreſcunt. *Ratione qualitatis*, dif runt figurâ, colore, ſapore, odore, facultatib hinc aliæ ſalubres, aliæ noxiæ; aliæ alimentar aliæ medicamentoſæ, aliæ coronariæ; Item *rat ne cauſſæ*, aliæ naturales abſolutè, eæq; ſativæ, a inſativæ; aliæ artificiales, ubi induſtria natur adjuvat: Tùm *ratione ſitus*, agreſtes, ſilveſtr

pa

ustres,hortenses,& id genus. De his libro 1.
is dictum est.

Observationes.

1. *Quodnam sit nomen γενικὸν, apud Hebræos ntarum?* Puto *Zemach*, צמח. *Radix* vocabuli nsitivè & intransitivè significat βλαστάνειν, ἀνα-λειν. Ita de gramine,de frumento,de arboribus rpatur, Gen. 41.6. Exod.10.5. Psal.65.11. & 4.14. Convenit Latinum *Germen*, quasi *geni-n* dictum : nam & *hortorum & frondium ger-na* apud Plinium leguntur, & apud Virgilium:

--- *alienâ ex arbore germen.*

DEus cœlesti igne perdidisse *Zemach haada-ch germen terræ*, & contra *germini benedicere* itur,Gen.19.25. Psal.65.11. De singulari male-tione locus est Hose. 8. v.7. *Culmus stans, non germen: non faciet farinam.* Sensus est,quam-seges in culmum excreverit jam stantem,ta-n non inerit arista: & si erit, tamen inane ca-it farinâ. Hieronymus : *Qui seminant ἀνε-θορα, à vento corrupta semina, quæ medullam habent, quam Græci ἐντεριῶνα vocant, inania cuaq; recipiunt*, ex LXX. sic Ruffinus : *Nulla turæ respondebit industria: nihil fertilitatis fir-tatisq; remanebit*; *ut solet in culmo,cujus proce-us, per aliquam aëris injuriam, spicæ plenitudi-n non creaverit.*

Metaphoricè,*Christus Zemach germen justum*, od Deus se Davidi promittit excitaturum, Jer. 5. & c.33.15. *In tempore illo faciam germinare*

Davidi

Davidi Germen Justitiæ, & faciet judicium, qu rectum est, *& justitiam in terrâ.* Hinc Zach rias: *Ecce adducam servum meum Germen*, qui [se] *Zemach* jam olim dictus est, cap. 3. 8. & cap. v. 12. *Ecce Vir, Zemach Germen nomen ejus.* V gatus: *Ecce Vir, Oriens nomen ejus*, sic LXX. ἀ τολή; sed benè Cyrillus Alex. ibi, in Hebræo e βλάςημα. Chaldæus: *Ecce vir, cujus nomen M sias.* Confer Esa. 4. 2. & 11. 1. & 45. 8. & 53. Quorum locorum collatio ostendit, sic dici, *propter occultum conceptum*: nam ut ex arbo emortuâ, aut terrâ sitienti, præter opinionem supra sensum, germen, rore cœlesti ac plu fœcundante, repentè erumpit, sic ex domo D vidis succisâ, & sterili Virgine, operante Spiri Sancto natus est homo DEI Filius. Quod re *Maximum omnium operum & miraculorum D* dixit Leo Rom. *Opus mirabiliter singulare, singulariter mirabile!* 2. *Propter despectum tum*: Nam tenero germine quid humilius? fi gilius? vide quæ *de Statu Exinanitionis Dom* l. cit. Esaias subtexit, cap. 53. & adde Philipp. 2 Sic Dominus ipse cum *grano se tritici* compa vit, Johann. 12. 24. & *semine sinapi*: quod *n nimum in semine, maximum extat in olere*, ut S. Paulinus Epist. 1. ad Amandum, Matth. 31. Jam 3. *propter ingens incrementum*: Nam tantillo germine quanta succrevit arbor? qu patulis diffusa ramis? quàm gratâ umbrâ? qu fertilis fructu? *de quâ passim in Arboreto*: vide *drum* ibi, & *de Ficu Indicâ in Acerrâ meâ.* Den 4. *propter mirabilem effectum.* Ideò enim *Zema*

q

a non tantùm creſcet ipſe, ſed & *de ſub eo cre-*
e debuit propaginum & ſtolonum innumera
ltitudo,ut apud Zachariam eſt cap. 6. 12. Pul-
rrimum emblema, cui picto germine, quod
ius è cœlo irriget, adſcribi poſſit : *è minimo*
cimum! Fortè *de Sinapi & Ficu* plura dicam,
ſpectantia. Nota : Putabant veterum non
ci Zachariam in cantico ſuo, Luc. 1. v. 78. ad
: vaticinia alluſiſſe : itaque *cum oriente Sole*
iſtum comparârunt. Sed Prophetas *de Ger-*
e locutos manifeſtiſſimum eſt. Sic apud Eze-
lem cap. 16. 7. dicit DEUS, *ſe multiplicâſſe*
ëlem in multa millia, ſicut Zemach, germen
i. Pergamus.

An Moſes rectè plantas diviſerit in duo ge-
a, Herbas & Ligna? Rectiùs, quàm qui in qua-
r, ut lib. 1. dixi cap. 2. ſuprà. Nam *Arbor, fru-*
& ſuffrutex, quod vocabulum primus repe-
Gaz, Latinis φρύγανον *cremium* eſt, ut docet
liger Exercit. 139. lignoſo conſtant cortice:
ba caule, eoq; non omnes, neç perenni. Itaq;
aturâ minores, & vitæ breviores ſunt, ut vel
tannis è ſemine renaſcantur, vel ex radicibus
ropagent, paucis exceptis: cùm cætera duro
nata caudice, & tecta cortice, contra hiemis
rias, etiam in ſecula perennent. Deniq; *ſupra*
ra ſuperficiem creſcere dicuntur Geneſ. 1.29.
tim enim à radice folia fundunt, nec adeò altè
olluntur, & radices non agunt profundas. Ita
vidit DEUS animalium uſui; ut quotannis ha-
ent recens pabulum. Nam quò teneriores
ſunt

ſunt herbæ, eò ſuaviores ferè,ut *fœnum cordu*
& quæ in cibum veniunt vel *radices*, ut rapa,
caules aut capita ut braſſicæ,intra unam æſtat
perficiuntur: alterâ,ſi ſupervixerint,ſemen em
tunt, ac inſipida fiunt. Sed *de uſu* jam ſatis lib
priore. *Quid inter Deſche, Eſeb, Chazir, & Jar*
diſcriminis ſit? ibidem cap. 2. expoſui.

3. Metaphoræ & ſimilia ab herbis: Eucher
Lugdun. l. 1. Formul. Spirit. intelligentiæ, cap
Herba, inquit, *jucunditas quædam proficientis a*
mæ, in Geneſi : producat herbam virentem ter
Item in malam partem: Manè ſicut herba tranſe
Videbimus elegantiora quædam exempla.

Numer. cap. 22. v. 4. *Ita abliguriet*, deglut
hic populus, Judæorum congregatio, *omnes qu*
circuitu noſtro, ſicut bos ירק *Jerek* virorem. *vir*
olus, agri: vel ut Vulgatus; *quomodo bos ſolet h*
bas usq; ad radices carpere. Comparat Moab
cus Rex Populum Iſraëliticum *Bovi* paſcenti;
verò cum ſuis *herbæ teneræ*, in agro, aut pate
campo, creſcenti. Ominatur ſibi ſuisq; *exitiu*
1. Certiſſimum: quid enim obſtet bovi fameli
ne carpat tenerum gramen, ubi neq; ſepes, n
tutamen aliud, neque bubulcus, qui arceat?
Crudeliſſimum. Sciebat enim domitis à ſe G
tibus Iſraëlitas non imponere jugum, ſed fun
tùs eas delere : neque parcere magis poſſe aut
lere, ex præcepto DEI, Deuter. 7. v. 2. qu
herbæ. Addunt *Origenes* Homil. 13. in Nu
ros, & *Auguſtinus* Serm. 93. de Temp. ideò

comparâsse Populum DEI, quòd non tàm
nu, quàm ore & linguâ, per preces, pu-
aret & vinceret: & ideò ad Bileamum con-
isse, ut diris hujus devotationibus Israëlita-
n preces retunderet. *Scriptum est*: quia si-
vitulus in campis ablingit herbam viridem,
populus Israël ablinget populum Ama-
n super terram: *Per quod indicari videtur,*
a populus Dei non tàm manu & armis, quàm
e pugnabat & linguâ, id est, orationem ad
um fundebat. Ergò & tu si vis vincere, au-
Apostolum dicentem: Orationi insistentes & vi-
ntes in eâ. Hæc est Christiani pugna glorio-
ma, non in suis viribus præsumere, sed sem-
Dei auxilium implorare, ita Augustinus.
cherrimum Emblema de Precum victoriâ:
s herbam depascens, sub Sole sereno: cu-
lemma sit; --- *non ense, sed ore!* vide lo-
n Judith cap. 4. vers. 13. Simus modò Bo-
DEI, & erunt hostes omnes velut herba
fœnum.

4. *Vanitas & fugacitas vitæ* rerumq; humana-
n crebrò per herbas ostenditur. Quatuor, ut
co, extant ejus rei similitudines, 2. Reg. 19. v. 26.
unt, inquit Deus, *sicut Eseb gramen agri, &*
rek Désche, olus herbæ, & sicut Chazir herba vi-
s, ut fœnum tectorum, *& uredine corrupta* se-
, dùm messis in herbâ est, *ad facies culmi*, ante
ntem culmum, sic Esa. cap. 37. v. 27. Usus an-
alibus David: Psalm. 37. 2. *Ne succenseas ma-*
nis: Quia sicut Chazir, χόρτος, *gramen fœni*
citer succidentur, & sicut Jarek Désche olus
virens

virens germinis decident, ac marcescent. Et Psl. 90.6. homines *somnio* comparantur, & *chaz gramini, quod manè transit ac mutatur, matuti tempore floret & transit, vesperi resecatur & ar scit.* Sic persecutoribus Ecclesiæ comminatur r pentinum exitium. Psalm. 129. & 6. *Erunt sic Chazir gramen tectorum, quod antequam evell tur*, ehe man es außraufft/non expectatâ evelle tis manu, *exarescit: Quo messor non implet m num, nec sinum*, aut ulnas suas, seine Arme/ q *manipulos colligit*: q. d. ita interituros illos i pios, ut sterilia & inutilia germina, quæ neq demeti solent, neque colligi aut asservari. A priorum mors est, de quâ Job. 5. v. 26. & suo lo Confer Psal. 92. 8. & 102. 5. 12. & 103. 15. *H minis sicut herba dies ejus*, &c. Esa. 40. 6. Mat 6. v. 30. 1. Petr. 1. 24. Jacob. 1. 10. 11. adde eti Job. 8. 12. Habemus hinc materiam variis ex gitantis emblematibus: ut, ex Psalm. 90. *de v brevitate*; pictâ herbâ cum triplici flore, clau aperto, & marcido, delabentibus foliis: Lem sit illud Lucretii l. 2. --- *brevis est hic fruc homullis.* Item ex Psalm. 129. *de Tyrannis*; va gramine picto supra ædium tectum, quod S æstu marceat & exarescat: Lemma sit --- *bre ætas, rara Senectus.* Ex illo Martialis:

Immodicis brevis est ætas, & rara Senectus. Na

Ad Generum Cereris sine cæde & sanguine pa
Descendunt Reges, & siccâ morte Tyranni.
--- Tolluntur in altum, ut lapsu graviore rue

Ergò --- *jam non ad culmina rerum injustos*

ſſe queror, Claudian. in Rufin. Sic Seneca in
ippolyto:

Admota æthereis culmina ſedibus
Duros excipiunt Notos, &c.

in Agamemn.

Quicquid in altum fortuna tulit
Ruitura levat. Modicis rebus longius ævum eſt.

ota autem; *Tecta Syrorum* fuiſſe plana, & apta
ſolandis frugibus: ubi mulieres lini ſtipulas ſic-
re ſolebant, *in contrarium inter ſe verſis faſcium*
cuminibus, ut ſemina in medium caderent, Plin.
. 19. cap. 1. Ita faciebat Rahab, Joſuæ cap. 2.
6. Hinc facile accidebat, ut inter lapidum com-
ſſuras germinarent: ſed cum neq; radices poſ-
nt agere, & totâ æſtate in Judæâ non plueret,
ſi miraculo, ut 1. Sam. 12. 16. *vide Hieronym.*
cap.4. Amoſi & Cornel. à Lap. in c.2. Joëlis v.23.
tequam in culmum excreſcerent, æſtu enecta
areſcebant, nec ad maturitatem veniebant
iquam. Ita hoſtes Eccleſiæ Tyranni nullâ
râ aut culturâ, ſed ſponte & caſu quodam ex-
ti, cùm neque radice nitantur, & de cœlo non
igentur, quantò altiùs ſtant, tantò citiùs con-
lunt, neque ad frugem perveniunt, elusâ ſpe,
iam de ſe præbuerunt; Pſalm. 146. verſ. 3.4.
ique *talium vanitatem eò magis oſtendit Da-*
d, quod non campi, ſed tectorum fœno compa-
t, quod naturâ & loci conditione citiùs areſcit.
iles, inquit, *ſunt hoſtium inſultus, ut qui nec*
dicem, nec ſubſiſtentiam habeant; & quam-
s brevi tempore florere videantur, tandem ta-
n invalidi & infirmi deprehendantur; Baſi-

 lius

lius in Scholiis. *Fœnum tectorum est herba, quæ na-scitur in tectis, in solario, in tegulato: in alto vide-tur, & radicem non habet. Quantò meliùs humi-liùs nasceretur, & latiùs viresceret? modò nascitu-altiùs ad celeriorem ariditatem*, Augustin. h. l.

Deniq; quia Scriptura locis citatis *fœnisecii* me-minit, pingi potest falx aut secula, quâ fœnisec-uti solent, prato herboso & florulento impacta, & inscribi illud: --- *sic transit gloria mundi!* Quo-restat, cur totius herbis, aut floribus, res human-assimilentur? expediam *in capite de Floribus.*

5. Pertinent huc quoq; illæ Metaphoræ & Simi-litudines, quod 1. Moses optat, ut Cygnæa ipsi-cantio *sic stillet*, & animis auditorũ influat, vel-Chaldæus habet, *dulcescat*, & ut LXX. *avide ex-cipiatur, quomodo ros irrigans teneras herbas, & pluvia adultas*, Deut. 32. 1. Ita apud Ægyptios r-*hieroglyphicum* fuit *doctrinæ*. Nam ut est apud H-rum l. 1. Hieroglyph. cap. 37. *doctrinam scripti-ri, cœlum pingebant rorem fundens. Doctrina em-velut ros communiter ad omnes pertingit quidem-sed non omnia corda emollit, quod quædam, vel-dura & exsucca germina, humorem non rapiant,* τῆς ἰδίας φύσεως. 2. *De piis* dicitur, Job. 5. 25. *quod-beri ipsorum ac posteri augendi sint, quasi gram-terræ*, conf. Ps. 72. 16. Est enim gramen perqua-fœcundùm, longè lateq; serpit, & radices dulc-ac geniculatas spargit, unde *à gradiendo* dictu-autumat Fuchsius: terræ decus ac ornamentu-nec facilè extirpatur, nisi cum cespitibus tollat-

--- *Turpis sine gramine, campus,*
Et sine fronde nemus, & sine prole domus.

C.

CAP. II.

Herbarum Biblicarum Nomenclator.

HErbæ Biblicæ sunt vel *esiariæ*, vel *coronariæ*, vel *medicamentosæ*, specialiter sic dictæ: ad-; vel & *vestiariæ*.

Escariæ, quæ in cibum veniunt, sunt vel *fruges*, l *olera*.

Frugum duo prima genera: Frumenta, *ut triti-n, hordeum*: & legumina, *ut faba, cicer*, Plinius 8. cap. 7.

Olera vel *radices* cibum præbent, ut rapum, ra-anus; *vel foliis*, ut lactuca, & acetariæ ejus ge-is, quarum etiam *caulis* edulis est; vel *fructu*, epones, cucumeres, &c.

Coronariæ, coronamenta vocat Cato, qui in tis quoque seri jussit, flore, semine, & odoratis is commendantur.

Medicæ, etsi omnes sint, tamen specialius, quæ nullum alium præbent usum homini, nisi in dicinis: ut sunt *palustres & aquaticæ*, junci, ca-s, ulvæ, algæ; & quæ magis gaudent *ficciori-locis*, absynthia, urticæ, lappæ, &c.

Vestiariæ sunt linum, cannabis. Alii aliter di-unt.

Observationes.

. Ut in conspectu sint, præcipuarum exhibeo logum, ordine Alphabetico digestum, an-atis quibusdam S. Scripturæ Locis.

 1. *Agmon*

1. *Agmon* אגמון, *juncus*, ab *Agam*, stagno d
ctus, ubi crescit, Job. 40. vers. 21. Esa. 9. v. 1
cap. 19. 15.

2. *Achu* אחו, *ulva*, carectum, pabulum ju
mentorum, Genes. 41. 2. Job. 8. 11. LXX. ha
bent, ὄχθη, πάπυρος, βούτομον.

3. *Æzob*, ὕσσωπος, *Hyssopus*, Exod. 12. v. 2
Ps. 51. 9. Joh. 19. 29. Hebr. 9. 19.

4. *Bascha*, באשה, *lolium*, vel herba fœtida
alii spinam vertunt. Nomen habet à באש *baasc*
fœtuit, Job. 31. 40.

5. *Bad*, בד, *linum* & linteum, sacerdotibus pe
culiare gestamen, Bad / Leinwad / q. d. solita
rium, singulare, Levit. 16. 10. 2. Sam. cap. 6. 1
Ezech. 9. v. 2. 11. Dan. 12. 6. 7.

6. *Buz*, בוץ, *Byssus*, 1. Paralip. 4. 21. & 15. 2
2. Paralip. 2. 14. Esther. 1. v. 6. cap. 8. v. 15. Exo
26. 1. Luc. 16. 19. &c.

7. *Battich*, Abattichin, *Melones*, Pepone
Num. 11. 5. ubi alia olera: Kürbiß / Pfeben / Lauc
Zwiebel / und Knoblauch / אבטחים.

8. *Bazal*, בצל, Zwiebel / per μετάθεσιν, *cepe*, ca
pula, ibid.

9. *Borith*, ברית, *herba fullonum*, Saponari
Jerem. 2. 22. Mal. 3. 3.

10. *Gad*, גד, *Coriandrum*, Exod. 16. 31. N
mer. 11. 7.

11. *Gome*, גמא, *Scirpus*, à *Gimme*, hauriend
quod aquam sorbeat, & in palustribus cresc
Exod. 2. 3. Job. 8. 11. Esa. 18. 2. cap. 35. 7.

12. *Dudaim*, דודאים, *Mandragora*, viol
Gen. 30. 14.

13. *D*

13. *Dochan*, דחן, *milium*, Ezech. 4. 9.

14. *Dardar*, דרדר, *carduus*, tribulus, lappa, en. 3. 19. Ose. 10. 8.

15. *Zeroim*, זרעים, *legumina*, Zera semen, n. 1. 12. 16.

16. *Chabazélet*, חבצלת, *Rosa*, aut lilium, Cant. . Esa. 35. 1.

17. *Chitta*, Chinta, חטה, *triticum*, Gen. 30. 14. ech. 4. 9.

18. *Chazir*, gramen, *Porrum*, Numer. 11. 5. ח.

19. *Charul*, חרול, *urtica*, Prov. 24. 31. Job. 7. Zeph. 2. 9.

20. *Jarak*. ירק, *olus*, quicquid viride terra ex-at; sæpissimè.

21. *Cüssemet*, כסמת, *spelta*, Zea, Exod. 9. 32. . 28. 25. &c. ὀλύρα, vicia Vulg. Ezech. c. 4. .

22. *Carmel*, כרמל, *spica virens*, Levit. 2. 14. . 23. 14. 2. Reg. 4. 42.

23. *Lanaah*, absinthium, Deut. 29. 18. Prov. 4. Jerem. 9. 15. cap. 23. 15. Thren. 3. 5. 7. Amos. 7. לענה.

24. *Malucha*, מלוח, *malva*, halimus, salsi sa-ris herba, Job. 30. 4.

25. *Merorim*, מררים, *lactucæ* agrestes, herbæ aræ, Exod. 12. 8. Num. 9. 11. Job. 9. 18. לענה inthium jungitur, Thren. 3. 15.

26. *Suph*, סוף, *alga*, juncus, Exod. 2. 3. 5. Jon. . & aliàs sæpè.

27. *Aroër*, ערוער, *Myrica*, herba neglecta, J
rem. 17.6. & 48.6.

28. *Abadasch*, עדש, *Lens*, pisum, Genes. 25.3
2. Sam. 17.28. ubi plura ejus generis, 2. Sam. 23.1
Ezech. 4.9.

29. *Pol*, *faba*, ervum, apud Ezech. & 1. Sam. 1
loc. cit. פול

30. *Pischta*, *linum*, Josuæ, 2. 6. Ose. 2.5.9.
sæpè. פשתה

31. *Kana*, קנה, *Canna*, calamus, arundo, Es
42.3. & 19.6. &c.

32. *Kikajon*, קיקיון, *Ricinus*, Jonæ, 4.6. Hede
ra, 2. Macc. 6.7. & 3. cap. 2.21.

33. *Kimosch*, קימוש, *Carduus*, Chamæleon
Esa. 34. 13. Hose. 9. 16. Prov. 24. v. 13. paliurum
quidam vertunt: vide Choach. in Arboreto.

34. *Kezach*, קצח, *Gith*, nigella, μελάνθιον, jun
gitur Cymino, Wicken und Kümmel / Esa. 28. 2
ter legitur: כמן Cammon, Cyminum.

35. *Kissuim*, קשאים, σίκυοι, per μετάθεσιν, *cucu
meres*, *Mikscha*, cucumerarium, Num. 11.5. Es
1.8. huc pertinet.

36. *Paka*, in plur. פקעים, *colocynthis*, fun
gus, 1. Reg. 6.18. & cap. 7.24. fœmin. Pakuo
2. Reg. 4. 39.

37. *Schum*, שום, *allium*, Num. 11. 5. σκόροδο

38. *Scheora*, שערה, *hordeum*, Exod. 9. v. 31
Deut. 8. 8. & aliàs sæpè.

39. *Schesch*

39. *Schesch* שש, *byssus*, & marmor candidissi-
um, Gen. 41. v. 42. Exod. 25. 4. Prov. 31. 19.
40. *Schoschan*, שושן, *lilium*, quasi flos byssinus,
: sex folia habens, 1. Reg. 7. 22. *Sosanna*, susa,
nt. 2. 2. & sæpè.
41. *Thekélet*, *hyacinthus*, תכלת, Exod. 25. 4.
em. 10. v. 9. &c. Hæ ferè sunt herbæ ex V. Te-
m. si quæ omissæ, suis fortè locis apparebunt.
2. His addi possunt partes peculiares, ut in
nere frumentorum sunt, אביב, *Abib*, *arista*:
גב, *Gibbeol*, *culmus*, caulis; *Moz*, מוץ, *glu-*
, Psalm. 1. 4. Esa. 29. 5. *Melilot*, מלילות, *spica*,
ut. 23. v. 25. *Ziklon*, *folliculus*, *gluma*, 2. Reg.
2. *Kama*, קמה, *seges stans*, Exod. 22. 6. Judic.
, 5. &c. *Kasch*, קש, *stipula*, stramen, Exod. 5.
2. *Schibolet*, שבלת, *spica tenuis*, Genes. 41. 5.
b. 24. 24. vide Psalm. 69. 3. 16. *Theben*, תבן, *pa-*
, Gen. 24. 25. Job. 21. 18. Esa. 25. 10. *Neoret*,
נע, *stupa lini*, Judic. 16. 9. Esa. 1. 31. Item *Flo-*
n & Spinarum nomina varia, de quibus dein-
ps, & multa in Arboreto.
3. Accedunt è Novo Testamento, *Anethum*,
entha, *Ruta*, *Sinapi*, *Zizania*. Aromatica re-
vo in suum locum. Ac de his agam non eo
dine, quo hic exhibui, sed quo ad explicanda
, Scripturæ dicta videbitur aptiùs; ne simul
posita uno loco divellantur, aut idem
locus sæpiùs repetendus sit.

CAP. III.

Frumenta & Legumina.

1. PRopoſueram de his eâdem diligentiâ ag[e]re, quam *in Arboreto* adhibui. Verù[m] cùm alia atq; alia interpellent negotia, neque v[el] reſpirare ſinant, vel ſperare finem; quæ i[n] promtu ſunt dabo; reliqua aliorum relicturus i[n]duſtriæ.

Incipiam *à frugibus*, quæ generali nomin[e] פרי *Peri*, dicuntur *fructus*: epitheto discernu[n]tur, ſunt enim alii *Peri haëz fructus arboris*, Exo[d.] 10.15. alii *Peri Haadamà, fructus Terræ*, Gen. 4. &c. Huc pertinent fruges, תנובת שדי *tnubh[at] Sadai*, proventus agri, Deuter. 32. 13. quæ [&] אכל *Ochel, cibus agri*, Gen. 41. 48.

2. Frugum *duo ſunt genera*: *Frumenta & le[]gumina*, Plin. 18. cap 7. Frumentum דגן *Daga[n]* dicitur: cujus *quinq; ſunt ſpecies*: *duæ videlic[et] tritici* Chitta, & Cuſſemet: *& tres hordei*, Sheor[] *hordeum*; Schibolet שועל ſchual, *Spica vulpis*, [...] *panicum*; & שיפן Schiphon, *avena*, σιφώνιον, ali[is] βρῶμος, aliis ſecale, Rocken / Schindler. & Bu[x]torff. in Thalm. Lex. A *Dagon* nomen eſt *Dag[o]nis* idoli. Sic appellabatur ὁ ζεὺς ἀρότειος, Σιτο[...] *Jupiter agriculturæ præſes*, datorq; frugum, [de] quo Philo Byblius apud Euſeb. de Præparat. [&] præter alios Seldenus de Djs Syris Syntagm. 2.

3. Eſt & aliud frumenti nomen בר, *Bar*, ſ[e]jam expurgati, puri, & ad veſcendum apti. Hi[nc]

F[...]

r Latinorum, ut & purus, & verba, purga-
, purificare; quin & βρώσκω, unde βρῶμα, βρῶ-
, & voro. Itaque & Hebræi alii *Bar*, à pur-
ndo, *Barar*; alii à comedendo, *Barà*, deri-
nt, ut Avenarius. Hinc elegans Proverbium:
מה־לתבן את־ה *Ma-lattheben ath-habbar.*
uid palea cum tritico? Jerem. 23. v. 28. Ubi
imento electo comparatur verbum DEI; pa-
e somnia Pseudoprophetarum. *Quid sibi vo-*
nt hæreticorum palea, ad triticum Ecclesiæ?
eronym. h. l. ubi pluribus docet paleis com-
rari perversam doctrinam, 1. quod sint ina-
, 2. non habeant medullam, 3. non possint
trire credentium populos, 4. ventis disper-
ndæ, & ignibus urendæ relinquantur, ex
itth. 3. 12. Triticum Dei λογικῶν τροφὴ est, pa-
: λόγ۞ διάκεν۞ καὶ τρόφιμ۞ ἀλόγων, Origen.
Catenâ h. l. Paleæ τροφὴ πυρὸς: triticum ἀν-
πῳ ζωτικὴν χαρίζεται δύναμιν, Olympiodorus
d.

4. A *Bar* farre est *Berià*, *& Baroth*, pulmen-
n, farreum, cibus, edulium; unde Germanica
ren & Brod / 2. Sam. 13. v. 5. 7. Psalm. 69. 22.
ren. 4. 10. *Berià* delicatum aliquod, & ægrotis
neum edulium fuisse, indicat historia Thama-
2. Sam. 13. quæ & Regias Virgineas docet co-
narias artes didicisse. Inter cibos ut *antiquis-*
a puls, ita simplicissima: etiam in sacris ideò
ibita: quæ & alia paucis docui in Atrio c. 33.
34. Proximæ, apparatus majoris, *placentæ*, ut
æ ἐγκρυφίαι, *subcineritiæ* dicuntur, quarum pi-
icem nobis ostendit Moses Saram, Gen. 18. Ve-

rùm hæc & id genus novum Thema pariunt Stu
diosis Biblicis, περὶ ἐδεσμάτων, aut *de arte Magi
ricâ Sacrâ:* quam innumeris locis S. Literæ attin
gunt.

5. *Legumina*, Dan. 1. v. 12. זרעים, *Zeroim*, &
v. 16. זרענים *Zeronim* dicuntur, *semina*: hoc enim
manent, cùm in cibos veniunt. *Quare Daniel cum
sociis abstinuerit cibis Regiis, contentus legumini
bus?* Varias affert caussas Cornel. à Lap. quæ a
unam referuntur, ab ipso Daniele indicatam: *n
pollueretur:* erant enim cibi illi polluti, 1. Qui
immundi plerunque, contra legem Levit. 11. pal
sim. 2. Quia, *Idolis antè libati* & oblati, Ezech. 16
19. itaq; religiosè abstinebant à profanâ mensâ, &
ab εἰδωλοθύτοις, tàm Judæi olim, quàm & poste
Christiani, Gen. 43. 32. 2. Macc. 6. 18. Ose. 4. 15. 1
Joh. 4. 9. Act. 11 3. & 10. 14. &c. De his libation
bus, & primitiis ciborum Djs datis, diligente
egit Stukius Conviv. Antiq. l. 2. cap. 37. E
& alia pollutio per accidens: orta tamen no
tàm ex ciborum genere, quàm ex usu immodera
to, Rom. 13. ult. Non enim solæ Regum dape
& lautitiæ mentem polluunt; verùm gula omn
& sagina

6. Clemens Alexandr. l. 2. Pædag. cap. 1. *Ant
phanes*, inquit, *Delius Medicus unam inprim
morborum caussam censuit esse*, τῶν ἐδεσμάτων τ
πολυειδίαν. *Contrà, qui* εὐτελεστάτοις *utuntur*, *nc
tantùm robustissimi, sanissimi, generosissimi ev
dunt, ut servi præ dominis, & coloni præ possessor
bus prædiorum; sed etiam* φρονιμώτεροι, *ut Philosop
divitibus*, &c. Itaq; prudenter hanc sibi abstine
tia

m indixerunt Daniel ejusq; focii. Sed & piè: *m alienis legibus vivere coacti, patriam pieta- n tueri accuratè studebant : videbant Babylo- s obsonia sua idolorum invocatione inquinare, vinum libationibus polluere*, Theodoretus h. l. *n temeritatis, sed fidei est, ob quam regias dapes ntempserunt*. Hieronym. ibid.

7. Sed *cur leguminibus tamen solis*, uti malue- t, nondùm ex his patet. Autumat Genebrar- s apud Stukium l. 2. cap. 8. *religionis caussa; od legumina non offerrentur idolis, ut nec olera.* rùm hoc falsum est. 1. Quia Græci in pom- Deorum, & dedicationibus ἀγαλμάτων, legu- na primùm offerebant, quæ cocta in ollis ca- e gestabant mulieres; hoc sacro χαριστήρια sua hoabant, gratias agentes pro primo mortaliũ tu, ut ex Aristophane & ejus Scholiastâ ib. ikius, p. 167. Sic Ægyptii Harpocrati suo le- mina offerebant mense Mesori, dicentes: *Lin- est fortuna, Lingua Genius*, Plutarch. de Isi- & Osir. Nota sunt Atheniensium πυανέψια, ad Suidam & Hesychium : sunt autem πυανοὶ, μοι, καὶ πᾶν ὄσπριον. Sic *Calendæ Juniæ*, Roma- *Fabariæ* dictæ, Sacræ Carnes; cujus in tutelâ debantur esse cor, jecur, & reliqua viscera, eiq; ra fiebant pulte fabaceâ, & larido: Lil. Gyrald. ntagm. Deor. 1. p. 43. Sed & 2. *Olera* quæ- n Adonidi Sacra offerebantur, Theocritus ll. 15. & laribus supplicabatur thusculo, atq; sculo : mortuisque, sive inferis, dicata erant umina quædam, lactucæ, & alia, Kirchmann. Funer. l. 4. cap. 7.

8. Le-

8. Leguminum esus antiquissimus & frugal-
simus fuit, in populo DEI, & alibi. Stoicoru
decretum fuit; *Sapientem omnia rectè agei
etiam prudenter coquere lenticulam*: unde Pr
verbium: *Zenonium est condire lentem*. Eam *Ul*
sis Sororem aliqui dixerunt, & *Orestem* sorbitio
ejus ab insaniâ convaluisse, apud Athenæum l.
Lenticularum edulio, rufo, quod coxerat Jaco
primogenita sua vendidit Esau. Gen. 25. 34. Davi
profugo afferuntur inter alia quasi Xenia, *Ch*
tim, frumentum, Waitzen; & *Sheorim*, hord
Gersten; & *Kémach*, farina, Mehl; & *Kali*, t
stum, polenta, ἄλευρον, D. Luther. Sangen;
Pol, faba, κύαμος, Bonen; & *Adaschim*, lent
Linsen; & *Kali*, frixum Cicer. Vulp. Grütz; L
ther. 2. Sam. 17. v. 18. Ager refertus lentibus l
gitur ibid. cap. 23. v. 11. Ex tritico, hord
fabâ, lentibus, & milio, *Dochan* dicto, atque *C*
semim, speltâ, panem conficere sibi jubetur Ez
chiel, 4. vers. 9. Ex quibus quàm frequens
Judæa leguminum fuerit usus in cibis satis a
paret. Panis, ex miscellâ istiusmodi seminu
farragine confectus, summæ egestatis index fu
ut & hodie est. *Jubetur itaq; Propheta fam*
futuram & inopiam populi Israël opere dem
strare. In rerum omnium penuriâ non quæru
tur ciborum diversitates & deliciæ; sed quom
venter impleatur, Hieronym. in Ezech. De t
panis genere Bruyerin. de Re Cibar. l. 6. cap.
pag. 419.

9. Hinc vera apparet caussa, *cur solis legu*
nibus ali voluerint Daniel & socii ejus? Sed q
gene

nere? Resp. Omni. Nam *Zeronim* nomen γενι-
est, semina quæq; significans, quæ Hebræi
stingunt in *thebua* proventus, & *Kitonith* par-
, sic vocant legumina, & *Ghina* hortensia, ex
ajemon. Buxtorff. *Isiaci sacerdotes ita abhor-
bant ab excrementorum naturâ, ut non legu-
ina modò pleraq; aversarentur, & carnes ovil-
ac suillas, quæ multum supervacanei gignunt;
l & salem cibis detraherent, quo tempore pure ca-
q; vivere studerent, quod sitim & edendi appeti-
m excitet*, Plutarch. de Iside & Osir. Idem in
uæst. Rom. 95. inquirit; *Cur castimoniam ser-
ntibus leguminũ usu fuerit interdictum? Quia,*
quit inter alia, *flatus generant, & ad rem Vene-
am instigant*, &c. Eâ forte de caussâ condimen-
quibusdam appositis coqui solebant, ut noxa
lleretur, ut docet Bruyerinus l. 7. cit. passim.
lia erant cæpe, apium, satureia, pulegium. *Tan-
s Philosophus* in ollâ lentis Ægyptiæ cucurbitas
nutim concisas edebat cœnâ frugaliore. *Hera-
li Tarentino* ex betâ & lente, naturis pugnanti-
s, edulium dicebatur σευτλοφακή. *Zeno* duodeci-
ım coriandri partem lenticulæ injici præcepit.
Gellius, Athenæus, &c. Spes tamen omnis
nieli fuit, non in Coquinariâ arte, quâ legu-
num crimina caverentur, sed in DEO.

10. Potuit & alia esse caussa hujus usus: quod
gumina lugentibus in cibis essent frequentia.
inc ob caussam fingunt Hebræi, *Jacobum len-
coxisse, in funebri luctu Abrahami.* Mos hodiè
oq; durat, ut hoc solo cibo utantur aliquando
domo funestâ; *quod homines reddat æquani-
mes:*

mes : unde *lentum & lentitudinem* dici quida
volunt, vide hæc & alia apud Stuk. l. 1. Convi
cap. 25. Buxtorff. in Synagogâ cap. 25. Conv
niebat itaque cibus hic captivis patriæ funera l
gentibus. Alia fortè suis locis.

11. Dicendum nonnihil *de singulis speciebus*,
primò quidem Leguminum, ut pertexam ha
telam. Historiam Frugum, frumentorum scil.
leguminum, seorsim scripsit Dodonæus; post
Pemptade IV. persecutus est: Alios taceo, nec
hîc opus est, nisi ubi sacra attingunt. Sed & ap
Hebræos variæ leguminũ species leguntur, ap
Buxtorff. in Thalmud. Lex. verùm nos intra
bitam maneamus. In indiculo nostro sunt *I*
chan, Hadasch, Pol.

Dochan semel legitur, Ezech. 4. 9. omr
milium interpretantur, ut notat Marinus, κέγχ
Hirsen. Radix *Dachan*, cum *chet* punctato, ap
Arabes significat *fumum fecit*. Columella mo
inter legumina, modò inter frumenta retulit.
panes venit, frugum inopiâ : sunt tamen exigui
menti & refrigerantis : lacte coctum & suaviu
& salubrius. Galenus de Aliment. Facult. N
men Latinum Festo autore habet *à summâ mi*
riâ : tantæ fertilitatis, ut ex uno grano terni
sci soleant sextarii. Durat annos plus centum
condatur, quo venti non perveniunt. Si dens
feratur, novam trahit : quando vix jugerum
cipiat, quantum plena manus concinet. Pane
placentæ, si antequàm refrigescant, comedan
non ingratæ palato. Famis remedium maxim
quia contra omnes tempestates & aëris malig
ta

tes resistit, nulloq; deficit tempore, quanquam
:terarum frugum sterilitas invalescat, hæc &
a plura *Bruyerinus l.5. cap.18. & Villa Baptistæ
rta,l.11.cap.*33. Qui & plerisque Gentibus in
u esse docent, Symbolum potest præbere do-
rinæ Catecheticæ. Præcepta debent esse pau-
velut semina, Sen. Epist. 38. *Manu serenda, non
ylaco*, juxta Proverb. Barbarum est equino lacte
t sanguine coquere, quod Sarmatæ faciebant
m apud Plinium: Sic *lac gypso miscent* hæretici,
. Irenæum. Qui nimis subtiliter tractant, verè
lium terebrant, ut dicitur, *& torno sculpunt.*
12. Hadásch quater legitur, locis citatis
m. 8 *Lentem* significat, ut cognatas species non
cludat, Schindler. *Esau* dum ἕψυμα φακῶν præ-
lit primogenituræ, *floccipendit partem futuri
uli, & negavit resurrectionem mortuorum*,
hargum Genes. 25. Vigilius contra Eutychen
. observat, *Jacob populi gentium & Esau Ju-
orum fuisse figuram.* Hic igitur *edax & fa-
ens, per cocturam, passionem scilicet Christi san-
ine rubricatam, primatum, quem habuit, ven-
dit & perdidit*, Prosper. p. 1. Promiss. cap. 20.
ui terrenas voluptates sectantur hos olim Ter-
llianus de Jejunio cap. 17. *Sapere Esau Venato-
n ferarum* ait: *Si tibi*, inquit, *lenticulam defru-
irrufatam obtulero, statim totos primatus tuos
ndes: apud te agape in caccabis fervet, fides in
inis calet, spes in ferculis jacet.* Quem alloqua-
, patet. Ubi verbo expedita quæstio: *Cur
tis edulium rufum* dixerit Esau? nimirum quod
ruto fuerit cœtum. Alii condimento colo-
rem

rem hunc habuisse putant, *croco* fortè *adsperso*, apud Corn. à Lap. At ut lentis quoddam genus majus est album; ita & minus, subrufum aut luteum nobis frequens, ut pulmentum ex eo per rubeat: *In Ægypto adeò usitatum, ut à teneris pueri nutriantur, totaq; Alexandria sit φακῆς πλήρης, tabernis institorum lenticularum plena* Athenæus l. 4. *Unde & Poëta Pelusiacam appellat lentem, non quod ibi genus hoc leguminis vel maximè nascatur; sed quod è Thebaide & omni Ægypto, per rivum Nili, illuc plurimum deferatur*, Hieron. in cap. 30. Ezechiel. Martialis:

Accipe Niliacam, Pelusia munera, lentem.

Eleganter quoque Hieronymus in cap. 4. Ezec. *Quod Judaicus populus, post offensam Dei, usq; hodie subcineritios panes comedat, mixtos frumento, hordeo, fabâ, lente, milio & avenâ: quorum alter hominum, alter jumentorum cibus est. In eo enim quod videntur*, (Nota, videntur) *in unum Deum credere, habent aliquid & frumenti: quod autem filium negant, hordeo jumentorum pascuntur & fabis, quibus comedentium venter inflatur, & mens opprimi dicitur: in tantum, ut Pythagoricis quoque cibus detestabilis sit. Propter lentem Esau primogenita perdidit. Milium rusticorum & altilium cibus est. Avenâ, sive Viciâ, & Olyrâ, bruta pascuntur animalia, &c.*

13. Pol, faba his reperitur locis citatis nu 8. cum epitheto dicitur *Hammizri*, Ægyptia. P rò fabulam veterum, non esse quam vulgò G mani vocamus *Bonam*; sed aliud planè legumi genus, pluribus disputat Dodonæus. Notat

te

n priscis autoribus, 1. fructum habere parvum, undum, numerosum, cùm scapus aliquando initus sit centum fabis onustus: 2. Colore aliam candidam, aliam nigram, & illam sapore dulri. 3. Nasci alicubi suâ sponte, ut in Oceani tentrionalis insulis, quas Romani *fabarias* aplârint. 4. Dici *Fabam Græcam*, & propriè πυα- Farinam ejus lomentum, &c. *Ægyptia è* locasiâ nascitur. Describit Dioscorides: *Fohabet ampla: caulem cubitalem digiti crassitu- : florem roseum, duplo papaveris ampliorem: flore exuitur, fert folliculos vesparum favis si- s; in quibus faba, supra operculum, bullantis ullæ modo, prominet. Radix crassior quàm ndinis cruda coctave estur.* Frequens olim e fertur in Nilo, & quibusdam Asiæ Ciliciæq; ibus: at quam plantam hodiè Ægyptii & Ara- *Culcas* appellant, *Aro* similis, solâ radice in ciexpetitur, fructumq; fabaceum fert nullum, uo multa Alpinus in Exotic, & Veslingius, ad vivum depingitur. Neque, quantum enire potui, usque in hanc diem repertus est, fabam Ægyptiam, qualem veteres, secuti eophrastum, describunt, reperisse se gloriatus Meminit Thalmud, *folia Colocasiæ inter se lexa poculorum usum præbuisse*, vide Buxtorff. .in קולקס *Culcas*, de quo Plinius l. 21. cap. 16. r *Bona Ægypti*, quorum mentio Genes. 45. g. à Rabbinis inprimis recensetur, גריש *Geris* iminutio fabæ, id est, *faba fresa* aut fracta, torff. ibid. in Geris: *quod prosit contra mœm animi, somnum inducendo.* Sic & *faba*

credita *hebetare sensus*, *& insomnia facere* : o
hæc Pythagoræ sententiâ damnata : *velut alii tri*
diderunt, *quoniam mortuorum animæ sint in eâ*
quâ de caussâ parentando utiq; assumitur, Pliniu
l. 18. cap. 12. Romæ quoque *Flamini Diali ne*
tangere, *imò ne nominare quidem fas fuit*. Sed
in Parasceve festi Expiationis, Sacerdoti Magn
interdictum fuit fabâ fresâ vesci, hæc pluribu
Buxtorff. Verùm cùm nec hec, næc alia qu
de Fabis dicenda essent, ad S. Literas quid facian
h. l. plura addere non est opus. Radix *Pul*, Ar
bicè *fejel*, significat, sparsit, &c. *Apuliam* à P
fabis dictam autumat Benjamin Tudelens. in It
nerario apud Schindler. Convenit ἡ πίλ@
plantis, & *pila* Latinorum. quæ & *sparsiva*. Av
narius, *ervum* exponit, seu *erviliam*, de quib
non minor inter botanicos lis est : & hinc de
vat nomen *pultis*, ac *pulmenti*. *Polam* Istr
urbem à Colchis, Ægyptiorum colonis, co
ditam & ab exilio dictam docet Bochartu
in Phaleg. l. 4. cap. 31. à radice פלא, *Pa*
separavit, amovit. Sed de Sacris leguminib
satis.

14. Videamus quoque frumenta. Emir
Chitta, quod ex Chaldæo *Chinta* ferè om
deducunt, quod tamen in solo plurali uti sole
Radix est חנט, *chanat*, protrudere fructus,
quidem dulces, ac quasi molle saporatos : atq
inde condire ad sepulturam. Quod tritico e
ganter tribuitur. Arabes *Hanta* vocant. Sic *H*
ta Chaldaicè, & *Henta* Syriacè, unguentu
μίγμα, Joh. 19. 39. Abundabat Judæa Tritico o
r

, unde & *Terra tritici*, Deuter. 8. 8. & *adeps* *tici* ejus, Pſalm. 81. 17. & 147. 14. quod Tyrii rcatores inde avehebant, Ezech. 27. 17. *Tri-* *um Minnith*, *& Pannag*, de quo quid ſit Bo- artus in Chanaan cap. 1. *Minnitham* urbem ſſe in confiniis Ammonitarum, non procul à bba, ex Judic. 11. v. 33. patet, ut Serarius ibi æſt. 15. & Adrichom. in Tribu Gad, ex Hie- ymo de Loc. Hebr. *Pannag*, alii vertunt æci μύρων, alii κασίας; Vulgatus ſecutus R. eph. & alios *balſamum* poſuit, &c. Bochartus Zohar *panis dulciarii genus quoddam*: Mihi cum illum in Syriâ celebrem, qui Græcis & inis ὀποπάναξ, ſic dici in mentem venit, de ex Theophraſto Plinius l. 12. cap. 26. & l. 25. . 4 *ipſo*, inquit, *nomine omnium morborum* *edia promittit*: ſcil. quod in eo ſit πᾶν ἄκος, *Panacæa* quædam *Panneg*, aut *Pannek*, potiùs icatum quid Syris ſignificat: ut, *Phœniciam* e dictam putare, non ſit abſurdum; etſi Bo- rto diſpliceat. Vide Fuller. Tremell. h. l. & torff. in Thalmudico Lex. Græci Syriacum abulum in *Panace* retinuerunt, etymolo- n confinxerunt. Opobalſamo & dignitate ſu proximum eſt. Pertinet huc, quod de buto Ammonitarum legitur, 2. Paralip. 27. 5. tera *de Tritico* ad S. Geoponica ſpectant, nec gnâ difficultate expediuntur. *Serere triti-* *& metere ſpinas*, Proverbium eſt Jerem. 13. Symbolum eſt Verbi Divini & electo- , Matth. 3. 12. cap. 13. 25. Apocal. 6. 6. &c. Hebræi dicunt apud Buxtorff. in Chitta:

Omnes indigent Domino Tritici, id est, Viro doc & sapiente.

15. Sequitur Cussémet, de quo Hieronym in cap. 4. Ezech. v. 9. *Pro eo quod in Hebræo di tur Cussemim, quam nos viciam interpretati mus, LXX. & Theodotio posuerunt* ὀλύραν, *qu alii avenam, alii sigalam putant. Aquila a tem prima editio, & Symmachus*, ζέας *sive* ζε *interpretati sunt; quas nos vel far, vel gem Italiæ Pannoniæq́; sermone, spicam, speltamq́; di mus.* Legitur præterea adhuc duobus lo Exod. 9. 32. De Piagâ grandinis: *Et linum hordeum percussum est: quia hordeum* אביב, *ab* viride erat, vel in spicâ, jam germinaverat, ha geschosset / sic alii aliter, sensu eodem: & *lin* גבעל, *Gibeol*, in calamo; Vulgatus, jam folli los germinârat, hatte Knoden gewonnen. *At T ticum & Cussémet*, far, spelta, Rocken/ ὀλύρα, Z tot enim modis vertitur, *non percussa sunt*, q אפילת, *Aphiloth ipsa*, obscura adhuc & lat tia, id est, Scrotina, spåht Getrånde / ὄψιμα Varia hîc quæri possunt: 1. *Quæ species non p cussæ?* Resp. *Chitta, & Cussemet.* De illo dict jam; de hoc variant. *Zea* tritico similis spica nullis vallatur aristis, granum multis in ditur folliculis, Spelß / oder Dünckel-Korn. *ra*, Latinis Arinea. Zeæ quædam species, Al Korn/ quod ex eâ fiat amylum: quidam cum *ligine*, quæ tritici species est, confundunt: puto apud Hieronymum in Ezech. loc. cit. pr *galâ* legendum esse. Zea Romanorum *Far*

c

od & ador & adoreum, ut probat Dodonæus Dionysio Halicarnaff. & Asclepiade apud Galium, &c. Quod nos Rocken / & generali nomine, Korn / vocamus, ut Romani suum far, opter præstantiam, semen, Latinis *secale & rago*, ut apud Plinium: Itali, *segalam* dicunt, de apud Hieronymum *sigala*. Ex quibus apret, *Cussémet* rectè verti speltam. 2. *Cur hæ cies non vastatæ grandine?* quia adhuc vel labant sub terrâ, vel vixdum in gramine erant. ædam enim hoc genere, ut & hodiè, fereban ante veris initium, Sommer-Korn / Sommer-Waitzen. *Triticum Setanium* vocatur, *Ιεί-ος*, πυρὸς, *far halicastrum*, *trimestre*, quod ter mense à satione maturescat, de quo Columella &c. Unde 3. colligendum, *quo tempore grandinis plaga acciderit?* Mense Februario tat Cornel. à Lap. &c. In Exod. cap. 7. quæst. 3. fin. qui Hebræis *Adar*, anni ultimus. Nam *san* primus, *Novarum frugum* mensis est, Exod. .4. Eaque messis in Judæâ inchoabatur, quod . Exod. 9. pluribus demonstrat Bonfrerius, & cui olim in Joëlem cap. 2. &c.

16. *Alter locus est* Esa. 28. v. 24. & seqq. ubi ria semina & tota agriculturæ ratio, paucis illtranda. Totum locum Hieronymus elegan παραφραστικῶς explanat, ut ipse ait. Exscribere gum est. *Semina* sunt 1. *Kezach*, μελάνθιον, XX. *gith*, Vulgatus: alii nigellam, alii viciam, icken / habent, 2. *Cammon*, κύμινον, Kümmel. his posteà. 3. *Chitta*, triticum. 4. *Sheora*, rdeum. 5. *Cussémet*, spelta, ubi Vulgatus habet

 bet

bet viciam, LXX. ζέαν, quod Hieronymus v
tit, far. Addunt post hordeum, κέγχρον. miliu
de quo mox. *Ratio culturæ* spectat sationem
collectionem. 1. *Arat* agricola, ad seminand
2. *Aperit*, proscindit, & 3. *occat*, vel ut Vul
tus, sarrit, humum suam. 4. Cùm adæquave
dispergit, aut inspergit, primo nigellam & Cy
num. Tùm, 5. *ponit* triticum, & quidem ה
Shorà, *principale*, præstantissimum, vel in m
surâ, in seiner Maaß: Vulgatus, per ordine
&. 6. *hordeum* נסמן, *Nisman*, signatum, unde
μεῖον; pro quo milium LXX. & Vulgat. pos
runt: & hæc quidem *Gebulatho*, in termino
in finibus suis, *juxta varietatem terræ & tem*
rum: neq; enim omnia simul seminantur, Hie
nymus; ein jegliches/wo ers hin haben will/ an
nen Ort / Luther. *Sic enim satorem erudit D*
naturaliter judicio suo, & docet illum, ut sc
quam cui sementi culturam adhibeat, Hier
Quo auctore etiam didicit diversam collectio
rationem. *Non enim*, cùm metendi tempus
venerit, *gith & cyminum*, quæ infirmiora
semina, *rotis plaustrorum teruntur*; quæ in se
similitudinem ferreæ circumaguntur, & trah
tur super demessas segetes: *sed virgâ excutiun*
& baculo, quæ vulgò flagella dicuntur. *P*
autem, id est, fruges, ex quibus panis confici
comminui solet, rotis ferreis teritur, & omnis
stipula comminuitur in paleas, quin & po
molâ frangitur, wird zu Brod gemahlen / D.
ther. *Veruntamen non semper vexatur & t*
tur, non triturando trituratur in finem, in
petu

tuum, wird nicht gar zu nicht gedroschen : *nec ta plaustri cùm conterit*, Paraschav, *dentibus is*, ungulis suis, equis suis, *planè comminuit*. ertinet hic locus ad S. Geoponica. Ἀπόδοσις est versu ultimo. Miranda est divinæ providenæ & justitiæ ratio, quâ sapientiam suam glooso eventu magnificat. Profanæ gentes & reobi Melanthio & Cymino pulcherrimè comarantur, de quibus suo loco : Electi seminibus ugum optimarum, ex quibus panis conficitur: bi notanda: 1. *Natura seminum*, Tria sunt, & es vitæ ordines indicare possunt : laudatur iticum à præstantiâ, & hordeum, quod *signam* sit, ad seminandum. Lectissima enim seina serenda sunt, ut docet Columella l.2.cap.9. que in sacculis seorsim, ad sementem servabanr, signatis. Sic quoque bonus colonus, 1. Georic. v. 263.

Et pecori signum, & numeros impressit acervis: istinctionis gratiâ. 2. *Curâ & cultura*. Nam tempus & locum observare decet. Omnia mpus habent : & --- *non omnis fert omnia tels*. Sed & officii variæ sunt partes, in arano, occando &c. Aliterque serenda sunt, vilioa illa gith & cuminum, quæ manu sparguntur; liter præstantia ista ad panificium, quæ cum atentione & industriâ ponuntur. 3. *Collectio & riturâ*, quæ quoque longè dispar. Possunt æc ex Atrio meo illustrari, de Agriculturâ ap. 32. Facile jam est conferre singularem DEI rga suos providentiam ; quâ & eligit, quos pse gratiâ suâ præparavit, eosque signat; in Ec-

 clesiâ,

clesiâ, suo quemque loco, ordine, & tempore, |
nit, ut ad messem crescant, fructumque ferant
berrimum : denique quanquam triturâ opus l
bent, ut à paleis & fœno, ac stramine, separent
tamen custodit, ne pereant, ex iisque panem
conficit candidissimum, suavissimum; dixi de
panibus multa Volum. 1. S. Analector. & in
trio de Panificio cap. 34. vide Matth. 13.
23. Eccl. 3. v. 2. Jerem. 4. 3. Matth. 3. 12. Am
9. 9. &c.

17. Superest Shecora, hordeum, cujus frequ
mentio : Hebræis dicitur quod *hirsutum* sit, a
starumque quasi pilos surrigat, ut in horrore fi
solet : nec aliundè puto, Latinis. *In corpore pili
arista in spicâ hordei, horrent*, Varro l. 5. L. L.
lius tritico frumentum est, cibus pauperiorum
famelicorum, Rhut. 2. & 3. capp. 2. Reg. 4. v.
Ose. 3. 2. Johann. 6. 9. quo & equi pascebantu
Reg. 4. 28. Hinc illud : *Prophanare nomen
propter pugillum hordei, & buccellam panis*. Eze
13. 19. Pseudoprophetæ sunt ἐγγαστρίμυθοι, v
tris caussâ quidvis facere ac dicere parati. *Fr
panis conduci queunt*, Catonis verbo, *vel uti
ceant, veluti loquantur*. Messis hordeacea pri
fuit in Judæâ, vide modò num. 15. Rhut. 1.
2. Sam. 21. 9. Serebatur enim in autumno, q
busdam locis, jam præcipiti : ut apud nos sero
num vere. In Judæâ mense Nono, qui Decem
respondet, nondum satum fuisse ex Haggæo co
gere est, cap. 2. v. 19. ubi Hieronym. Fra
Junius tamen eam concionem intra duas
mentes, autumnalem & vernalem, habit

. Pro tritico spina, proque hordeo nascatur
gilops! Job. 31.40. Dira imprecatio, de quâ
Bascha deinde. Et hæc quoque de Frumentis
sta sunto.

CAP. IV.

De Oleribus.

OLus, ab alendo *dictum, eò quòd primùm hominis ab oleribus alerentur, antequam uges & carnes ederent? tantùm enim pomis arrum & oleribus alebantur, sicut animalia her-*. Isidorus Etymolog. l. 17. cap. 10. Veteres spiratè dicebant, *Holus*, quod in eo esset τὸ ν, obsoniorum, Scalig. de Plant. Varro *ab* â derivat, quod in ea coquerentur. Sed alia uda esitantur, ut acetaria; alia cocta: utraque l per se sola, vel cum aliis condimentariis: Mihi *olendo*, olescendo placet; unde adolescere, & doles, & alia. Hebræis *Jarak & Jerek*, fortè ia ex tertiâ exspuatur, & *spuma* quædam sit rescens, Græcis λάχανον, à λαχαίνειν, quod est fore, σκάπτειν.

2. Cibus antiquissimus, à Deo hominibus nceffus, Genes. 1.30. & 9. 3. *Melius Aruchat* aticum, viatoris ferculum, *ex olere, cum dileione; quàm bos saginatus, cum odio,* Prov. 15. 17.
Si det oluscula, mensa minuscula, pace quieta;
Ne pete grandia, lautaq; prandia, lite repletâ.
ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει, *infirmus*, scil. in fide, *olera nducat*, Rom. 14. 2. Alluditur ad vulgare dium: *Olera ægrotis conveniunt*, Plaut. in Capt.

Act. 1. Scen. 2. In deliciis tamen ea, ut hodiè olim fuerunt. Inde *Horti olerum*, etiam regi grati, ut 1. Reg. 21. v. 2. Quali horto compa tur Ægyptus, Deut. 11. 10. nam etsi Nili in datione irrigaretur; tamen fossæ passim & *aquarii, quos elices vocant*, duci debebant, qui horti humectarentur; magno cum colonor labore, & *pede quasi* impresso fossorum, vide Bonfrerium. Deficiente humore pallet olu pudesit, languet & emoritur. Inde 2. Reg. v. 26. *pudefieri, velut germen agri, & olus her & gramen tectorum, & percussa vento seme ante segetem.* Confer Psalm. 37. 2. & Esa. 15 Oleribus victitabant filii Prophetarum, 2. R 4. 39. de qua mox: & quidem agrestibus: mores priscæ frugalitatis, primævæ ante laps felicitatis, & post lapsum indictæ pœnæ, Ge 3. 18. Imitati Indorum Brachmanæ, Philos tus l. 3. cap. 8. & Pythagoræi. Ovidius 15. tamorph.

Prodiga divitias, alimentaq; mitia, tellus.
Suggerit, atq; epulas sine cæde & sanguine bet.

Plura de his apud Plinium l. 19. cap. 4. Alex Alex. l. 3. Genial. cap. 11. & ibid. Tiraquell Stukium, Bruyerinum, & alios taceam.

3. *Olera cibaria*, nam de condimentariis l sim dicam, celebria in S. Literis, sunt c. 2. not Nos præcipua quædam loca notabimus, & strabimus. Num. 11. 5. Israëlitæ deliciarum Æ pti memores recensent quoq; species. 1. Kissu quod semel legitur h. l. *Cucumeres* interpre

r, à difficili concoctione; *quod graves sint cor-*
ri humano, ut gladii, Buxtorff. in Thalm. LXX.
rant σικύες, Luth. Kürbiß. 2. Abattichim,
od & alibi non repetitur; *Pepones,* Pfeben. Ara-
è *Battich.* Fortè à securitate & salubritate.
bta utrem significat ex Corio, quo vinum fe-
nt. Fieri solebant ex Cucurbitis excavatis la-
næ, dixi in Jonæ cap. 4. de *Kikajon* ex Hiero-
ymo. Sequitur 3. Chazir, gramen, κατ᾽ ἐξοχὴν,
rrum, semel hoc significatu h. l. & 4. Bezalim,
pe, τὰ πράσα καὶ κρόμμυα, LXX. Bitzeln / in ver-
culâ est, linguam acri sapore mordere. Super-
nt 5. Hasschumim, *allia,* Arabibus & Thal-
udicis *thumin:* his *caussa fletus* dicitur: ejus
rtures recensent, *quod exsaturet, calefaciat,*
endidam reddat faciem, semen augeat, & vermi-
los in intestinis occidat: addunt, *gignere amo-*
m, & tollere zelotypiam, apud Buxtorff. Hæc igi-
r lautitias concupiscunt Israëlitæ in deserto. *O*
ura messorum ilia! Ægyptiis Numina fuerunt in
rtis nata. *Porrum & cæpe nefas violare aut*
angere morsu. De quo in S. Analect. Volum. 1.
ulta. *Cucumis* in Thargum & Thalmude voca-
r, *Bozina.* Fortè quia *Bozin* Lucerna, quæ for-
â simili intus humore pingui alitur. Quænam
ntium cucurbitam pro Deo coluerint, & qua-
? ex Majemon. de Idololatriâ exponam in
ppendice Quæst. Physicar. infrà cap. 2. Sunt de
ozina ap. Buxtorff. elegantia Thalmudistarum
agia; inter alia hoc: *Vir cucurbitis delectatur,*
uxor cucumeribus: Wo der Mann Häslein
bricht/

bricht / so bricht das Weib Krüglein. Cucurt
ventre tumido fœminæ similis; Cucumis obl
go, viro. Est tamen cucumis τῶν Ἀφροδισίων ἐφεκτι
Diphylus. Inde Proverb. apud Athenæum:

Τὸν σικυὸν τρώγουσα, γύναι, τὴν χλαῖναν ὕφαινε.]

Vescaris cucumi, mulier, tùm texito lanam.
Sunt enim textrices in fœdam Veneris libidin
proclives, ut ex Aristotele notat Bapt. Porta l.
Villæ cap. 67. ubi de his plura. *Pepones*, ut do
Gregor. M. Moral. 20. cap. 16. *terrena sunt vo
ptates: porrum & cæpe, quæ lacrymas eliciunt, d
cultas vitæ præsentis. Videlicet perversæ men
manna, hoc est, dulcia per gratiam quietis dona
spiciunt, & pro carnalibus voluptatibus, labori
hujus vitæ itinera, etiam lacrymis plena, conci
scunt*, &c. *Cucurbitæ* fatuæ sunt & insipidæ per
Cucumeres difficiles concoctu, malo succo i
plent, febresque pariunt difficiles; Galenus p
petuò à cibis abdicandos censet. *Pepones* du
venenum, blanda vitæ pestis sunt. *Allium*, &
tera caput tentant, sitim somnumq; concilia
oculos hebetant, fœdè olent, ructusque fœti
cient. De his Botanici passim. Quæ omnia p
chrè conveniunt caduca ista mundi bona con
piscentibus. Quos meritò jubemus, κρόμμυα ἐσ
καὶ οἰμώζειν. Pergamus.

4. 2. Reg. 4. 39. Egreditur aliquis in agrum
agrestibus oleribus collecturus aliquid in cibu
Ubi vocabula aliquot notatu digna. 1. ארת LX
ἀρειώθ, vel ἀρὼθ retinuerunt, & interpretati c
dam sunt ἀγριολάχανα. Sic dicta *à lumine*, q
virore suo oculos illustrent, Thalmudici. C
d

n *erucas* vertunt, quæ in acetariis gratæ sunt.
rba est Veneris concitatrix, & ideò salax dicta:
lli, *Roquette*, & Germani Raucken vocant, ac
isser Senff. Nam quidam pro Synapi utuntur,
ait Dioscorides. Nomen Hebræum accepit
umine *Oràh*; non quod visum acuat, ut apud
ikium l. c. 2. cap. 8. sed quod, ut habet Castor
rante in Herbar.

*Et cutis emendet vitia, & lentigine vultum
maculet.* Verùm cibus iste non Prophetarum
is, sed pigris in Venerem maritis convenien-
r, ut notat Bruyerinus. Itaque simpliciter vi-
ia olera, *Jerokanin*, ut in Thargum, malim
elligere: ut Esa. 26. 19. *thal oroth*, ros herba-
n: frisch grün Kraut / herbam viridem manè
ulentis guttis adspersam, quibus quasi steliu-
collucet. Talem collecturus ille, invenit 2.
em silvestrem, non propriè labruscam, sed simi-
n & *quasi vitem*, Vulgatus: collegitque ex ea
Pakkuot agri, *Colocynthidas*. Distinguunt
cti inter Colocynthida, & colocyntham silve-
em, ut Dodonæus l. 2. cap. 26. Pemt. 3. Cogna-
tamen sunt, amaræ totæ, fructuque globoso,
mæ ovalis: wilde Kürbsen. Adeò vehementer
rum purgat, ut & sanguinem eliciat: eadem
cultas est *elaterii*, sive succi cucumeris agrestis.
omen habet Hebræum à rotunditate, unde &
kia glomus, & globus convolutus: *similem pi-
mediocri*, dixit Dioscorides, & Thargum *ovo*,
nc *Pekaim*, figuræ colocynthidum, ovales, acu-
natæ utrinque, 1. Reg. 6. 18. & cap 7. 24. Con-
& Vallesii S. Philos. &c. LXX. vocant τολύ-

πην

πων ἀγρίων.globum aut glomum agrestem. Hæc p
Vulgari opinione. Mihi ferè in mentem ven
Pakkuot esse acinos vitis silvestris dictæ, quæ *Bry*
nia & ἄμπελος ἀγρία, alia λευκή, alia μέλαινα vocatu
Sic videntur accepisse LXX, nostri Stick-Wur
Hunds-Kürbs/Hunds-Reben/Teuffels-Kirsche
&c. appellant; describit Dodonæus P. 3. l.
cap. 10. & 11. & olim Dioscorides l. 4. cap. 17
ac seqq. ubi rationes conjecturæ variæ. 1. Quo
viti sarmentis, pampinis, acinis similior est:
Quod gustu amaro & ingrato: 3. Quod vim ha
bet purgandi, & stomacho molestiam infert.
Quod asparagi cujusdam generis Vere collec
& cocti inter olera recipiuntur: ut veri simile ap
pareat, hujus acinos aut uvas, aut ex foliis com
pactos globos, τολύπας, ab homine isto collecta
rei botanicæ non adeò planè rudi, sed per erro
rem decepto. Denique 5. inspersâ farinâ facilit
tolli crimen pótuit, quàm Colocynthidum:
tamen farina naturæ facultate hoc potuit, quo
videtur Lemnio & Vallesio. Sed miraculum fui
ut ex historiâ probat Abulensis, & ex eo Sanctiu
De Lege verè dixeris: *Mors est in ollâ!* nisi Evan
gelica farina inspergatur. *Amara sunt vitiosi*
& malè viventibus, præcepta justitiæ, ait Lactan
tius. Spiritus Charitatis ea & grata reddit, & sa
lubria: vide Bernhard. Serm. 65. Parvorum. Do
ctrinæ profanæ, extra Ecclesiam, q. de Gentium
sepibus, collectæ Collocynthides sunt, nisi farin
S. Scripturæ temperentur, &c.

5. Malluach, semel legitur Job. 30. 4. her
bam salsi saporis significat. LXX. habent ἅλιμα

Put

to legi debere, ἅλιμα. Est autem *Halimus* fru- sepimentis idoneus, cujus folia coqui solent orum gratiâ, Dioscor. l. 1. c. 103. Serapion re- t, qui in fasciculos manuales compositum cir- nferant venalem, clamare: *Molochia*, *Molo- a!* sic Arabes, ajunt, vocare *Malvam*, vel *Atri- em*, χρυσολάχανον, Milten; Halimus *portulaca rina* dicitur, frutex parvus, foliis & formâ por- acæ, flore & semine Atriplici non dissimilis. Frutice loqui Jobum ex eo constat; quia ait pi, aut *succidi super virgulto*, vel frutice: Sie chen es an oder von der Hecken. Chaldæus ta- n alicubi, *Charul, urticam*, pro eo ponit, ut & Lutherus, Nessel. De Malvâ, Papeln/noti sunt sus Heliodi:

Stulti nec norunt quo toto dimidium plus,
Nec quantum in malvâ sit & Asphodelo emolu- (mentum.

lla Horatii in Epod.

Non Afra avis descendat in ventrem meum;
Non attagen Jonicus
Jucundior, quàm lecta de pinguissimis
Oliva ramis arborum;
Aut herba Lapathi prata amantis, & gravi
Malvæ salubres corpori.

. An Jonæ Kikajon inter olera referri debeat? ertum est. Dixi olim in Commentario multa. dam hîc aliqua ibi præterita. LXX. κολοκύνθην eo posuerunt, Hieron. *Hederam*, ut Aquila όν. Notat tamen Hieronymus id esse propriè, *d Linguâ Syrâ & Punicâ Elkerva dicitur*. Id est bbinis *kik*, & Græcis κίκι: Unde Oleum *Alker-* : Cicinum: Latinis *Ricinus*, Germanis Wun-

der-

der-Baum. Latinum nomen & Græcum *κρότ* animal infectum propriè notant canibus adh rens, ein Zecke / cui fructus hujus plantæ simil unde & Zecken-Korn dicitur. Hæc ex Schindle & Dodonæo. Grana, certo numero si degluti tur, vomitum movent. Inde nomen *Kikajon* qu *vomitorium*, à radice *ko*: vomuit, Jon. 2. v. 11. קִיא *ki* vomitus; primâ radicis geminatâ, ad a gendam significationem, fit *Kikajon*. Sic comp situm *kikalon*, vomitus ignominiosus, Jer. 48. ex Marino & Buxtorff. Crescit in arborem par ficus magnitudine, folio plantani majore, & apud Dioscor. Nihil ergo illi cum oleribus co mune. Nec dubium jam, non esse cucurbitam.

De hederâ est 2. Macc. 6. v. 7. Judæos in Dion siis coactos fuisse hederam ferre in pompâ [B chi: & l. 3. cap. 2. v. 21. iis *παράσημα Διονύσου, foli hedere* cauterio inustum. Notum illud -- *Hede est gratissima Baccho*: & solitos Idololatras sign ri in Deorum suorum, servosque à Dominis su docui in S. Analect. Volum. 1. Multa de hede Bapt. Porta l. 9. cap. 44. & Mylius in Horto Pl losoph. aliique. Quæ quoniam *nihil ad Dionysi* ut ita dicam, relinquo.

CAP. V.

De Herbis condimentariis, & medicamentosis.

1. MErorim. *comedere cum azymis* & Ag Paschali jubentur Israëlitæ, Exod. 12. 8.

Nu

um 9. 11. de quo in Passionali meo, de Agno Pa-
nali Meditat. 5. plura, cum tædio non iteranda.
eus suos *saturat* aliquando *Mammerorim*, Job.
8. Thren. 3. 15. ubi tamen ab absynthio distin-
untur. Vocabulum γενικῶς, *amara*, amaritu-
nes significat: inde εἰδικῶς, *amaras herbas*, bitter
Salsen/πικρίδας LXX. & *lactucas agrestes* Vul-
tus habent. Laudat h. l. Bonfrerius hujus *do-
inam reconditam*, *eumq; non tantùm lingua-
m, sed & proprietatis vocum fuisse peritissimum*.
údem nemo invidet; sed hîc non magnâ causâ
buitur. Secutus enim fuit, ut creberrimè
XX. *Lactuca silvestris*; θρίδαξ ἀγρία est; de quâ
oscorides l. 2. cap. 130. At πικρίδες, non tàm
tucæ, quàm --- *amaris intyba fibris*, --- *tor-
nti grata palato*, ut Columella. Sic Interpretes
Synecdochen speciem posuerunt pro genere.
fontibus generale nomen est, quod & istas &
gnatas species complectitur, ad embammata
petitas, & acetaria, de quibus Bruyerinus l. 8.
op. 4. 5. & 6. Optimè igitur Lutherus, *amaros
inctos* vertit.

2. Admonere debuit hoc embamma amaritu-
um, quas in Ægyptiacâ servitute degustâssent
aëlitæ. Tales meritò agrestibus *lactucis & in-
is* comparantur, ut & *absynthio*: de hoc plura
uli in S. Analectis Volum. 1. De illis nota 1.
ta esse, excitando appetitui. Horatius --- *me
cunt oliva, me cichorea, levesq; malvæ. Mens
taminum avida amara habet pro festivis deli-
,* ait de his ipsis Philo de Congressu erudit. grat.
Eadem *concupiscentias cohibebunt*, *ne efferve-*

 scant

ſcant & turgeant, idem ibid. Lactucæ ſanè Ve-
nerem compeſcere & avertere libidinoſa ſomni
dicuntur, à Dioſcoride. Inde fabula, quod *Ve-
nus Adonin* ab apro interfectum, *inter lactuc-
compoſuerit*, quæ & νεκύων βρῶμα dictæ, apud Athe-
næum. 3. Cùm, ut apud Martialem, --- *prim-
datur, ventri lactuca movendo utilis eſt*: Poſt epu-
las aſſumta temulentiam diſcutit, vapores ne ca-
put feriant, impedit, ſomnóſque inducit. Gale-
nus ſitim quoque inter alia arcere ait, & à ſalu-
britate laudat, vide apud Matthiolum. Nota il-
Columellæ:

Jamq; ſalutari properet lactuca ſapore,
Triſtia quæ revelet longi faſtidia morbi,

& Martialis:

Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat avorum,
Dic mihi cur noſtras inchoat illa dapes?

Adde quod ſuccus ex lactucâ agreſti eductus o-
culorum caliginem diſpellit, & aquam intercu-
tem expurgat, Theophraſto autore. Multa al-
Mylius in Horto, Joh. Baptiſta in Villa, Stukiu-
in Conviva l. &c.

3. De *Abſinthio* vix erat operæ pretium plu-
dicere. Laanà octies legi notat Marinus. *Ra-
dix fructificans Roſch velaanà*, Deut. 29. 18. ῥί-
πικρίας ἄνω φύουσα, Hebr. 12. 15. LXX. ἐν χολῇ
πικρίᾳ. Vulgatus: *Radix germinans fel & amar-
tudinem*: Vatablus: *toxicum & abſinthium*: Tr-
mellius: *cicutam & abſinthium*: D. Luther. Gi-
und Wermuht. Hominem notat Moſes ſcand-
loſum, quem vulgato proverbio nos dicimu-
mala

abuſum. 1. *Definitio* naturam, nativumq́; um complectitur. Naturâ, lacryma eſt arris aromaticæ: ſolo, amat colles & in Sabæâ ſcitur. *Arborum thuris* in horto Salomonis omatifero mentio modò facta eſt cap. præced. ntic. 4. 14. Pulchras & amœnas, quâ adſpe-ı, quâ odore, eſſe Siracides innuit, cùm in mâ proverbii ait, cap. 50. v. 8. ὡς βλαςὸς, λι-ᾳ ἐν ἡμέραις θέρες, id eſt, *ut thus redolens*, Vul-. vel velut germen, arbuſcula, thuris, *tempore itis*: quo ſolis æſtu icta vehementiùs fragrat, vida ſucco odorato, ut mox audiemus. De triâ, regione thuriferâ, vide Eſa. 43. v. 23. . 60. v. 6. Jerem. 6. v. 20. Thuriferos colles, ntic. 4. v. 6. Illuſtrat hæc Plinius l. 12. cap. 14. *ura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ qui-n univerſæ*: propria Sabæis &c. *Colles attol-tur alti, decurruntq́; & in plana arbores ſponte tæ. Nec arboris quæ ſit facies conſtat. Alii fo-oyre, minore duntaxat, & herbidi coloris pro-ére: alii lentiſco ſimilem ſubrutilo: quidam ebinthum eſſe. Cortice lauri eſſe conſtat, qui-n & folium ſimile dixêre. Talis certè fuit ar-Sardibus. Nam & Aſiæ Reges ſerendi curam buerunt.* Sic *& in Carmaniâ, & in Ægypto ſe-antur ſtudio Regum Ptolemæorum.* Ut nemo retur, ſi ante hos omnes Regum Sapientiſſi-s ac ditiſſimus ſuæ ætatis Salomon in Judæam nſtulit. Inter recentiores nemo certiùs de-ipſit Garſiâ: *arbores eſſe humiles, folia habere tiſco ſimilia, peculiares eſſe Arabiæ*, lib. 1. cap. 6.

R 2 2. *Dif-*

2. *Differentiam* indicat S. Scriptura epit
to, *Lebhonà Zakkà*, quod eſt λίβαν@ διαφα
LXX. *thus pellucidum*, purumque, Exod. 30.
unde *Zechuchit*, vitrum. Hinc nomen no
λίβω, ſtillo, ſed ex Hebræo, quod propriè *alb*
ſignificat; unde & mons Libanus, propter p
petuas incumbentes nives. Arabes etiam nu
Conder vocant, ſicut & priſci, Scaliger Exer
149. frequentius tamen, ut notat Garſias,
van. Nam *Conder* reſinam notat. Sic Dioſ
rides optimum λίβανον ait appellari *Stagonia*
q. d. guttæ ſimilem, *ſuapte naturâ rotundum*,
candidum, *maſculum* Latinis. *Indum autem*, n
à ſolo, ſed à colore, *liveſcere & fulveſcere*. G
ſias: *Montana*, inquit, *arbor montibus confrag*
provenit, *optimumq; thus profert: in planis v*
naſcens thus profert nigrum, *improbum*, *quo c*
aliarum arborum reſinis permixto naves pic
& oblinunt, *uti nos pice ſolemus. Arbores ill*
Provinciæ Regi cedunt, *nec cuiquam thus collig*
licitum eſt, *niſi Regis permiſſu. Legitimum la*
datumq; Melato appellant: fertè à *Millath*, p
nitudine, & perfectione. Thus Latinis ἀπὸ
θύειν, ut Germanis Weyherauch/ q. d. Sacru
ſuffimentum, thymiama. Nam weyhen eſt
crare.

3. Sic indicatur *Uſus* antiquiſſimus, ad ſu
tum & libamina, Levit. 2. v. 4. 12. 15. cap. 6. 1
& cap. 24. 7. unde *Dijs gratiſſimum* dicitur à D
doro Sicul. l. 2. cap. 49. *Alexandro M. in pueri*
ſine parſimoniâ thura ingerenti aris, *pædago*

L

nides dixerat, ut illo modo cùm devicisset thu- eras gentes supplicaret: At ille Arabiâ potitus re onustam navim misit ei, exhortatus ut largè os adoraret. Ipsi Arabes convecto thure Sa- cam, ibi *Deo, quem vocant Sabin,* decimas pen- nt: nec ante mercari licet. *Sacros* vocant, bus in arbores jus est: *qui cùm incidunt aut tunt, nec fœminarum congressu, nec funerum luuntur. Silva divisa certis portionibus mu- innocentiâ tuta est, neq; ullus saucias arbores odit: nemo furatur alteri,* Plin. loc. cit. In pulo DEI, *sacrificia* & oblationes, quibus *oleum thus adspersum,* erant *Sanctum* quid DEO, & tum; quibus ista non adspergebantur, non nt per se accepta, sed abominabilia, ut ll. cit. Levit. 5. 11. Num. 5. 15. Qui pro peccato ex- torium sacrum facit, neque securè de gratiâ esumat, & oleo potiùs misericordiæ indigere ntelligat, atque indignum esse, qui DEUM pre- ur. *Petat, quasi non petendo, & speret, sed si desperando: dùm & se veniâ indignum con- tur, & tamen solâ Dei misericordiâ fieri posse lit, ut salvetur,* Radulph. Flaviacens. in Le- h. l. In sacrum hunc usum thus & aromata Gazophylacio Templi, sub custodiâ Levita- quorundam, asservabantur, 1. Paralip. 9. 9. Nehem. 13. 5. 9. Multa de hoc usu thuris k. de Sacrif. p. 54. & seq. & alii.

. Hinc *abusus* Idololatricus ortus, cùm Deos no sine thure ferè precaretur, ut 1. Reg. 11. . & cap. 13. v. 1. 2. Paralipom. 28. 25. Ezech.

c. 6. v. 13. & cap. 8. v. 11. Esa. 66. v. 3. 1. M
cab. 1. v. 58. & cap. 2. v. 15. *Iliacis temporib*
ut putat Plinius, *nondùm thure supplicabat*
l. 13. cap. 1. *Novella res erat*, ut ait Arnobi
nec heroicis temporibus quidnam thus esset scitu
Ne Romulus quidem, aut in religionibus commi
scendis artifex Numa, aut esse scivit, aut nasci,
pium far monstrat, &c. l. 7. adv. Gent. A
dæis κακοζηλία Diaboli translatus est abusus
alias Gentes, & inde in Ecclesiâ hæsit: ubi
men ignorari nec debuit, nec potuit, aliud e
DEO nostro in Christo acceptum thus, alias
crymas. Ostendi debebat, quod DEUS *non in*
gnè sustineat Panchaicas sibi ardere resinulas.
Pietas, quantus iste est honor, aut qualis, qui
ignis odore conficitur, & resinâ ex arboris comp
ratur? Arnob. loc. cit. Nos offerre decet *o*
mam & majorem hostiam, quam ipse mandav
Orationem de carne pudicâ, de animâ innocen
de Spiritu Sancto profectam: non grana thu
unius assis, Arabicæ arboris lacrymas, Tert
lian. Apolog. cap. 30. Sic prisca censebat simp
citas. *Hoc thus illud est odoris optimi, quod Ge*
tes afferunt Deo & offerunt, Esa. 60. 6. *dicente*
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspec
tuo, Hieronym. in Esa. h. l. vide eundem in ca
66. v. 3. adde 1. Reg. 10. v. 2. 10. Jerem. 17. 2
cap. 41. 5. Baruch. 1. v. 10. Sic Magi mysticè c
ferebant, Matth. 2. 11.

Aurum, thus, myrrham, Regiq;, Deoq;, homini
De loco Cant. 3. 6. & 4. 11. suprà. Sed & thu
th

ymiama *Symbolum* esse *precum*, gratiarum ctionis, & divini cultus dixi, ex Apocal. cap. 5. 8. ac cap. 8. 3.

5. Placet hoc argumentum paucis expolire. Ut thus odorata lacryma est arboris Arabicæ; unt autem τὰ δένδρα τὰ λιβανοφόρα, *ligna thurira, nec alta nec magna, sudant thus in cortice ncretum; ut alia quadam* δακρύς τὸ κόμμι, *larymantur gummi*, Arrianus in Periplo Erythr. c preces & lacrymæ connexa sunt, Thren. 2. 18. Thus 2. duplex est: arborum montanam *candidum*, masculum; earum quæ in plas sitæ sunt, *nigrum* & improbum, pici simile; liter orat Publicanus in angustiis, aliter Phariæus felix, Luc. 18. 10. Et ut illud non fluit nisi *arbore sauciâ*; sic Oratio non nisi è saucio corе, Ose. 6. 1. 2. Bis inciditur arbor, bis metitur us: *Prior atq; naturalis vindemia circa canis tum fragrantissimo æstu: autumno legitur ex livo partu. Hoc candidum, purissimum. Senda vindemia est vere, ad eam hyeme corticibus cisis. Rufum hoc exit, nec comparandum prio*-, Plinius l. 12. cap. 14. Inter piorum quoque reces discrimen est ingens; fragrantissimas eximit fragrantissimus æstus, Esa. 26. 16. Psalm. 7. v. 4. nec fumum dant qui cœlos petat, nisi *sur prunis* Apocal. 5. v. 8. Esa. 6. v. 6. Pertinent ic *venti*, qnibus agitatæ arbores uberiùs lacryantur, Cantic. 4. v. 16. de quo S. Analect. olum. 2. l. 6. cap. 15. Jam 3. si locum spectemus;

mus; Soli Arabiæ & quidem Sabææ thus pe
liare fuit:

--- *Solis est thurea virga Sabais!*

quibus *à mysterio*. ut vult Plinius, vel *à reli*
ne potiùs nomen, ut & σέβειν, ab Hebræo *Za*
religionis causâ convenire. Sabæa Eccle
Typus est, Esa. 60. 6. Deus, quem Arabes
bin, vel cum articulo *Assabinum Jovem* di
runt, est qui in Ecclesiâ colitur, non hic aut
lic, sed toto orbe, Joh. 4. v.24. Porrò 4. ut c
tio sit Sacrum thymiama, accedant oportet
adoramenta, quæ in figurâ olim præscripta Ex
30. v. 34. de quibus cap. 7. num. 8. Hæc nc
præbet summus Ecclesiæ suæ Pontifex, qui
preces nostras Deo offert, Apocalyp. 8. 3. ubi
bertus M. *Sancti orationes suas committunt Ch*
sto, qui eas Patri offerat: ipse eas reddit accept
5. Thus olim soli legebant *sacri homines*, P
aliter Arrianus in Periplo: *à servis Regiis, &*
supplicia damnatis colligi: nam loca esse insa
bria, ut & prætervehentibus pestem afferant,
operariis sint πάντοτε θανατώδη: *adde quod ob*
nuriam cibi non pauci intereant. Putare po
ad Apostoli verba respexisse, 1. Cor. 4. v. 9. 10.
Sic sunt, qui thuriferas arbores DEI curant, th
raque in Gazophylacio custodiunt. 6. De th
ris efficaciâ & viribus Dioscorides: *Oculorum c*
liginem discutere, cava ulcera complere, & ad
catricem perducere, cruenta vulnera glutina
&c. Matthiolus: *Fugare tristitiam, lætifica*
cor, & convenire omnibus ejus affectibus. Eade

præst.

ræstat *manna thuris*, sed minùs validè. *Micas ncussu elisas manna vocamus*, Plinius. *Sanis imen haustum thus insaniam movere dicitur*, *&* *rgiùs cum vino potum interficere*, Dioscorid. ide 3. Maccab. 5. v. 1. 30. & quæ de eo loco dixi Arboreto cap. 36. num. 5. Quæ ad preces apicare non difficile est. 7. Novit infernalis raco earum vim; itaque quâ potest impedit. c fabulabantur veteres, *thuriferas arbores obrvari ab anguibus alatis; solo styracis fumo submoveri posse*, Herodot. l. 3. Styrax crux Christi t, ut in Arboreto cap. 10. num. 3. vide Genes. 5. 11. Denique 8. facit huc, quod in Fabulis ioque est, *Libanum adolescentem Dei timentem, cráq; colentem fuisse: qui invidiâ occisus, in arrem thuris militatus fuerit*, ut habet Auctor ieoponicôn. Et illud quod Arrianus loc. cit. *Sachalitico Arabiæ sinu, thus in cumulos aggreum jacere* ἀφύλακτον, *Deo quodam locum tuente; t si quis vel unicum granum, sine Regis permissu, navem intulerit, ea loco moveri nequeat, à Dæone quodam retenta.* Qui precibus piis studet, vadet arbor immortalis, Apocalyp. 22. 2. Esa. 1. 3. thesaurumque struet, quem rapere nemo ossit, Matth. 6. 20. Augustus, *quo lecti probaq; Patres & religiosiùs & minore molestiâ, senaria munera fungerentur, sanxit; ut priùs quam nsideret quisq;, thure ac mero supplicaret apud ram ejus Dei, in cujus templo coiretur*, Sueton. 36. Religiosi *Lari* familiari *quotidiè aut thure ut vino supplicabant*, Plautus in Aulular. vide xod. 30. 7. Sed de thure satis.

6. Balſamum, varia apud Hebræos nor
na habet: Talmudici arbuſculam, *Apharſem*
lacrymam *Opopolſimon* barbarè vocant: Th
gum in Cantic. *Balſemon*. Sic *Natèph* & Cha
Netupha, explicant opobalſamum, & *Pann*
quod eſſe opopanacem in Herbario oſtendi,
Zeri, quod reſinam ſuprà: pro eo Chaldæ
Jerem. 46. v. 11. poſuit שעיף *Scheip*, ungue
tum vulnerarium, &c. Inter tot nomina, qu
mirum, nullum Hebræum apparet, vel pr
prium; nam *Zeri & Nataph* generalia ſun
vel antiquum; nam *Balſamon*, quod & *Palſam*
ſcribunt, recentius ac à Græcis mutuatum e
vel vernaculum; nam *Opopolſimon* Græcæ o
ginis eſſe conſtat: unde & סטכתי *Stacte*,
פילון *Pilon*, φύλλον, *Malabathrum*, *Tamalap*
tra vocant Indi in Oriente, nec in Syriâ a
Ægypto naſcitur, de quo Stukius in Peripl. A
riani, & Jonſtonus l. 3. cap. 5. de Arbor. Arom
ticis. Nec in ullo Canonico Scriptore Bibli
diſtinctum nomen occurrit: apud Siracide
Latinum legitur cap. 24. & Ezech. cap. 27.
quibus deinceps. Putant tamen Interpp. al
quando κατ' ἐξοχὴν *Schemen* dici, & cum epith
to ſignificante excellentiam: unde & fortaſ
Balſamon, q. d. Dominum unguentorum: u
Nered, nardus, ut diximus, quaſi domina ar
matum.

7. Atque id quidem indubium, vocabul
Schemen non tantùm vulgare oleum appellar
verùm etiam pretioſum aliquando unguentun

Ho

oc enim illud est *Schemen*, quo convivæ sole-
int perfundi: de quo David Psalm. 23. 5. *Im-
nguâsti oleo caput meum*, ἐλαίῳ, LXX. alii un-
ιento. Hoc est *Schemen Sasôn*, oleum lætitiæ,
alm. 45. 8. Esa. 61. 3. ubi LXX. ἄλειμμα εὐφρο-
ύνης, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως: *oleum effusum*, odoratis-
num, optimum, Cantic. 1. 2. quod de Balsamo
ccipi potest, ut mox: Quod oleum cum *Keto-
th* jungitur, ac *cor lætificare* dicitur Proverb.
7. 9. Ezech. 23. 41. ac cap. 16. 18. ubi in priore
co LXX. habent μύρα, in posterioribus sermo
t, de sacro oleo unctionis, quod soli DEO pro-
ium. Confer Eccles. 9. v. 8. & 10. v. 1. ubi
hemen Rokeach, oleum pigmentarii, est un-
ιentum, Vulgat. LXX. habent σκευασίαν ἐλαίου
ύσματος. Aliquando tamen *Schemen* præ-
ntissimum quoddam unguentum, & adeò
alsamum, significare videtur. Sed hoc duplex
t: aliud *compositum*, quod dicitur *Schemen
attobh*, unguentum optimum, *descendens à
pite in barbam Aaronis*, Psalm. 133. 2. de quo
iprà ex cap. 30. Exodi: aliud *simplex & pu-
ım*; quod fortè *Schemen rosch*, unguentum
æcipuum, Psalm. 141. 5. *Reschith Schema-
im* primum unguentorum, Amos. 6. v. 6. &
iquando *Schemen tobh*, Eccles. 7. 2. *Schemen
attobh*, unguentum optimum, quod ab aliis
essamim unguentis clarè distinguitur, 2. Reg.
o. 13. Nuspiam tamen his omnibus locis vel
ud Græcos Interpp. vel apud Vulgatum, no-
en Balsami reperire est: neque etiam alibi,
quod

quod admiratione dignum eſt : niſi quod Vu
gatus poſuit, Sirac. 24. v. 20. 21. ubi in Græ
nullum veſtigium, & Ezech. 27. 17. pro *Panna*
ubi LXX. μύρον habent ; Aquila, Symmach
& Theodotion φαννὰγ retinuerunt.

8. Quærendum igitur adhuc reſtat; utina
expreſſa Balſami mentio fiat in S. Codice? & c
adeò vel obſcura, vel nulla? an quod rarum
Judæâ, ſeroque cognitum fuerit, nec in uſu pr
terquam Regum? Audiamus Scriptores extr
neos, quantum quidem huc ſpectat. *Forma*
arbuſculæ, de quâ alioquin variant, optimè e
preſſiſſe videtur Dioſcorides : *Eſſe magnitudi*
albæ violæ, aut Pyxacanthæ : folium rutæ prox
mum, candidius tamen & perpetuò virens. Be
lonius l. 2. Obſervat. cap. 39. accuratè deſcripſi
Trium cubitorum altitudinem non ſuperar
cumq; pedali altitudine eſt, in multos graciles r
mos, anſerinæ pennæ caule haud craſſiores, fu
di findiq; : niſi quotannis putetur, ut vitis, deg
nerare, &c. Pluribus Proſper Albinus & recen
tiſſimus Jonſtonus l. 6. de Arbor. lachrym. cap. 4
Patria illi Arabia eſt, ubi & hodiè provenit null
culturâ : unde & etiam nunc ramuſculorum in
tegri faſces Cayrum deferri ſolent. Veslingius. *Bal*
ſamum tamen illud, quod ex Arabiâ Memphin
plenis lagenulis advehitur, non eſt lacryma, quan
tumvis odoris ſuavitate gratum admodum ſit: mi
nimum etenim ejus ex plagâ corticis deſtillat, ma
xima pars ligni frondiumq; decoctione conflatur
Idem addit : *Non eſſe nugamentum, quod habe*

Pau-

usanias, Arabes olim viperis, circa Balsamum spitantibus, vim omnem tanquam sacris absti-nisse: Se enim observâsse, quod plures proserpen-s illas bestias deprehensas domi suæ, ceu Genios i, venerati fuerint, victumq; illis suppeditave-nt: Quod quidam veterum scripserint, ferro ctum fruticem emori; *non de indigeno, & pa-iam terram validâ jam stirpe complexo; sed de nellâ plantâ, & in alieno solo languidiùs adultâ cipiendum esse*. Hæc recentiores.

9. Ex quibus de antiquorum narrationibus rri potest judicium. Josephus de Reginæ thiopiæ & Ægypti, quam *Nicander* ait fuisse, Salomonem adventu post alia: *Ajunt*, inquit, *od Balsami plantam, cujus hodiè quoq; ferax regio nostra, illius Reginæ munificentiæ acce-am ferri oporteat*. Strabo quoque l. 16. *apud bæos* natam olim testatur: & Dioscorides suo vo *in Ægypto*: ubi & hodiè colitur *in Materea rto propè Cairum*, satis tamen negligenter: In idæâ hodiè nuspiam. *In Europam nec lacryma, obalsamum, nec semen, Carpobalsamum, nec li-um vel cortex, Xylobalsamum, importantur, nisi dulteriis vitiata*, Matthiolus. Nondum tamen eliisse, & in magno esse pretio, docet contra ardanum Scaliger Exercit. 157. Plinius l. 12. p. 25. hæc habet præcipua: *Omnibus odori-s præferri: uni terrarum Judææ concessum: iondam in duobus tantùm hortis, utroq; regio: iti similiorem esse, quàm myrto: seri etiam mal-olis, & tondere fruticantem. Sævière in ean-dem*

dem Judæi, inquit, *ſicut in vitam quoq; ſua contrà defendêre Romani, & dimicatum pro fr tice eſt. Inciditur vitro, lapide oſſeisve cultell ferro lædi vitalia odit : emoritur protinùs*, & Viperas ſub umbrâ balſami hoſpitari, ſuccoq veſci, prodit Pauſanias in Bœotic. l. 9. eas, q tempore opobalſamum colligunt Arabes, fuga Scytalis comploſis; occidere verò religione pr hiberi : Si quem iciant, plagam eſſe innoxia venenique expertem. *De Uſu* aliquid ſuprà, ſi quis plura deſideret, inveniet apud cicatos, S linum item, & Tacitum aliosq;, Juſtinum, The phraſtum, &c. Supereſt

10. Caſia, vel *Caſſia*, ut Græcis quoq indifferenter. Sic altera Jobi filiarum *Kezia* κασία, vel κασία, Job. 42. 14. plurale *Kezioth* l gitur, Pſalm. 45. v. 10. ubi LXX. κασία : Neq alibi. Nam de *Kiddàh* jam dixi cap. num. 1 Radix קצע *Kazà*, ſignificat *abſcidit*, *abraſit*, vi derivata alia apud Buxtorff. in Thalmud. Schin lerus vertit : *decorticavit*. Ut de *Keziàh* qu Caſia ſit, nulla ſit ratio dubitandi. Eſt aute *Caſiæ* nomen homonymum : Nam & *herbam* gnificat coronariam, & *arborem*, aliam medic mentoſam, purgatricem ; aliam aromatica Herbam Theophraſtus *Cneoron* appellat, qua *Lavandulam* eſſe putant Dodonæus, Dalechan pius &c. de qua Virgilius :

Pallentes violas, & ſumma papavera carpens Narciſſum & florem jungit bene olentis aneth

Tù

Tum Casiâ, atq; aliis intexens suavibus herbis
Mollia luteolâ pingit vaccini catha.
l. 2. v. 50. & 4. Georg. v. 30. jubet circum al-
aria seri. *Arbor* cujus *pulpa solutiva* medicis
usu est, Græcis dicitur κασία μέλαινα; ignota
teribus, fert siliquas, de quâ h. l. non agi cer-
n est. *Aromatica* est, quæ nostram fert *Canel-*
n, sivè quod vulgò hodiè dicimus *Cinnamo-*
um, de quo suprà. Cortex est, in fistulæ mo-
m: unde & κασία σύριγξ, *cassia fistula*. De
c Virgil. 2. Georg. v. 465.
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec Cassia liquidi corrumpitur usus olivi.
opè Arabiam ἀρωματοφόρον nasci dixit Diosco-
es, folio piperis: Plinius l. 12. cap. 19. *juxta*
mami campos. Sed in totâ Arabiâ non repe-
i docet Garsias, & accuratè describit, l. 1. c. 15.
strumque Cinnamomum esse demonstat, de
o suo loco. Varia ejus recenset genera & de-
ibit Dioscorides: inter optima est, quæ dici-
r ab Incolis, Arabibus puta, *Achy*, quod ab
hu Hebræorum parum distat, de quo in Palu-
ibus herbis lib. 2. cap. 7. num. 2. & altera, quæ
zir, vel potiùs *Gizir*; *Gazar* autem significat
aldæis & Syris, *circumcidere*. Inter viliores
censetur, dicta *Darca & Kitto*. *Daraca* scu-
m, vel pelta dicitur Arabibus, cui fortè simi-
Casia non fistulæ modo convoluta. *Kitto* fortè
ddàh est, quod Casiam interpretati sunt qui-
m, ut paullò ante dixi hoc num. Neque plu-
ous hîc opus est.

CAP.

CAP. X.

Paralipomena, de Lentiſco, M[…] ſtiche, Amomo, & Siracidæ loco, Cap. 24.

1. LEntiſcus *Maſtichen* ferens, reſinam L[…] tiſcinam, in Chio inſulâ frequens arb[…] *tantoq́ in honore eſt, ut ſi quis exſcindere […] ſus fuerit, manu reſectâ multetur.* Toti en[…] ferè Europæ Maſtichen Chios ſufficit. Qu[…] quam alibi quoque naſcatur, etiam in Italia; […] rùm & rara, neque par bonitate. Baccas f[…] σχινίδας Hippocrati, dictas, de quibus Ara[…] in Phænom. & exinde Cicero apud Plinium l. […] cap. 25.

Jam verò ſemper viridis, ſemperq́ gravata
Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu
Ter fruges fundens tria tempora monſtrat […] randi.

Ipſa arbor Græcis σχῖνος, quaſi σχιςὸς, *fiſſilis*, qu[…] facile & frequenter findatur in *detiſcalpia*, M[…] thiolus & Bauhinus ad Dioſcoridem 1. cap. 7[…] Hinc paronomaſia illa *in Fragment, Danielis*, […] Danielis judicio adverſus Suſannæ accuſator[…] Quam Africanus non ſine ratione cenſuit arg[…] mento eſſe, quod ea hiſtoria, ſi tamen ve[…] à Græculo aliquo conſcripta fuerit; quod ſi[…]

m in nomine allusionem Hebræa Lingua non
piat. Ea nec hodiè vernaculum nomen ha-
t Lentisci aut Masticbes. Hujus Græcum ex-
imunt Rabbini ; ut & Hispani, quod ab Ara-
bus accepisse articulus docet ; *Almastiga* di-
nt ; vide Buxtorff. Thalmud. Neque quis-
am Lentiscum , ut puto , Babylone notam
frequentem fuisse commemorat. Nam *ma-
che* illa , quam Plinius dixit *in India & Ara-
a* fieri , non Lentisci , sed spinæ fructus est:
quæ in *Asiâ & Græciâ* , herbæ, Chamæleo-
s albi , l. 12. cap. 17. ubi Dalechamp. Verùm
his satis.

2. Amomum , Apocalyp. 18. v. 13. *Post Cin-
nmomum Complutens. & alii codices addunt ; qui
frutex in Assyria & Armeniâ , habens florem
star candidæ violæ, calorem ad aurum inclinan-
m, lignum rufescens, odorem suavissimum : unde
actantius in Phœnice :*

Cinnama dehinc auramque procul spirantis amomi

congerit, *ut iis nidum, semetipsumq; combu-
t : & Ovidius 15. Metamorph. ait Phœnicem*
nomo succo vivere. *Verùm amomum hîc nec
bent Biblia Romana , nec Græca* , hæc ibi Cor-
el. à Lap. De Amomo &, quod ei nomine ac
utice simile esse ait Plinius l. 12. cap. 13. Car-
momo , lis est inter Medicos , Garsias l. 1.
p. 31. Linguâ Arabicâ *Hamama* appellari re-
rt, quod significet *pedem columbinum* ; ramu-

lumque sibi donatum, licet jam siccum, (
lumbarum pedem, plumatum, puta, retuli
Hamam incalescere significat: *Ham*, calore
Hammim, Termas, *Hammàh*, Solem, unde *Ha*
mon, Jupiter. Hinc *Hamima* apud Schind
rum Columba, *seipsa dehamimatha*, Stercus C
lumbinum; Et ratio, cur credita fuerit

Alba Palæstino sancta columba Deo?

Tibull. 1. Eleg. 7. quod scilicet propter na
ram calidam Solaris avis haberetur. Inde i
que χάμαμα amomum περιστερεῶν, in Lexico Gr
co-Arabico, &c. Dioscoridi frutex pusill
est, palmi longitudine, οἱονεὶ βότρυς ἐκ ξύλυ
τεμπεπλεγμένος ἑαυτῷ, *similis racemo, ex lig*
in se undiq; implicitus & convolutus. Friati p
vis unguentis addebatur, quibus defunctor
cadavera *lutata*, ut diximus ex Persio; quo p
tinet illud Ovidii:

Spissaq; de nitidis tergit amoma comis.

3. De Phœnice Ovidius loc. cit. 15. Met
morph.

Una est quæ reparet, seq; ipsa reseminet, al
Assyrii Phœnica vocant; nec fruge, n
herbis,
Sed thuris lacrymis, & succo vivit amomi.

Dixi Jobum meminisse niduli ejus in S. Anal
ctis, Volum. 1. pag. 164. Mihi, *præfiscini!* im
tari ingenium & industriam libuit. Sic eni
puto decere Bonas Mentes, ut non aliundè v
vant. Verbum DEI, sacris literis proditur

& th

& thus, & lacrymas, & amomi ſuccum omnia-que unguenta, & condimenta ſuppeditat largiſ-ſimè. *Ego*, inquit Sapientia quæ ibi habitat, *ſum, ſicut Cinnamon*, καὶ ὡς πάλαθος ἀρωμάτων, *ut maſſa aromatum*, *ut myrrha electa dedi* εὐωδίαν : ὡς χαλβάνη, καὶ ὄνυξ, καὶ στακτὴ, καὶ ὡς λιβάνου ἀτμὸς ἐν σκηνῇ. Vulgatus vertit : *Sicut Cinnamomum, & balſamum aromatizans, odorem dedi : quaſi myr-rha electa dedi ſuavitatem odoris : & quaſi ſto-rax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quaſi Libanus non inciſus vaporari habitationem meam, & quaſi balſamum non miſtum odor meus.* Multa miſcuit, quæ in Græco non apparent, de quibus vide ibi Cornel. à Lap. in Siracid. cap. 24. v. 20. 21. Quicquid ſit, S. Scripturam Nidum quendam Aſſyriæ avis fecit Auctor:

Quò ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas,
Quaſſaq; cum fulva ſubſtravit Cinnama Myrrha,
Se ſuperimponit, finitq; in odoribus ævum.

Equidem ita vivere opto, ita mori! Denique nunc quoque hortulum hunc herbarium & aro-maticum, quaſi nidulum, inter multa acerba & triſtia, variasque tempeſtates vitæ, in quo interim quieſcerem, compoſui, ut quivi, quan-do ut volui non licuit : Eum, quemadmodum Phœnix *pius fert*

... *cunasq; ſuas, patriumq; ſepulchrum.*

Perq; leves auras Hyperionis urbe potitus,
Ante fores sacras Hyperionis æde reponit;

quam fabulam recenset pluribus Achilles S
tius l. 3. de Amoribus Clitophont. & Leuci
sub finem; in usum juventutis, Theologicis s
diis deditæ, LMQ. Soli Justitiæ consecratu
hîc liceat dicere,

Ante fores sacras Hyperionis æde repone!

DIXI.

OH.HENRICI URSINI
SYLVA
THEOLOGIÆ
SYMBOLICÆ,

In quâ

Ducenta Sacræ Scripturæ
icta totidem Symbolis ex rerum
naximè cœlestium & terrestrium inanima-
tarum naturâ petitis illustrantur, additisque
pulcherrimis variorum Scriptorum Sen-
tentiis breviter explicantur.

*Bono Juventutis & quibus erudita Pietas
animi pabulum est.*

Cum Indice Alphabetico Symbolorum.

Flos Juvenum elegantiorum.

TRia vos ex me ſcire cupere, animus præſagit: Quid feram minusculi? cur mea in eo deſudare voluerit aliquantula induſtria? & quamobrem vos eo dignari viſum ſit? Ne vos per ambages & longa exorſa detineam, accipite Munuſculum, *Sylva* eſt. Titulus libello non quæſitus, nec faſtuoſus. Non placuit imitari feſtivitates inſcriptionum, aut polliceri *lacti gallinacei hauſtum*. Qui variam & miſcellaneam & quaſi confuſcaneam doctrinam conquiſierant, titulos indiderunt libris ſuis, alii *Muſarum*, alii *Sylvarum*, ut AGellius commemorat l. 20. Noct. Attic. cap. 10. hos ſequutus Sylvam inſcripſi libellum hunc meum, & quidem *Theologiæ Symbolicæ*; *Theologiæ*; nam quicquid hîc legetis, vel ad Fidem vel ad Mores ſpectabit, quo in ſpatio Theologiæ ratio omnis decurrit: *Symbolicæ*; quia allatis ex claſſe rerum Cœleſtium & Terreſtrium inanimatarum Symbolis, credenda, facienda, ſperanda, quaſi pingo, & illumino. Non nova eſt hæc docendi ratio, non χθὲς ἢ πρώην inventa. Primus ejus conditor eſt, qui & Mundi, quem ita conſtituit, ut eſſet διδασκαλεῖον ψυχῶν λογικῶν καὶ τῆς θεογνωσίας παιδευτήριον, ut loquar cum

Baſilio

asilio Hom. 11. Hexaëm. Apulejus de Mundo
itè : *Phidiam illum, probum quem fictorem fuisse
adit memoria, vidi ipse in clypeo Minervæ, quæ
rcibus Atheniensibus præsidet, oris similitudinem
illigâsse; ut si quis olim artificum voluisset exinde
naginem separare, solutâ compage, simulac totius
ncolumitas interiret. Ad hoc instar mundi salu-
em tuetur Deus, aptâ & revinctâ sui numinis po-
estate.* Itaq; quicquid in cœlo, quicquid in terrâ
culos vestros ferit, sic habetote, quasi pictu-
am, quæ Dei vobis vel notitiam vel cultum ali-
uo modo coloribus nativis repræsentet, & men-
e visibilibus ad invisibilia elevatâ cum Hermete
lo, quem Ter maximum dixêre, suspirate: *Ubi
quæram Deus? an in iis quæ sursum sunt? an in
s quæ deorsùm? creasti omnia: nec est aliud uni-
ersa hæc natura, quàm imago Tui!* Hinc veteres
quuti Dionysium, qui tamen non vero nomine
reopagita cognominatur, *duplicem* fecêre *Theo-
giam*; alteram *Apodicticam*, quæ ex claris &
ropriis S. Scripturæ oraculis, quid de Deo deq;
ebus divinis statuendum sit, demonstrat; alte-
am *Symbolicam*, quæ id per tropos, similitudines,
nagines, & Symbola illustrat. Sed de Symbolo-
um origine, propagatione, usu & totâ ratione
onga dicendi tela est, hoc in loco mihi non de-
exenda. Ea quæ hîc videtis, omnis generis Scri-
tores quasi ἐρανισαὶ contulerunt, alia à rerum
aturâ, alia à gentium institutis, alia ex Sa-
ientium fabulis & vulgo tritis sermonibus
ranslata.

Nihil in Classicorum autorum scriptis frequen-

tibus occurrit: hæc apud optimos quosq; *ora*
num condimenta sunt. Plutarchum legite, qu
Eunapius Sardianus πάσης σοφίας Ἀφροδίτην vo
vit, quantum huic generi insit lenocinii, quant
illecebrarum agnoscetis? Nam cur ego vos
Platonem amandem? cur ad Dionem Prusæu
cui istud orationum aucupium, quo Lectorem
pit & tenet, Chrysostomo nomen fecit? Quid
liquos memorem, Maximum Tyrium, Lucian
Samosatenum, & quicunq; apud Græcos eloqu
tiæ laude floruerunt? Tolle hæc ornamenta
Hieronymi, Ambrosii, Augustini & inprir
Gregor. Rom. cui M. cognomen additum, mor
mentis, sic erunt, ut campus sine floribus, ut d
dema sine gem̃is, ut cœlum sine sideribus. Qu
quod ipse Dei sermo has elegantias non respu
respuit verò? cujus σεμνότης vel maximè hoc g
nere constat. Legite quæ de Classe Sublimium
Scripturæ dictorum scripsit Christoph. Agric
in Propugnac. suo AntiPistoriano, aut quæ de
bavit ex eo D. Mich. Walther. in Offic. Bibl.
166. p. 199. Mosen Ægyptiorum Sapientiam ca
luisse, & inprimis τὴν διὰ συμφόλων φιλοσοφίαν, ut a
Philo in vitâ Mosis, affirmat Martyrum primic
rius S. Stephanus, loquuntur scripta ipsa. Quid D
vid? cujus *Psalterium est*, ut ait Cassiod. de Divi
Lection. c. 4. *quadam cœlestis Sphæra, stellis den*
micantibus, & ut ita dixerim, quidam pavo pu
cherrimus, qui velut oculorum orbibus, & cœloru
multiplici & decorâ varietate depingitur. Nam Sa
lomonem cur com̃emorem? quem S. Historia c
omnibus arboribus, quadrupedibus, volucribu

repc

eptilibus, & piſcibus diſputâſſe celebrat. Atque quidé jam olim legeram Hori, quem Pierius Valerianus & Cœlius Auguſtinus Curio ſequuti ſunt, Hieroglyphica ab Hœſchelio edita; Phornuti, Palæphati, Fulgent. Mythologias, quo in genere palmam tulit Natalis Comitis ingenioſa induſtria, Alrici imagines, Symbola quoq; & emblemata variorũ manibus triveram; at ut ipſe quoq; aliquid ſimile conarer, nunquam in mentem venit. Primus ad æmulandum, --- ἀγαθὴ δ᾽ ἔρις ἥδε βροτοῖσι, extimulavit *Nicol. Cauſſinus*, cujus *Polyhiſt. Symbolicus* Coloniæ editus An. 1631. cùm in manus meas veniſſet, & multa jam tùm, cùm primùm adſpexiſſem, ſimilia aut alia animo occurriſſent, chartam mundam paſſim interſerendam curavi, cui ſi quid legenti notatu dignum videretur, obiter commendarem. Is enim mihi à multis annis mos eſt, ut poſt graviores curas animo meo nonnunquam aliquod quaſi friguſculum indulgeam, & in agro Dominico delaſſatus ad amœna illa literarum, quibus à puero innutritus eram, deflectam; ſic tamen, ut ſemper Scopum, quem vitæ meæ Deus præfixit, ante oculos habeam, & ſi quid, dùm horis iſtis ſubceſſivis, quas reficiendo animo ſuffuror, apis more modoq; varios authores pervolito, rarum, elegans, jucundum obſervem, ad aliquem ſacrum locum uſumq; referam. Ergò cum ſuperiore anno inopinatâ chariſſimorum, Conjugis primò ſuaviſſimæ, cum quá ita vixi, ut in gratiam redierim nunquam, deinde fratris conjunctiſſimi, morte perculſus, aliquod malorum à bonis literis delinimentum peterem,

 fortia

fortia tamen & solida, ut fieri amat, fastidire
è collectaneis illis meis aliquot Symbolorum ce
turias confeci, duasq; primas nunc tandem exi
in publicum jussi; sequentur reliquæ de anima
bus, de plantis, cum miscella farragine histori
rum parabolicarum, si hæ placuerint. Tibi ver
flos adolescentum delibate, hoc opusculum dor
do; primò ut Pietatem vobis bonosq; Mores h
quasi erudito lusu instillem. Habetis hîc sexcen
ferè sacra & profana, Prophetarum, Apostol
rum, Patrum, Philosophorum dicta, omnia se
mo & papavere condita, uti

--- *pueris absinthia tetra medentes*
Cùm dare conantur, priùs oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoq; liquore.

Non dubito lecturos vos cum voluptate, dict
rosque subinde:

Quàm lepidæ leveis, compostæ ut tesserulæ omn
Endo pavimento atq; emblemate vermiculato!

Interim sese sensim animis vestris insinuabit A
mor honesti, Odium vitiorum. Deinde, ut Ulyssi
socios finxit Homerus *gustatâ loto* redire ad na
vim noluisse; sic spes est vos, libatâ semel amœ
niorum literarum dulcedine, ad nuces & crepun
dia & ad reliquas, quibus *multicupida*, ut ait ille
Juvenilitas capi solet vanitates, non redituros
Quam jucundum est libero pede ferri per lætissi
mos Græcorum Latinorumq; hortos, & ex omn
q[?]. pulvillo petere aliquem coronariũ flosculum

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant.

Patent Musarum fores; ingredi si libet, licet! D
emolumento securos vos esse jubeo. Quid enim

nonn

nne hic ipſe tam exilis libellus monere poterit,
àm fœdè multi in ſacrarum literarum explica-
ne hallucinentur, eò quod Græcorum Latino-
mq; monumenta olim diligentiùs pervolutare
ntempſerint? Veſtræ ætati convenit labor iſte,
nc, nunc ſatagite! hæc ſtudia quaſi quædam
nt προτυπος υφαι, quibus imbuti animi veſtri gra-
oribus ſtudiis deinceps faciliùs tingentur. *Uti*
m qui purpuram volunt, ſufficiunt priùs lanam
dicamentis quibusdam; ſic literis aliisq; doctri-
ante excoli animos & ad Sapientiam concipien-
m imbui ac præparari decet, Cicer. in Hortenſ.
erùm eâ de re aliàs pluribus vobiſcum agere li-
bit. Deniq; cùm oratiunculam, cùm ſani colo-
carmen ſcribere voletis, myrothecium hîc ha-
tis, è quo aliqua petere pigmenta poteritis. Vi-
bitis id facere nonnunquã etiam graves Theo-
gos, nec ſine ratione aut exemplo: Etenim: *Si*
æ figuræ ſimilitudinem non tantùm de cælo & ſi-
ribus, ſed etiam de inferiori creatura ducantur
diſpenſationem Sacramentorum; eloquentia
edam eſt doctrinæ ſalutaris, movendo affectui
centium accommodata, à viſibilibus, ad inviſibi-
, à corporalibus ad ſpiritualia, à temporalibus
æterna. Hæc Auguſtinus Epiſt. 119.
Accipite ergò à me munuſculum hoc levidenſe,
gn9 amoris mei, & curæ paternæ, quâ vos com-
ector. Jeſus, juventutis Deo & bonis Literis ope-
æ Præſes ac Ephorus, fortunet ſtudia veſtra, fa-
tque ut vobiſcum ſpes melioris olim ſeculi, ſi
od tamẽ ſperare fas eſt, quotidianis incremen-
augeſcat. Scribebam in lecto, inter coli & ſpinæ
rſi dolores ſatis acerbos, Spiræ Cal. Jul. A. 1646.

LECTOR

LECTOR BENEVOLE.

SI *de erratis condonandis Te convenirem,* [...] *rendum mihi esset, ne Catonianum illud in*[...] *reretur :* Næ tu nimiùm nugator es, c[...] maluisti culpam deprecari, quàm culpâ [...]care! *Fateor enim aliqua oculos meos effugisse,* [...] *illos nunc negotiorum cumulo in transversum a*[...]*reptos, nunc dolorum gravitate pressos & con*[...]*ventes. Quæ quis non bonorum facilè condonet?* [...] *Typographi errata spero excusata, at mea quon*[...] *modo?* Symmachus *pro me erit, quod audit :* M[...]dioeribus scriptis, *inquit*, amicorum benignit[...] scit favere, alienorum invidia nescit ignoscere, *l.* [...] *Epist. 185. Exemplum dabit Excell. Vir Dn. DI*[...] *HERRUS, & patietur Optimus Virorum, non d*[...]*bito, judicium suum libello huic meo appendi, qu*[...] περίαμμα *ac* præfiscini. *Sic autem ille Noribergâ* [...] *me, in suis heri mihi oblatis, auro contrà pretios*[...] Tot calamitatum domesticarum fluctus in T[...] ingruisse, ex animo doleo, & omnipotentem re[...] nostrarum moderatorem supplex veneror, ut d[...]loribus salutariter medeatur. Levamenta qu[...] ex amœnitatibus literarum petiisti, mecumq; be[...]nevolè communicâsti, omne profectò punctu[...] ferunt, & verè delectant plurimumq; prosunt[...] Sic, *Ursine*, tuum lambis, *doctissime*, fœtum :

In lucem ut, nullâ labe notatus, eat.

Vix continui me, quin exclamarem : I livor & ca[...]*pas ede! Tu verò, pie Lector, bene rem gere & fav*[...] *post ludum ad seria revertenti*

--- major post otia Virtus!

THEO

THEOLOGIÆ SYMBOLICÆ,

Sivè

Parabolarum ſacrarum SYLVA.

Symbolum Primum.

Mexicanorum DEUS.

I.

TU exaudis precem: hinc omnis caro ad te venit, Pſalm. 55. 2. Proprium Dei audire ſuorum precatus:

Audit Deus cujuslibet linguæ preces.

Et mox audit. Teſtantur creberrima San-orum exempla ſæpè, *adhuc non erat verbum in e, & jam auris Domini erat in corde*, ait S. Au-uſtin. in Pſal. 32. Id Mexicani Tezcatlipucæ ſi-ulachro, qui Maximus apud eos Deus habeba-ır, ſignificare voluerunt. Vir erat cæſarie pro-xâ decoratus, crinibus extremis in aurum inno-atis, & appensâ aureâ aure, in quâ fumus depi-us preces notabat. Quomodo & in ſacris *fumus romaticus* in aureâ phialâ Deo incenſus in odo-rem

rem suavitatis, oratio est, Apoc. 5. 8. Genes. 8 suffimentum Deo gratissimum, si ascendat ut gula fumi, si dirigatur ut *incensum*, Ps. 141. sic thura Deo sacrificabant, diligenter intuebant quo pacto adscenderet fumus, quas vertigi faceret, quantum se attolleret, Philostratus de Apollonio. Vaga illa precum suffimenta, canit Paulinus:

Quæ non missa Deo, vacuis in nubibus hærent
Nec penetrant superi stellantem Regis in aul

2. Eidem Tezcatlipucæ erat in dextrâ *Spe lum*, in quo omnia, quæ ubiq; gererentur, intu posset, in sinistrâ quatuor habebat *sagittas*: i omniscientiam significabant, istis quatuor pla epidemicas, quas & Scriptura vocat *sagittas L* Deut. 32. 27. 43. Psal. 7. 14. Ezech. 5. 16. &c.

II.

Apollo Medicus.

Vulnerat & medetur, percutit, & man ejus sanabunt, Job. 5. 18. ubi pro medetur, qu Hebræis est à Rapha, & de vulneraria medici usurpatur, Psal. 60. 2. Aquila habet Μοτώσῃ, qu LXX. usi sunt Ose. 6. 1. Μοτὰ verò, ut observ in Oseam Hieronymus, *appellantur linteola, qu inseruntur vulneribus, ut putridas carnes com dant & extrahant purulentias*, nostri Chirur vocant, einen Meyssel. De hac Chirurgiâ Dei al quid innotuit paganis, unde Apollini cognomin *Pæan*, ἀπὸ τοῦ παίειν, à percutiendo, & *Jesus*, ἀπὸ ἰᾶσθαι, à sanando. Sic de Deo Opt. Max. apu

Osea

ſeam juxta LXX. πέπαικε καὶ ἰάσεται ἡμᾶς, Per-
ıſſit & ſanabit nos. Nempe Deus facit, ut
ritiſſimi Medici, qui *diſſimilibus morbis curas*
ſpares præſtant, &c. Salvian. 6. de Provid. non
ἀπότομοι Ἰατροὶ, qui vivis oſſa legunt, & totas in
ſcera manus demittunt, Nazianz. περὶ εὐταξίας,
:neca ad Marciam cap. 22. Coactus ad urendum
ſecandum accedit, ut Boni Medici Cicer. 1. Of-
:. & ut canit Proſper. in Epigr.

--- *Salvandis ipsâ quoq; conſulit ira*
Ut curat Medicus vulnera vulneribus.

:x enim Chirurgi eſt, *ut vulnera, quæ ad oſſis in-*
:ctionem longa ſatis aut lata non ſunt, aut ſi quæ
ncava non admittunt medicinas, aperiat & ſe-
t. Hippocr. de Capit. Vulnerib. *Imperitus me-*
cus eſt, qui tumentes vulnerum ſinus manu par-
nte contrectat, & in altis receſſibus viſcerum,
rus incluſum dùm ſervat, exaggerat, Cyprian.
: Lapſ. *Hinc ſimulachra Apollinis manu dextra*
ſtabant Gratias, arcum cum ſagittis ſiniſtra,
ıod ad noxam pigrior & ad ſalutem ſit promtior.
ſacrobius 1. Saturn. cap. 17. At nos querimur,
ıluctamur:

Cumq; Deus medicinam cœlo demittere curam
Dignatur, penitusq; putres abſcindere fibras,
Incuſamus opem teneri, & tabeſcere morbo,
Malumus, antidoti quàm vim tolerare ſeveri.

roſper. de Provident. Confer 1. Sam. 2. 6. Pſal.
46. 3. Oſeæ. 6. 1. &c.

III. *Fons*

III.

Fons Dodonæus.

1. Quàm citò Lucerna impiorum ext[...] guitur! Job. 21. 17. At linum fumigans n[...] extinguet Deus, Esai. 42. v. 3 A Deo er[...] exorsus sum, uti fas est. *Optima namq; ordo totius vel verbi vel operis, ut à Deo nobis origo [...]matur, & in Deo consummatio referatur*, ait G[...]gor. Nazianzen. in Apologia ex interpr. Ruff[...] Addam ergo aliquid dictorũ simile. Dodona [...]lebris Epiri urbs antiquissimo Jovis oraculo, f[...]tem dabet *aquæ mirandæ*, ut canit Dionysius A[...] de situ Orbis interpr. Prisciano. Quem mer[...] veteres dixerunt nomine *Sacrum*. Nam geli[...] superat cunctarum frigus aquarum, Accensa[...] faces si quis propè duxerit undam, Exting[...] flammas, recipit sed rursus easdem Admov[...] dextra extinctam si lampada fonti.

Sic quoque de eodem Plinius, Solinus, & [...] primis Mela. l. 2. cap. 3. Sic superbos, cùm [...] lucere videntur ut Luminaria in mundo ext[...]guit fons ille sacer, ex quo omne Bonum. N[...] superbia ipsa quoq; *omnium virtutum lampad[...] extinguit*, ut ait Basil. Seleuc. Orat. 35. in Publ[...] & Pharis. at verò

Quassatos nec vult animos infringere dextra,
Nec lini tepidos undis extinguere fumos.

Paschasius in Carm. de Solit. Convers.

IV. *AR[...]*

IV.
ARABUM Lapis quadratus.

1. Ego Dominus & non mutor. Malach. ap. 3. v. 6. Colunt & Arabes Deum, ait Maximus Tyrius; quem verò haud facilè dixerim, ſed quod pud eos ſimulachrum vidi, Lapis erat quadran-ulari formâ, Diſſert. 38. teſtatur Pauſanias quo-ue in Achaicis, quòd apud Græcorum antiquio-es ἀργοὶ λίθοι, *lapides rudes*, pro ſimulachris, Deo-um in honore habiti fuerint: Rudes, inquam, am politos, cœlatos, pictoratos inter præcipua dololatriæ inſtrumenta damnavit Lex. Levit. ap. 26. v. 1. Sed & R. Moſes Maimonides teſtis t; ſi quis laterem tollat, & dicat: Tu Deus meus , Idololatriæ teneri, & lapidationis reum eſſe. e Idololatr. Quid in lapide verò divinitatis ani-advertiſſe credamus? aut quo nomine Dei ima-inem illo venerati ſunt? niſi duritiæ conſtantis, t in quadrato uniformis ac immobilis? Eſt enim Deus

--- *Cujus certa ſtant omnia lege*, & qui
--- *Ipſe manens ſtabilis, dat cuncta moveri.*

Hinc celeberrimum Dei nomen *Adonai*, Ado-æum dixêre etiam gentiles, quod ſit *Aeden*, Baſis & fundamentum, in quo πάντα συνέστηκε, o-mnia conſiſtant, Col. 1. 17. Quâ ratione à ſa-pientibus Hebræorum mundi *Makum* locus in-digitatur, in quo vivimus, movemur & ſumus, Act. 17. 28. quiq; omnia portat, immobilis & ſu-ſtentatus à nullo alio.

V.

Sapientia in quadrato Lapide.

Non commovebitur in æternum! Psal. 125.1. ut Fortuna *in globo* dedicabatur, sic sapientia *in quadrato*, ut Pighius refert in Themide s Cadere nequit Animus sapiens, fixus in De stat veluti Marpessia cautes! *Hinc Salomon lapides templi quadrare præcepit, ut Magistros Ecclesiæ compositos moribus & immobiles esse animo debere signaret: sicut enim quadratum, quacunque vertitur parte, stat: sic vita perfectorum, quæ lineam veritatis sollicitè directa est, nullis novit tentationibus à sua stabilitate dejici*, ait Beda Homil. de Altar. Dedic. *Quisquis in prosperitate non extollitur, in adversitate non frangitur, suasionibus ad malum non trahitur, vituperationibus à bono non revocatur, lapis quadratus est*, inquit Gregor. M. Hom. 21. in Ezech.

VI.

TERMINUS ERASMI.

Positus est homini Terminus, qui præteriri non poterit? Job. 14. 5. Quid autem Terminus? Alciatus eleganter depingit Emblem. 15

Quadratum infoditur, firmissima tessera, saxum,
Stat cirrhata super pectore imago tenus.

Tale fuit Symbolum anuli Erasmiani, cui adjecerat: *Concedo nulli Terminos!* At in fusili Termino erat: ὅρα τέλος μακροῦ βίου, item Latinè: *Mors ultima linea rerum!* quasi se semper admoneret cum Prudentio:

Inst

Instat Terminus, & diem
Vicinum senio jam Deus applicat!
Sic ipse respondens obstrigillatoribus in Ep. &c.

VII.

Lapis PROBATIONIS.

1. Portæ Inferorum non prævalebunt! Matth. 16. v. 18. Ponam Jerusalem Lapidem oneris cunctis populis! Zach. 12. 13. Mos est, ait *Hieronymus*, in urbibus Palæstinæ, & usq; hodiè per omnem Judæam vetus consuetudo servatur, ut in viculis, oppidis, & Castellis rotundi ponantur lapides, gravissimi ponderis, ad quos juvenes exercere se soleant, & eos pro varietate virium sublevare, alii ad genua, alii ad umbilicum, alii ad humeros & caput &c. Sic Ecclesia quasi lapis δοκιμασίας est, ut vocat Siracides cap. 6. v. 22. in quo levando omnes Tyranni experti sunt vires suas, sed non sine gravissima noxa tandem projecerunt, aut potius immotum relinquere coacti sunt. Hoc vult Zacharias, q. d. *Levabunt quidem eam, & pro virium varietate vastabunt, sed necesse est, ut, dum levatur, in ipso nixu & elevatione ponderis, gravissimus lapis scissuram aliquam, vel rasuram in levantium corporibus derelinquat*, hæc ibid. Hieron. in Comm.

2. Sirach. l. cit. Sapientiam & disciplinam ait ejusmodi λίθον δοκιμασίας ἰσχυρὸν, *lapidem probationis gravissimum* esse hominibus ἀπαιδεύτοις infrunitis, quem simulac movere cœperint, illicò abjiciant. *Quàm aspera est nimiùm sapientia indoctis!*

ait v. 21. cap. cit. Ut cibus licet suavis, depravat stomacho ingratus; Sic mundanis Sapienti *Amara sunt vitiosis & male viventibus precep Justitiæ*, ait Lactant. l. 1. Instit.

VIII.

Sphæra ænea Athletarum.

Patientia parit probationem, Rom. 5. v. ut in arce Atheniensium Athletarum vires mass ænea gravissima examinabantur, antequam a agonem fas esset descendere, ut manifestum fie ret, quis cui comparandus esset; Sic Deus patien tia explorat suorum vires,

--- *quid valeant humeri, quid ferre recusent.*

Bonum virum in deliciis non habet Deus, experi tur, indurat, sibi illum præparat, ait Seneca d Provident. Sic Agonarcha Sapientissimus, quen quibus adversariis debeat comparare. Facilis esse infernalibus ἀντιπάλοις, aut Antagonistis victoria nisi *certamini nostri Clementissimus Arbiter at Agonotheta præsidens Christus, & exæquaret co luctantium vires, & immoderatos eorum repellere ac refrenaret incursus*, ut loquitur Cassianus Col lat. 7. cap. 20. & 22. Admonuit ejus rei Hiero nymus in Zachar. loc. cit. *In arce Atheniensium* inquit, *juxta simulachrum Minervæ, vidi Sphæ ram æneam gravissimi ponderis, quam ego pro im becillitate corpusculi movere vix potui. Cum quæ rerem, quid sibi vellet? responsum est ab urbis eju cultoribus, athletarum in illa massa fortitudinem comprobari, nec prius ad agonem quemquam de scendere, quam ex levatione ponderis sciatur, qui*

cu

ıi debeat comparari. Fidelis est Deus, non pa-
etur vos tentari, supra id quod potestis,
.Cor.10.13. Periculum jam fecit virium vestra-
ım.

Explorant adversa viros, perq; aspera duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo!

Ergò διαφόρως & pro modulo virium adversa-
am potestatem permittit: ut figulus ad certum
ıodum fornacem incendit, vasa sua percoctu-
ıs; ut bonus Paterfamilias onera jumentis suis
δεῖν ἐπιμετρεῖν novit ad mensuram aliquam impo-
ere: hæc S. Macarius Homil. 26.

IX.

SERAPIS à Sole salutatus.

1. Serapis Deorum apud Ægyptios Maximus,
mulacrum erat immane Alexandriæ, ut dextra
evaq; geminos hinc inde parietes perstringeret,
:vabatur ante illum Solis signum ex ferro fabre-
ıctum, à Magnete lapide inserto laquearibus,
uasi ad salutandum, ut refert Ruffin. in Eccl. Hi-
tor. Sic Ægyptiorum Prophetæ immensum illud
t ubique præsens Numen Dei, significare vole-
ant, cui Sol & universa cœli militia famuletur.
)e quo David: Laudate eum Sol & Luna!
.audate eum omnes stellæ luminis, Ps.149 3.
)uem enim se haberi vellet Serapis Nicocreonti
;ypriorum Regi ipse his versibus edixit:

Cœlum mi caput est, est venter abyssus aquarum,
Terra pedes, diffusæ aures sunt æthere toto.
Cuncta videns oculus Solis clarissima fax est.

vide Macrob. 1. Saturn. c. 20. Porphyrium ex O
pheo apud Euseb. l. 3. de Præpar. Evang. cap. 3

2. Sed cùm Julius Firmicus, de Error. Prof
Relig. Ruffinus, aliiq; inprimis nuperi Author
Josephum credant, quòd in fame septennali Æg
ptum servasset, divino honore cultum & *Serap*
dictum, quod firmant variæ conjecturæ, 1. *à nom*
ne, quia Serapis dictus videtur ἀπὸ Σαρᾶς, à Sa
avia, aut à *Sar*, Princeps, & *Apis*, Bos. 2. *Ab imagi*
artificiali, quia pingebatur quasi Juvenis imbe
bis, cophinum scil. frumenti & panum, in capi
gestans : & *inartificiali*, seu nativa, quia p
Apim Bovem repræsentabatur, qui fuit illi Sym
bolum futuræ fertilitatis & secuturæ famis, G
nes. 41. 2. 26. 3. *Ab Elogio Josephi*, quem Ph
rao *Salvatorem Mundi* vocavit, loc. cit. v. 4
Moses Bovi comparavit, Deuter. 33. 17. 4. *A*
Oraculis Serapi tributis, quæ nihil aliud nisi an
lecta doctrinæ à Josepho traditæ videntur, qua
illud egregium:

Principiò Deus est, hinc verbum, his spiritus unu
Congenita hæc tria sunt, simul & tendentia i
unum.

ut alia mittam, de quibus Interpretes in Genes.
cit. inprimis Cornel. à Lapide ; rectè proindè s
mulachrum hoc Serapis, quod ex Ruffino posui
mus, ad somnium referatur Josephi, in quo Solem
Lunam & XI. stellas sese adorantes, sibi videre v
sus erat, Genes. 37. v. 9. In quo somnio explicando
hoc certum; Veritatem ejus in Christo reperi
perfectam, cujus pulchritudinem Sol & Luna mi
rantur; Mihi, inquit, curvabitur omne genu

Esa

1.45. Rom. 14. Phil. 2. Sic Augustin, Rupertus,
alii apud Pererium, Gen. 37. l. c.

X.

Simulachrum DAIBUTI.

Non deficiunt in vigiliis suis, Sirach. 43.11.
stra puta cœlestia, & quantò magis Imperator
e Dominus exercituum? Non dormiscet ne-
e dormiet, qui custodiet Israëlem, Ps. 121.4.
mper agens, semper quietus, amas, nec æstuas:
las, & securus es, pœnitet te & non doles; irasce-
& tranquillus es! ait Augustinus l. 1. Confess.
p. 4 stultè Epicurus negabat, *Deos quicquam,*
c alieni curare nec sui. Nec Ennius, etsi magno
plausu assentiente populo, meliùs ista:

Ego Deum genus esse semper dixi, & dicam Cœli-
tum, (*genus!*
Sed eos non curare opinor, ad agat humanum
uid ita? *Anne,* inquit Plin. *tàm tristi atq; multi-*
ci ministerio non pollui credamus, dubitemusve?
at insaniens sapientia! non magis tristi isto mi-
sterio pollui credendus Deus, quàm Sol, qui *tan-*
stercora, ut ait P. Chrysolog. *non tamen sterco-*
bus inquinatur, Serm. 35. nec gravari multiplici
agis, quàm Idem, quem, etsi laborare videatur,
tendo contra motum primi mobilis, tamen ἀκά-
ντα, infatigabilem, dixit Homerus. Fallor? an id
ponum Sapientes indicant, apud quos in urbe
eaco DAIBUTI, Dei id nomen illis est, simula-
rum horrendum & immensum ferè visebatur,
iri Japonico more, pedibus decussatis, insiden-
s rosæ, cujus insana moles colligi hinc potest,

quod genuum diſtantia erat, palmorum L. hun rorum latitudo XXXV. roſæq; ambitus conti bat CLXVII. Ita illi mole ſimulachri, Dei mag tudinem; ſitu ſeſſionis, quietum in omnia re men; & roſa ingenti voluptatem beatitudinem interminabilem videntur adumbrare voluiſ Refert in Japonic. ſuis Epiſt. Franc. Paſius Claudium Aquaviv.

XI.

Sol Gigas Centimanus.

Exultavit ut Gigas ad currendam viam Pſal. 19. v. 6.

Artusque, viresque, impetumque,
Centimano ſimilis *Giganti!*

ut eleganter explicat Buchanan. in Paraphr. A monuêre me Serapis & Daibutus, Solis Gigant ferè figura olim culti. Quis enim Serapis? niſi a thore Macrobio Sol? 1. Saturn. cap. 20. nec Da butus fortè alius. Certè non Remphan ill qui & Ciun, à Judæis in veneratione habitu Amos. 5. 26. & Actor. 7. 42. Rephan autem, enim vocant quidem codices, à Rapha, qui fu Pater Rephaim, Gigantem ſignificat, ut cenſe Gyrald. in Syntagm. de Hercule, & Corn. à La in Amos l. c. Quis Swante Vitus ſacer Ignis Van dalorum, cui, ut eſt apud Saxon. Grammat. ingen erexêre ſimulachrum, omnem humani corpori habitum granditate transcendere? Quis Bria reus, qui & Ægeon,

--- *centum cui brachia dicunt*

Cen

Centenasq́; manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribusq́; arsisse? &c. Virgil. 10. Æneid.

Quod ut ad locum Psalmi illustrandum fa-
t; ita imaginem Regiæ dignitatis exhibet:

An nescis longas Regibus esse manus?

nò an nescis etiam multas? Sic *multas aures, ocu-*
s multos habere dicuntur adagio. Vide Erasm.
hil. 1. Cent. 2. Talis Geryon tricorpor. apud
lutarchum in Politic. Quo pertinet, quod Bria-
eus, Gyges, & Cottus Jovis φύλακες πιςοὶ, *fidi cu-*
odes, ab Hesiodo salutantur, in Theogonia.

XII.

Serapis Comites.

Sapientia non habitabit in corpore subdi-
o peccatis, Sap. 1. 4. Serapi non modò Harpo-
ratis signum addebatur, quod digito labiis im-
resso admonere videbatur, ut silentium fieret,
t ex Varrone scribit Augustin. l. 18. de Civ. Dei
ap. 5. de quo Plutarch. de Iside & Osyr. verùm &
liud tricipitis animantis, quod medio eoque Ma-
imo capite Leonem, dextro Canem, sinistro Lu-
um exprimeret, easq́; animalium formas conne-
tabat Draco volumine suo: teste Macrob. 1. Sa-
urn. c. 20. Quibus, ut mihi videtur, tria indica-
ant necessaria ad interiorem Dei notitiam per-
enire cupienti, 1. *Linguæ taciturnitatem*, & sa-
ram illam ἐχεμυθίαν, in Sacris observandam.

Nam Templum Domini per sacra silentia crescit,
Et tacitè struitur non ruitura domus.

rosper. in Epigram. Hinc & apud Pythagoram

Primum sapientiæ rudimentum, meditari condisce, loquitari dediscere. Apulejus in Florid. 2. *Memoriæ felicitatem*, quæ in accipiendo rapax, in retinendo tenax, in reddendo fidelis sit. 3. *Vitæ Novitatem*, quam serpens significat, qui se quotannis innovat exuta veteri leberide.

Namq; incompositos humano in corpore sensus,
Disjunctasq; animi turbato fœdere partes,
Nec liquida invisit sapientia, nec Deus intrat!
Prudent. l. 2. adv. Symmach.

XIII. & XIV.

Zona Sacerdotalis, Poculum Salutis.

1. Estote prudentes sicut Serpentes Matth. 20. 16. Deponite veterem hominem Ephes. 4. 22. Ejus admonebantur Levitici Sacerdotes *Zona sua*, quæ in similitudinem pellis colubri, qui senectutem exuit, texta & floribus variis picturata erat, Exod. 28. Joseph. Hieron. apud Riberam de Templo l. 3. cap. 7.

2. Non longè abit Hieroglyphicum Draconis simulachris Æsculapii & Salutis subjungi solitum, quod ii *præstent, ut humana corpora, velut infirmitatis pelle deposita, ad pristinum revirescant virorem*, ut est apud Macrob. 1. Saturn. c. 20. sic Salus apud *Oeconem in Numismat.* visitur, in Antiochi Soteris numo, dextra præferens poculum, ponè jacebat serpens pelle senectutis exuta. Elegans Typus unici Soteris, Salvatoris nostri, qui

manu

inu præbet *Poculum salutare*, quo in melius re-
vati, rejuvenescimus sicut aquilæ, &c. vide Ps.
. & 116. Facit ad rem Prosp. in Resp. 1. ad Obj.
ncent. *Poculum immortalitatis, quod de imbe-*
litate nostra & de virtute divina confectum est,
habet in se quidem, ut omnibus prosit, sed si non
itur, non medetur. Loquitur de Poculo Passio-
Dominicæ, de quo Matth. 26. 39.

XV.

Hieroglyphicum Felicis.

1. A fructu frumenti & vini sui multi-
icati sunt: Ego in pace dormiam & re-
uiescam: Quia tu me Domine solus in tu-
constituisti, Ps. 4. 8. 9. 10. Ægyptii, ut ex Car-
gena refert Mendoza, ad vera & solida bona in-
canda pingebant *Adolescentem*, altera manu *spi-*
s triticeas, altera *vini poculum* præferentem, &
collo appensum *papaver*, capita puto papave-
, gestantem: indicantes eum, cui panis & vi-
m esset, securum dormire posse. Tom. III. in 1.
eg. c. 9. num. 7. & 8. pag. 44. Felicem autuma-
nt, non qui plurimum haberet, sed qui mini-
um cuperet, suaq; sorte contentus tranquillam
tam ageret. Magnæ opes somnum non affe-
nt, auferunt.

Pectora pauper secura gerit,
Tenet è patula pocula fago,
Sed non trepida tenet ipsa manu:
Carpit faciles vilesq; cibos,
Sed non strictos respuit enses!

Ait

Ait Seneca Tragœd. appositissimè, neque ter verè felicem describit Siracides, inprimis stra Vernacula loquens, cap.40. v.18. cùm Vitam sortè sua contenti, operaque sua vivei omnibus thesauris, & aureis etiam Persar montibus proponendam!

2. Sed felicitas ista temporalis est, umbræ mnium & fumi umbra præ illa, de qua David illum Beatum innuens, qui in solo Deo acqu scens, nil desideret periturorum & fallaci mundi bonorum. Ea beatitudine mactat Chris Dominus noster, suos in Eucharistia convivas, est *frumentum electorum* juvenum, *& vinum g minans* lætoque animo cantare faciens *virgin* Zachar.9.17. ubi omnium malorum, cum sob ebrietate spiritus, bibitur oblivio: Nem *Quemadmodum vino isto communi mens solvit & anima relaxatur, & tristitia omnis exponit* ut est apud Cyprian. l.2. Epist. 3.

XVI.
SOLIS MENSA.

Sapientia proposuit mensam suam, Pr verb. 9. 2. Pulchrè Octavian. de Tufo in Sira Prolog. p. 28. Quem audire operæ pretium e *Solis Mensam, Veteres fabulabantur onustam sem per cibis, nec deficientibus, quantumvis hinc in undiq. fame, tanti miraculi accersitis hominibu spoliaretur: Splendido illo quidem, sed non spre mendacio! Apollonius enim Thyaneus, ut Philostr tus in ejus vita, ad ultimos usq. Gymnosophistas p netravit, ut Solis Mensa tandem aliquando, tot m*

r

terraq; spatia emensus, accumberet. Domi nos
prius in ædibus, nullo labore, veram veri So-
Mensam, sine ullo hominum ministerio, epulis
mibus cumulatam, quibus gratis vesci liceat,
cras Paginas habemus. Si libeat argumen-
m expolire, Mensam illam, quæ apud Æthiopes
t, *famosissimam*, ut vocat Hieronym. ad Paulin.
Prol. S. Script. Solinus sic describit: *Locus apud*
est Heliotrapeza, opiparis epulis semper refer-
s, quibus indiscretè omnes vescuntur: nam etiam
vinitus eas augeri ferunt, cap. 32. Non aliter
mpon. Mela & alii. Herodotus noctu appo-
am à Magistratibus author est l. 3. Quæ inju-
ergò jejunos & esurientes communi mensâ
cere? Quod omnibus appositum & appara-
m, eò quamplurimos vesci prohibere, quæ in-
vidia est?

--- *petite hinc juvenesq; senes*
Finem animo certum, miserisq; viatica canis!

c invitat Structor & Convivator ipse, Esa. 55. 1.
atth. 11. 28. &c.

XVII.
Cœna HECATÆ.

Quæ parâsti, cujus erunt? Luc. 12. 20. Mo-
fuit apud Græcos, ut in novilunio vesperi, sin-
lis mensibus, divites in triviis *Hecatæ* appone-
nt *Cœnam*, quæ à pauperibus priùs ferè diripie-
ntur, quàm deponi posset: qui verò appara-
nt quidquã inde gustare religione vetabantur,
nihil ad eos inde rediret præter fumum, & tu-
multum:

multũ: Testis est Aristoph. in Pluto ejusq; Sc
liast. vide Erasmi Adag. &c. Quid? Dives av
defraudans animumq; Geniumq; suum, aliis
post se, quæ ærumnabili cum labore colleg
comparsit miser, relinquens, nonne Hecatæ
nam instruit? Talis apud Horat. 2. Sat. 3.

Pauper Opimius argenti positi intus & auri.
Et Artemidorus ille, quem Græcum Epigram
ait, ζῆν βίον ἡμιόνων, Vivere vitam mulorum. *A*
balneatoris comparabant id genus Eudionis ol
alii *Camelis Arabum*, qui per vastas solitudi
iter facientibus epulas deportant, ipsi spinis &
do fœno implentur: Chrysost. *ad metalla*
mnatis, in 1. Cor. Hom. 23. Cui spes tuas dispo
quis curarum tuarum metet fructus? *nihil aufe*
tecum de labore tuo; Eccl. 5 14. opulentia tua
ria tua, te non comitabitur? Psl. 49. 18.

Absumet hæres Cæcuba dignior,
Servata centum clavibus! Horat. 2. Od. 14.

XVIII.

Mensa GAD & MENI.

Qui inebriat, ipse quoque inebriabit
Prov. 11. 25. *Gad & Meni*, id est, *Bonæ Fortunæ*
Boni Dæmoni mensa poni solebat in auspicium n
vi anni, de quibus vid. Selden. in Syntagm. de D
Syris, nunc accipe hæc ex Hieron. in cap. 65. E
v. 10. *Est in cunctis urbibus & maxime in Ægyp*
& in Alexandria Idololatriæ vetus consuetudo,
ultimo die anni & mensis ejus, qui extremus est, p
nant mensam refertam varii generis epulis, & p
culu

lum mulso mixtum, vel præteriti anni vel futuri tilitatem auspicantes. Optimum auspicium beneficentia! ut sementem feceris, ita metes. Deo neras, quod bonis elargiris, non Fortunæ. Nam, canit Martialis:

Extra fortunam est, quicquid donatur amicis,
Quas dederis, solas semper habebis opes.

enique qui beneficentiam exercet sacrifium facit gratulationis, Sirac. 35.4.

XIX.

KNEPH Deus Ægyptiorum.

Creatorem, inquit Porphyrius apud Eusebium, neph Ægyptii appellant, cujus imaginem in rmâ hominis faciunt colore cœruleo, Zonam nentem & sceptrum, in capite pinnam ponunt, ab ore ovum producitur, l. de Præp. Ev. 3. c. 3. *lor cœruleus* cœlestem indicat; *Zona* & *Sceptrum* egem, atque illa quoque forsan clementem, sic im Zona illa aurea, quâ præcinctus apparet lvator, Apoc. 1. 13. aliis Clementiam, aliis re-am aut sacerdotalem dignitatem innuere credi-r: *Pinna*, quæ caput inumbrat, notat τὸ Δυσεύρε-ϰ κεκρυμμένον, quod inventu difficilis, &, juxta ophetam, sit absconditus Deus, Esai. 45. 15. uâ de caussâ alis quoq; Seraphinis, & nube ceu ste tegitur, Esa. 6. 2. Ps. 104. 3. Sir. 24. 7. Apoc.).1. Unde Orpheus negat, Deum videri posse:

-- περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται
-- *Quia stant sacra nubila circum*: ad Musæû.

Fallor?

Fallor? an & eâ de causâ *Kneph* nomen ac
pit, nam *Canaph*, alam Hebræis, & κνέφας ap
Homerum Caliginem significat? *Amun* certè r
alia ratione vocabatur, quod occultationem
tat apud Ægyptios, ut author est Manethos
benn.ita, solentq; ita appellare ἀνωνύμους, quor
nomina vel nesciunt vel edicere nolunt, te
Hecatæo Abderitâ, Plutarch. de Iside & Os
Quos Hebræi *Almoni* nomine, ab *Alàm*, mu
fuit, vide Buxtorff. *in Alàm & Serarium* in c
Ruth. Quæst. 2. Denique ne quid excidat, *Ov*
Mundus est, qui ab ore Dei prodiit: partim p
pter figuram, statuebant enim mundum ὅμοιον
τῷ ὠῷ σχήματι, similem figuræ ovali, ut scribit S
choniates Berytius antiquissimus Phœnicum h
storicus; partim propter naturam: *Cælum* en
est testa, vitellum terra, inter duo illa humor, qu
in sinum conclusus aëris, in quo calor, ut ait V
ro in Logistorico, de quo vide Macrob. l. 7. S
turn. cap. 17. & Eryci Puteani Ovi Encomiu

XX

Siclus SAMUELIS.

1. Figuras Siclorum Hebraicorum alii al
exhibent. Qua de re visendus inprimis Serari
in Josuæ cap. 7. Quæst. 5. p. 93. Vulgatissima
illa, quam communis Patriæ Præceptor Philipp
Melanchthon pulcherrimis versibus celebravi

Justa Sacerdotum demonstrat munera Siclus,
Cujus in Hebrais urbibus usus erat:

In quo florescens insculpta est Virga Aaronis,
Quæ monet, ut doceant dogmata pura DEI.
Parte calix *aliâ est* impletus thure *Sabæo.*
Hic offerre preces, ut nova thura jubet,
Attamen ante alios summus facit ista sacerdos,
Immanuel casta Virgine natus homo: &c.

2. De eo Siclo dum quædam investigo, venit oculos hic, de quo agimus, Samuelis Prophe-, nomine inscriptus: spectabatur in altera ejus rte manipulus Spicarum, vario florum ac fru-uum genere instinctus, inter duas urnas, vini, tro, & olei, medius; altera facies urnam exhi-ebat similem illi, in qua Manna Cœlifluum as-rvabatur, addito Lemmate, *Negaltha letsum,* reptus es à jejunio! Putatq; Villalpandus de onder. & Mens. l. 2. Disput. 4. cap. 27. Voluisse muelem, istâ monetâ, perennem miræ susten-tionis in deserto memoriam sic in populo Dei nservare, ut semper in oculis & manibus versa-tur, ac recogitarent omnes, omnium alimento-m, frumenti, fructuum, vini imo quoq; & olei, litias uno in isto Mannæ ferculo fuisse conten-s: Ut Symbolicum hoc Epigramma meritò di possit: Panis de cœlo, omne in te dele-amentum habens, Sap. 16. 20. Verissimum rtè oraculum, de illo qui & Panis & Dominus cœlo est, Joh. 6. 50. Qui sanum habetis pala-m, gustate & videte! Psalm. 34. v. 9. Habuit ofectò, qui dixit: *Hic panis omnium carna-im saporum irritamenta, & omnium exsupe-t dulcedinem voluptates!* Cyprian. de Cœna

Dom. Facerent illuſtrando argumento, quæ
Manna & ejus omnigeno ſapore diſputant I
terpp. ut 1. *An Manna ad votũ comedentium m*
tarit ſubſtantiam, ut factum ſit capus, anſer, p
ſcis, vitulina, aut aliud quid pro illorum lubenti
quod ajunt quidam Transſubſtantiationis hype
aſpiſtæ, Gregor. Valentianus, Thomas Bozit
Claud. Sanctesius, &c. Corn. verò à Lap. verè
candidè: *Hæc*, inquit, *ſententia nova eſt & ſoli*
caret fundamento. 2. *An ſentire illam in Man*
omnis ſaporis ſuavitatem ſolis piis conceſſum fu
rit privilegium: an commune quoq; cum imp
beneficium? Quorum prius aſſeritur ab Auguſt
no, Greg. M. aliisq; vetuſtioribus; poſterius
Lorino in l.c. Sap. 16. Corn. à Lap. in Exod. 16.
aliis recentioribus. Sed quorſum ego extra olea

3. Ne quid tamen excidat, notare poteſt n
mus iſte Samuelis; Manna divini verbis colent
bus & diligenter colligentibus, promiſſam fr
menti, vini, & olei abundantiam, quibus nom
nibus, quidquid ad degendam vitam requiritu
continetur: Ad ſpernentibus *mundos*, *otioſos*, e
innoxios dentes dare ſolet Deus, Amos. 4. 6. Oſe.
v. 20. 21. Joël. 2. 23. 24. Matth. 6. 33.

XXI.

Numus Davidis.

Quis ego ſum? & quæ domus mea
2. Sam. 7. 18. Quia in numos incidimus, ex ingen
theſauro aliquos inſigniores retinere, operæ pr
to pretium eſt. Hos inter Regius Davides, præfe
ren

rens una facie peram & baculum, insignia pastoritiæ rei; altera turres arcis Sionææ, ut refert Christianus Gerson, ex Judæismo conversus, in Thalm. suo cap. 18. Monet verò recordationem pristinæ suæ humilitatis non modò sæpè jucundam, nam *dulcis in bonis miseriarum recordatio est*, ait Latin. Pacat. in Paneg. & *Delectat meminisse mali*, --- Sidonius in Carm. sed & semper necessariam, ne subrepat felicium perpetua comes arrogantia, cui averruncandæ semper illud, quod, ut ait Poëta:

--- è cælo descendit γνῶθι σεαυτὸν,
Fingendum & memori tractandum pectore!

Ita Mulus ille in fabulis, corporis sui in nitentis lymphæ speculo contemplatus magnitudinem & pulchritudinem, cùm jam ferocire & equi generosi in morem solo insultare inciperet, recordatus asini se filium esse, inflatos spiritus repressit. Plutarch. Conviv. Sap. Quid enim illum memorem, de quo notissimum est istud:

Fictilibus perhibent cænâsse Agathoclea Regem?

Aut Willegisum, quo authore insignibus Moguntini Archiepiscopi rota Carpentarii usque hodiè insedit? Notis non immorabor, Conf. Psal. 78.70. Sir. 3.20.21.

XXII.

Numus Mardochai.

De carcere, catenisque quis interdùm egreditur ad regnum, Eccl. 4.14. Exempla eorum, qui hos *versabiles fortunæ motus*. Sic loquitur profanus historicus, *qui ludunt mortalitatem*,

nunc evehentes quosdam ad sidera, nunc in Cocyti profunda mergentes, experti sint, congessit Ammianus Marcellinus l. 14. extremo; retulit du recentiora *Petrus Messia*, de Matthia Weywoda qui ex carcere prodiit ad Ungaricum solium, & de Jacobo Lusignano, qui ex Genuensium vinculis arctissimis, quæ eum toto novennio detinuerant, productus est ad regendam Cyprum, l. 2. Sylvar. c. 19. Notissima ex Sacris conditio Mardochæi, qui cùm in cinere se & sacco volutaret, ac jamjam spiculatoris ferrum jugulo suo intentandum opperiretur, ex inopinato Cidari & corona regali exornatus, fidem adstruxit illi pervetusto

Topper fortunæ commutantur hominibus.

Neleus apud Festum in Topper, i. e. cito. Dedicavit ille ejus vicissitudinis memoriam in numo, ut dictus Gerson testatur, qui hinc saccum & cinerem; illinc auream coronam exhiberet. Dignum Cimelium, quod semper ex Christianorum collo pendeat! Si te terret hinc saccus cinere inspersus, verte sis numum, exhilarabit te corona aurea. --- *Sic itur ad astra!* vide Psal. 30. 12. Sap. 5. 17. Jacob. 1. 12.

XXIII.

Sirenes in Cœlo.

Laudate Dominum Cœli Cœlorum! Psal. 148. 4. sic exhortatur Regius Psaltes, & faciunt id assiduè. *Plato in Republica, cùm de Sphærarum cœlestium volubilitate tractaret, singulas, ait, Sirenes singulis orbibus insidere, significans motu Sphærarum*

rum cantum Numinibus exhiberi : nam Siren *eo canens, Græco intellectu valet* : (scil. ut si idem : si dicas Doricè, Σιῶ ἀείδουσα, id est, Θεῷ ᾄδουσα) hæc lacrobius l. 2. in Somn. Scipion. c. 3. Et sanè, *si ythagoræ credimus, ut par est, cœlum quoq; modu-tionem reddit : non quòd ut lyra pulsetur, aut in-tur ut tibia, sed quòd circuitu suo divina illa Mu-a, & ea quæ in cœlo corpora, congruo aptoq; positu lestem quandam excitent harmoniam*, ait Max. yrius Dissert. 21. Expressit has sententias An-lus Politianus in Nutritiis :

--- nostro major captu sonus exit acutas
Compensans gravibus septem in discrimina voces,
Stellantesq; globos, sua quemq; innoxia Siren
Possidet, Ambrosio mulcens pia Numina cantu.

uid multa? Mundus magnum quoddam Orga-im Musicum est, ac verè appellavit Varro :

-- mobilem Divûm Lyram.

Ut citharis modulans unius verbere plectri
Dissona fila movet, vel qui perflantia textis
Labra terit calamis, licet unum carmen ab uno
Ore ferat, non una sonat : &c.
Sic Deus omnisona modulator & arbiter unus
Harmonia, per cuncta movet quam corpora re-
rum.

anit S. Paulinus in Natal. 9. Felic.

XXIV.

Sibylla per Mundum sparsa.

Cœli enarrant gloriam Dei! Psalm. 19. v. 1. byllam refert Lactantius, Æolico sermonis ge-re dictam, quasi θεοβουλὴν, *à Consiliis Deorum*

enuntiandis, l. 1. c. 9. *Ajunt verò*, ut & apud Clement. Alex. 1. Strom. *Delphis in curia ostendi petram quandam, super quam sedisse dicitur prima Sibylla, quæ ex Helicone venerat, educata à Musis cùm esset filia Lamiæ Sidoniæ. Serapion autem in versibus dicit, ne mortuam quidem à divinandi arte cessâsse Sibyllam, & id quidem quod ex ea in aërem recessit post obitum, id esse, quod sortibus divinat & auguriis: è corpore in terram mutato exortam esse herbam, qua comesta bestiæ futurorum notitiam hominibus per exta significent: deniq; animam ejus faciem esse, quæ in Luna apparet.* Hæc ibi. Indicare forsan volebat Serapion, Sibyllam de Voluntate & Consilio Dei sciscitaturo, non esse adeundam petram illam Delphicam, in qua Apollo ambiguè dictis id ævi miseram mortalitatem deludebat, unde *Loxiæ* nomen inditum fuit; cùm totus quasi Mundus sit commune omnium Oraculum, non tam in vulgo facilè, aut profanis pedibus adeundum, nisi si quos juvit

--- *à prima coluisse Helicona juventa,*
Musarumq; Choris implicuisse manum.

Quanquam hoc Oraculum *& Scytha & Barbarus, & Indus, & Ægyptius, & omnis homo super terram incedens audire potest. Tacet enim cœlum, sed ipsius adspectus vocem emittit tuba clariorem, per oculos, non per aures, nos docens*, ut habet Chrysostomus Hom. 9. ad Pop. Antioch. ex Rom. 1. 20. & Ps. 19. v. 3. 4. ubi vide Vatablum. Attexo non absimile quid, quod sequitur.

XXV.
Animalium sermo.

Interroga Behemoth, effera animalia, nil prudentiæ, nullam cùm homine familiaritam habentia, & docebit te, scil. unumquodque orum, sic enim pluralia distributivè posita apud ebræos verbo singulari conjungi solent, Job.12. 7. De animalium sermone multi multa. Plato pud Euseb. l. 12. de Præpar. c. 9. ait: *Homines urei seculi, Saturno imperante, tanta virtutis & pientiæ fuisse, ut & cum bestiis sermones conferre ssent.* Basil. de Paradiso: Animalia ante lapsum *audisse inter se, & sensatè locuta fuisse*, scripsit. *qua putas lingua serpens locutus est ad mulierm? Serpentis utiq; ore!* ait Augustinus, addens us *sibilum* sic ab Evâ intellectum, quomodo & *diè non desunt, qui latratus canum intelligant, luporum ululatum, & barritum elephantum, & ntum gallorum*, l. 31. Vet. ac N. Testam. De sepho Judaicarum Antiquitatum Scriptore, & iis similia censentibus, videantur Interpp. in ıp. 3. Genes. Loqui inter se & conferre sermoes animalia Porphyrius vult confirmare lib. 3. *ἐι τὸ ἶσ̃ν ἐμψύχων ἀποχῆς*, de Abstin. Anim. Protumque est intellexisse eos sermones Tiresiam Melampum, Helenum & Cassandram, Apolnium Thyanæum, Democritum, Ericum egneri pugilis filium Danum, de quibus vide orphyr. loc. cit. Callimach. in lavacro Pallad. pollodor. l. 3. Biblioth. Philostrat. in Vita pollonii, A. Gell. 10. Noct. Attic. Saxon. Gram

mat. l. 5. Hist. &c. Quin & illud observo, ... mones eos non posse à quoquam intelligi, nisi Deus quis aurem perpurgarit, creditum fuisse. Pallas Tiresiæ aures expurgâsse fertur apud A- pollodor. l. cit. Visosq; in æde Apollinis serp- tes Heleno & Cassandræ aures elambere pro Scholiastes Eurip. in Hecub. nempè ut intelli- rent avium

ἐυξύνετον ξυνετοῖσι βοάν.

Vocem intellectu præditis facilè intelligendam, loquitur Euripid. in Iphigen. Tauric. v. 1089 & Quid multa? *Circumeat animus tuus per univ- sam Creaturam, undiq; tibi clamabit Creatur Deus me fecit! nam ipsæ Creaturarum species, fi- voces quædam Creatorem laudantium!* in Psal. v. 6. Augustinus.

XXVI.
Cœlum CHOSROIS.

Deus ego sum, & in throno Dei consec Ezech. 28. 2. ampullæ Regis Tyriorum, qui ta- dem ex astris delapsus pulvis evasit, & meru NIHIL! ib. v. 19. Ita verius est, quàm quæ Pyth ex Phœbi tripode profatur, quod habet P. Syr in Mimis:

Citò ignominia fit superbi gloria!

Hinc Flav. Julius Constans semper in ore hab- bat: *Felix insolens infelix!* Sit exemplo Chosroë

In palatiis suis circa Persida
In laquearibus cœlum habens fabricatum.

E.

Ex quo tonitrua & fulmina, machinatiq; imbres,
Convivio exceptis Legatis, erumpebant ad stuporem:

it est apud Tzezen Chiliad. 3. v. 40. & seqq. Exu-
a est tandem hæc ignivoma cœli machina ab
np. Heraclio, facerq; Persarum ignis extinctus.
idem. Ipse Cosroes filii Sirois natu maximi,
uem in designatione successoris præteriisset,
onspiratione oppressus miserrimo fine super-
iam luit, ut est apud Reneccium in Comm. de
egib. Persar. Nam collo & pedibus ferro one-
tis detrusus in tenebrosam domum, quam gazæ
servandæ construxisset, auroq; vesci jussus est.
ndem per XV. dies integros omnium contu-
eliis exagitatus, alapis & pugnis cæsus, conspu-
is, sagittisq; confectus est. Proh! quomodo ce-
disti de cœlo Lucifer? Esa. 14. 12. 13. 14. Heus
iperbe! (dicam cum Ennodio:)

Tu cœlum teneas, me terris linque quietum;

XXVII.

Romanorum Cœnationes versatiles.

Agite, fruamur bonis præsentibus! Sap. 2.
2. *Sic cœlum petitur!* Quid enim?

Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror.
Quod voluptates eorum propriæ sunt!

it ille in Terentiana Andria. Ita grunniunt Epi-
uri de grege porci! Qui tùm sibi *in Cœlo esse, Jo-*

 visq;

visq; solium tenere, & ut ait Horatius, *sublimi rire sidera vertice* videntur, cum Genio ind gent. Hoc demùm illis vivere est.

Sic current albusq; dies horaq; serena
Et molli dabitur victu sperare senectam:

Ut apud Silium ructat Voluptas. Deniq; ad hu modum Dei vita decurrit, qui

--- exemplar lenis mortalibus ævi,
Imperturbata placidus tenet otia mente.

Apud eundem l. 15. v. 46. &c. Fallor? an ha eorum hominum, si belluis istis, quibus anima p sale est, hoc nomen convenire possit, mentem citè explicabant illa *versatilia cœnationum queαria*, Romanorum olim artificio & ingenic luxuria sic coagmentata, *ut subinde alia faci atq; alia succederet, & toties tecta, quoties fercu mutarentur*, ut ea depingit in Epist. Seneca: *R tunda* erant, ac *perpetuò* quædam *diebus ac noct bus vice mundi circumagebantur*, *tabulis dem eburneis versatilibus sic erant compacta, ut in ve satione flores dispergerentur*, *aut per fistulas u guenta expressa diffunderentur in convictores*, t ste Suetonio in vita Neronis. Plura de iis Stukiu Conviv. Antiquit. l. 2. cap. 14. pag. 197.

XXVIII.

In COELO foramen.

1. Levate in excelsum oculos vestros, & videte, quis creavit hæc? Es. 40. 26. Fabellar Judaicam referunt Petrus Alphonsus Tit. 1. &

Petı

r. Cluniacenſ. l. 2. contra Jud. cap. 5. cujus
.. Eleaſare etiam Galatinus meminit, l. 1. ar-
. Cathol. Verit. cap. 7. Deus, inquiunt, cùm
um ornaret, & vermiculato ſtellarum emble-
e exornaret, firmamentum non abſolvit, ſed
arte aquilonari magnum aliquod foramen
quit, non defectus quidem viribus, quippe
immenſa eſt, finemq; potentia Cœli Non habet!
ſingulari providentiæ conſilio, ut ſi quis veni-
ibus fortè ſeculis exſurgeret, Deum ſe Deoq;
alem jactitans, dicere poſſet: Si Deus es, ut
, abſolve, quod imperfectum reliqui? en tibi
d unicum in uno cœli angulo foramen, hoc
le, & colophonem impone tanto operi, &
is eſto! Nempè nemo Deus, niſi qui & Crea-
! *Habet Deus teſtimonia, totum hoc quod ſu-
, & in quo ſumus*, ait Tertullianus 1. adverſ.
rcion. cap. 10.

i quis ait, Deus Ipſe ego ſum, & tamen unicus haud ſit
Hic mundum huic ſimilem condens, Meus, inquiat, eſt hic!
Nec condat, dicatq; modò, ſed incolat Idem.
Pythagoras: Juſtin. M. de Monarch.

2. Recitari poteſt quoque Apologus hic il-
qui os in cœlum ponere, & Deo Creatori
ım dentem infigere non verentur: Qualis Al-
nſus X. cujus blaſphema vox fuit; *Se ſi Crea-
i interfuiſſet, multa meliùs ordinaturum fuiſſe*,
us tamen, poſt nonnullas admonitiones fru-
neas tandem fulmine in ipſo cubiculo Regio
palu-

paludamento & purpurâ combuſtis ſeriam
pœnitudinem. Refert Rodericus Sanctius
Annal. Hiſpan. Scita eſt apud Philonem Fabe
Deum perfecto Creationis opere Prophet
quempiam interrogâſſe, quid deeſſet mun
iſtum verò reſpondiſſe: nihil omninò præter
gnum Laudatorem: atq; eâ de cauſsâ Muſas
in mundum introductas, ut eo quo par eſt ſtu
tantæ molis Architectum celebrarent. De Pl
tat. Nohæ.

XXIX.

Sol in Navi pictus.

1. Sol & Clypeus eſt Dominus Det
Pſal. 84. 11. Celeberrimum Dei Symbolum ſu
Sol multâ radiorum luce coronatus, in navi
ctus, quæ remis veliſq; adverſo flumine rapta,
rebatur à ſubſtrato crocodilo. Alii aliter exp
cant: vide Clement. Alex. l. 5. Stromat. Porph
rium apud Euſeb. l. 3. de Præpar. c. 3. Corn. à La
in c 4. Amoſi, unde accepit Cauſſinus, aut ab h
ille, Polyhiſtor. l. 1. cap. 8. Deum ſentiebant,
ait Varro, eſſe *animam mundi, quem Græci voca*
κόσμον, & hunc ipſum mundum eſſe Deum, apu
Auguſtin. l. 7. de C. D. cap. 6. *Quid eſt Deu*
mens univerſi! Quid eſt Deus? quod vides totu
& quod non vides! Senec. Præf. 1. qq. Natur. *Qu*
eſt in triremi gubernator, in curru rector, præce
tor in choro, Lex in urbe, Dux in exercitu, hoc eſt
mundo Deus, Apulejus de Mundo. Sol ergò Deu
ſignificat, ut ſæpè; navis Cœlum, & eſt hemiſpha
riu

n hoc concavum navi inversæ simile; nititur
em coelum astrigerum quasi contra torren-
i primi mobilis: Crocodilus animal amphi-
n, quod in terris aquisq; degit, utriusq; ele-
nti videtur præferre imaginem.

. Sed aliud quærebam. Vita hæc navigatio
dam est. Qui ad salutis portum contendunt,
velis modò remisq; constantis propositi, &
lii indefessi opus habent, sed & benignâ irra-
ioneSolis Justitiæ,& quasi afflatuFavonii cœ-
is. Nituntur enim contra rapacem perturba-
um fluvium, & contra infernalis Crocodili
& fraudes. *Qui magnum fluvium navigio
nsmeare contendunt, longè superiùs à destinata
navigare incipiunt, quia violentia retorquen-
incessabili,& velint nolint cum fluvio quodam-
lo descendere compelluntur: Ita & nos, qui ma-
oc magnum & spatiosum* (quomodo Maximus
rius ait, navigare nos δυσέκνευστον πέλαγος, do-
Philosophia subjiciat quasi τοὺς ἑαυτῆς λογισμοὺς,
llyssi Leucothea τὸ κρήδεμνον) *pertransire na-
us contendimus, ad jugem adscensum nostrum
premus propositum, quia humana torpor negli-
ia semper in descensu est.* Gotefridus Comes
penberg. apud Serar. in Pari SS. Comitum
n. 2. Opusc. cap. 22.

XXX.

Cœlum monstriferum, Luna habitabilis.

Cogitationes Mortalium! Sapient. 9. v. 14. 15. 16.

15. 16. Nemo, niſi qui *Mathematicorum Ca* prorsùs ignorat, neſcit in eo, quaſi in Amphit tro quodam ſpatioſiſſima, innumerarum fera edi ſpectacula, in quo exhibeantur non C modò & Urſi, & Leones, ſed & Equi alati, Dr nes immenſi, Scorpiones caudâ adulantes, C crichelis minitantes, *totq; alia monſtra*, u Mundo ſuo Perſonato Sandæus loquitur pag. *Ut ſi in ſilva nobis vicina hoſpitarentur, conſpi dum eſſet ab agreſtibus, ut ea ferro & igni p rent: In Luna annis præteritis neſcio cujus G laici perſpicilli opera, vidiſſe ſe jurarunt mon ſilvas, maria, & alia vel ſplenem Heracliti ve lantia.* Sic quoque non Lucianus modò, ſe veterum plures, quos ille in vera hiſtoria ſua agitavit, Lunam à populo Selinæo habitar Regi Endymioni ſubjectam eſſe tradideru quin & urbes atq; oppida in ea tradiderunt: q & urbes atque oppida in ea eſſe, fluminaqu alia omnia, quæ in terris, grandiora tamen & r di majoris, delapſumq; inde Leonem Nemeæ ut Achilles Arateus, Interpres meminit, apud gel. Politian. in Miſcell. cap. 17. Narranda fui aurea hæc fabella, illi cuidam Nobili, qui ſeipſ quaſi ad beſtias damnaverat, ita *omiſſo*, ut c Epiſcopo Saresberienſi loquar, *officio de nocte noctem ſemper ad beſtias pugnaverat*, homo ſtialis, ex 1. Policrat. c. 4. qui etiam Cœlum ſu ris omne relinquere volebat, quòd venari in non liceret: dignus qui in venaticum can transiiſſet! Non dubium eſt, quin *aſſem para* fabulatoris pretium.

Ac

Adeò nihil ſapimus ſupra conditionis noſtræ
ginem ! in terra cœlum quærimus, in cœlo
ram! Quod Tityrus ait apud Poëtarum Prin-
em:

Urbem, quam dicunt Romam, Melibae, putavi
Stultus ego huic noſtræ ſimilem:
ıobis quoq; de cœlo cogitantibus uſuvenit,
.- *Sic parvis componere magna ſolemus!*
nfer Rom. 1. 21. & 1. Cor. 2. 14. ut & Auguſti-
n de Morib. Eccleſ. cap. 21. ubi docet, ex cu-
ſo circa corporea ſtudio fieri, ut aut omnia cor-
ea credamus, aut de incorporeis, non niſi per
porum imagines, cogitare poſſimus.

XXXI.

Sol in Idâ.

1. Mons Idæus, Judicio Paridis notiſſimus,
em orientem aliter, quàm in aliis terris ſolet
pici, oſtentat. Namque *ex ſummo vertice ejus*
ulantibus, pene à mediâ nocte, ſparſi ignes paſ-
micare, & ut lux appropinquat, ita coire, ac ſe
jungere videntur: donec magis magisq; collecti
uciores ſubinde, & una ad poſtremum flamma
leant. Ea cùm diu clara & incendio ſimilis efful-
cogit ſe ac rotundat, & fit ingens globus: diu is
q; grandis & terris annexus apparet, deinde
latim decreſcens, & quantò decreſcit tantò cla-
r, fugat noviſſimè noctem, & cum die jam Sol fa-
s, attollitur: Hæc Pomponius Mela l. 1. circa
. Sol cum maximus apparet, minimam de ſe
rgit lucem, cùm minimus, maximam; cum in-
gens

gens globus esse videtur, terræ adhæret, cùm
crescit, attollitur. Vis magnus fieri? parvus e
vis humo tolli? decresce! Quantò major
tantò te humilia, Sirac. 3. 20. 21. sed malo al
præfigere Lemma:

2. Nox præcessit, dies autem approp
quavit, Rom. 13. 12. Nox fuit tempus vet
Testamenti, quin & respectu vitæ futuræ, tot
hoc ævum quod *inter Orcum & Solem*, quasi
Cimmeriis tenebris, decurrimus, nox mera
Quâ de re ex interpretibus Epistolæ ad Rom
quæ multa possem, afferre piget. In hac me
emicare cœpit & lucem aliquam ad veram vit
emergentibus præferre Sol Justitiæ, *Deus de D*
Lumen de Lumine Sed primò quidem velut sp
sis per temporum intervalla & Prophetarum n
nia, ignibus. Qui paulatim collecti, sub redit
Populi Dei ex Babylone, pauciores evaserunt,
nebris interim invalescentibus. Una ad post
mum flamma clarissima effulsit, quam Orbi Pr
cursor Domini, ille

--- *Evangelii sacra janua metaq; Legis*,

ut Johannem Baptistam salutavit, Paulinus pr
tulit.

Posthæc in terris visus est! ut huc traha
illa Baruchi, quæ Patres ferè Soli nostro accon
modarunt, cap. 3. 37. Ac deinceps descendenc
per seculorum memoriam, usque ad hæc nostr
decrescens, magis magisque, circa hoc mun
crepusculum, appropinquante die illo ætern
cui nox nulla succedet, inclaruit, ut verè d
xe

rit Propheta: Ad vesperam Lux erit! Zaar. 14. ỿ.7. uti in ultimâ Evangelii promulgane eventus comprobavit, Apoc. c. 14. 6.

XXXII.

Sol in mari extinctus.

In oculis insipientium mori videtur,). 3.2. Sol insulsis hominibus in mari extingui letur, sapientibus non item: Decius Brutus n in extremo Hispaniæ limite bella gereret, *em in maria cadentem, obrutumq; sacrum ignem uis non sine sacrilegii horrore* vidisse se testaba-, repertiq; sunt nautæ, qui in strepitum extinaudisse jactarent apud Florum l. 2. Hist. c. 17. Stesichorus & Æschylus docent ab occasu in entem enavigare *in aureo calice* à Vulcano facato: Mimnermus verò versibus pulcherrimis, rmientem *in aureo lecto* ab Hesperidum regioferri ad Æthiopas cecinit, Natal. Com. l. 5. rtholog. c. 17. Sic prorsus pii ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρό-, mori & extingui videntur, cùm interim suaissimè in manu Dei requiescant. Impii verò, ut ad Platonem alicubi loquitur Socrates, μᾶλλον ἡρακλείτȣ ἡλίȣ, *magis quàm Sol Heracliti extinuntur.* Denique *ut Sol demergit & nascitur: ra labuntur & redeunt: flores occidunt & revicunt*, ut habet Minutius Felix in Octavio. Ita

Cuncta resurgendi speciem meditantur, in omni
Corpore, & in terris germina & astra Polo,

te Paulino in Obit. Celsi.

XXXIII.
Solis Ovis.

Reges erunt nutritii tui! Esa. 49. 23. Her dotus in Calliopâ refert, in Apolloniâ, quæ sinu maris Jonii Regio est, oves fuisse Soli sacra quas ex pastu sub noctem reduces, qui divitiis nobilitate præstabant, singuli per annum, dor custodire soliti fuerunt. Homerus nec nasci n denasci scripsit, pasciq; à Nymphis. M. Ody Natal. Com. l. 5. cap. 17. *Solis oves* sunt Sanc Literati, homines ferè ovinâ simplicitate, plac ditate: nam *didicisse fideliter artes*,

Emollit mores, nec sinit esse feros.

Nec nascuntur: *Cadmi semen quidem sativos e dem, ut ajunt, die milites protulit; sed sativos The logos nulla adhuc fabula prodigiosè finxit*, ait Sy nesius de Dione. Nec obeunt:

Non omnis moriar! multaq; pars mei
Vitabit Libitinam! ait Horatius.
--- *Ingenio stat sine morte decus.*

Propert. l. 3. Eleg. 1. Utinam, quibus summa re rum à Deo tradita sunt, colerent, colligerent, & sibi quoque, quoniam *Pastores* sunt *Populi*, dictur crederent illud: Pasce oves meas! Joh. 21. 17 sed surdo fabula!

Spernitur orator bonus, horridus miles amatur ut questus olim est Ennius.

XXXIV

XXXIV.

Sol exſecratus.

Ignem veni mittere in terram! ait Domi-
us, intelligens ignem tribulationis, de quo Pſal.
6. 12. Eſa. 43, 2. qui *aurea Dominicæ domus vaſa*
neliorat, fænum verò conſumit & ſtipulam, ut ha-
et Ambroſ. in Luc. ignem inquam, de quo ſta-
im ibidem Luc. 12, 49. 51. Non enim veni mit-
ere pacem, ſed διαμερισμὸν, ſeparationem,
ladium, Matth. 10. 34. ubi interpretatur Do-
ninus *ignis iſtius qualitatem*, ut ait Tertullian.
4. adv. Marcion. c. 29. ut Sol non tantùm vivi-
cam lucem ſpargit, ſed & ignem mortiferum,
llam ex natura ſua, hunc pro ſitu terrarum & in-
enio: Sic etiam Sol ille cœleſtis non eſt ſine
uo damnoſo igne, *ubi lux, ibi crux!* Hinc fit,
t orientem doctrinæ ſalvificæ lucem multi, ut
Atlantes Solem, *dira imprecatione contueantur,*
velut exitialem ipſis agriſq;: Plinius l. 5. cap. 8.
Atlantes enim *ab humano ritu prorsùs exulant,*
diris Solis ortus excipiunt, diris occaſus proſequun-
ur: uſti undiq; torrentis plagæ ſidere oderunt Deum
lucis, ait Solinus, cap. 44. Addit Plinius odio lu-
is *neminem* eorum *interdiu cerni.* Tales Atlan-
es habuit Judæa olim, Jerem. 44. 18. & ſunt de
o genere noſtri Lucifugæ, qui exiſtimant: *O-*
mnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi
Chriſtianos eſſe cauſſam. Tertullian. in Apolog.
. 40. &c.

XXXV.

Sol adoratus.

1. Ut Atlantes, *degeneres humani ritus*, orientem Solem diris exceperunt; ita reliquæ gente fere *osculo venerata* sunt. De quo antiquissim cultu Solis Jobus testatur cap. 31. 27. Accidit ii quod *ignaris evenire solet in curiam euntibus, u quosq; obvios splendidiùs exornatos Regem esse su spicentur*, ait Thom. Aquin. in opusc. de Symbol Apostol. Sic Darii uxor pro Alexandro Hephæstionem adoravit, excusanti ignorantiam respondit Alexander: Ne sollicita sis, nam & hic Alexander est, ut est apud Q. Curtium. Nihil inhumanius est, quàm Virtuti emergenti invidere.

O dirum exitium mortalibus! ô nihil unquàm
Crescere, nec magnas patiens exsurgere laude
Invidia! Silius 17. v. 192.

Sed nihil ea habet cum Sapientiâ comercii. Invidus, ait Sapientiæ Scriptor, non erit particeps Sapientiæ, Sap. 6. v. 25. conf. Jac. 3. 14. 15. At *Virtutibus abundat, qui alienas amat.* Plin. l. 2. Epist. 17.

2. Cæterùm ut Sol nec Persarum salutationibus, nec Atlantum exsecrationibus in transversum agitur, semper sibi constat, rectoq; tramite fertur per obliquum Zodiaci limbum: Sic animus Sapientis semper sui similis est!

Justum & tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis Tyranni
Mente quatit solida --- *Nec*

lec prece, nec pretio, nec gratiâ, nec periculo, nec multate à via recta deduci oportet! ait Cornifi-ius l. 3. ad Herenn. Hoc eſt, ad quod nos Paulus ıpoſtolus exhortatur, in omni ſorte Deo ſe ſer-are integrum, & poſſis huic quaſi Emblemati ıeritò præfigere illa: διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας, ı utraque fama, 2. Cor. 6. 8.

XXXVI.

An in Sole Maculæ?

1. Juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis! latth. 11. 19. Maculæ tubo Batavo in medio iam Solis diſco nunc apparent, nunc disparent. eq; enim ſunt in Sole, ſed ſub Sole, Lunâ tamen periores, & videntur provenire coaleſcentibus uribus corpuſculis opacis, ait Voſſius, Vir CL. 2. de Idololat. c. 2. p. 313 Qui maligno invidiæ ıbo utuntur, etiam in Sole vident maculas, quæ men nullæ ſunt. Sic *arquatis, & veternoſis iam, quæ lutea non ſunt, æquè ut lutea videntur,* ait Varro in Eumenidib. apud Non. Marcell. *on ſic Cœlum nubes, nox diem, Solem caligo, quo-odo mentem cæcat & tenebrat invidia,* P. Chry-log. Serm. 48. Diogenes referenti, quod à cun-is vituperaretur; *Oportet*, inquit, *Sapientiam ab ſipientibus feriri:* apud Joh. Saresb. in Policrat. 3. c. 14. Nihil tàm ſanctum eſt, in quo lividus culus non aliquid inveniat, quod linguæ ſuæ aledicæ rodendum propinet, quæ etiam Deo on parcit, cum infernali igne incaluit, Jac. 3. 7.)ie Weißheit muß ſich laſſen rechtfertigen von ih-

ren Kindern/die wissen alles besser: Wie es GL
macht/so taugts nicht. D. Luth. in Deut. 32. 4.
marginem: Sunt alioqui loci citati ex Matth. 1
variæ interpretationes, quas vide apud Mald
nat. ibid. Fabellam de Momo, huc facientem, l
ges apud Natal. Comitem lib. 9. cap. 20.

2. Lex Domini immaculata, Psal 19. v.
Sol Sacra Scriptura est, Luna Doctores Eccl
siæ: neuter sano lumine utitur, & qui in isto m
culas videt, & qui in hac non videt. *Macula*
quæ in Lunâ apparent, aliqui *admixtum esse a*
rem docent, *qui suapte natura opacus ad cœlu*
tenditur, negant enim Lunam globum esse pu
ætheris: Philo de Somn. pag. 501. edit. Lati
Gelenii. Plinius verò *Sidera humore terreno p*
sci persuasus cum Stoicis, eas maculas ait es
non aliud *quàm terra raptas cum humore sorde*
lib. 2. c. 9. Quid mirum, si in eorum libris, aliqu
passim eminent maculæ, qui ex carne & spirit
compositi *è terrâ nascuntur*, pascuntur, *ut blitum*
ut vetus verbum est,

3. Quæ in cœlis sunt, quis investigabit
De Solis maculis disputamus, nostras nulli elui
mus!

Ut nemo in sese tentat descendere! nemo!

At faciunt curiosi isti ferè quod Democritus, qu

Clypeum constituit contra exortum Hyperionis,
Oculos effodere ut posset splendore æreo:
Ita radiis Solis, aciem effodit luminis.

ut habet Laberius apud A. Gell. 10. cap. 17. Nem-

pè

è qui oculos in Solem nimis contendunt, oborinte nocte, dùm maculas se videre sentiunt; nihil idere occipiunt. Qui in cœlo acutius videre bi videntur,

--- *quàm aut Aquila aut serpens Epidaurius* ---

ùm in terram & ad seipsos revertuntur. *Leberide zciores* sunt. Quod ex Platonis Phædone repetit Theodoretus Serm. 2. de Cur. Græc. affect. vide ap. 9. v. 17. & Rom. 11. 33.

XXXVII.

Harpaste fatua.

Cœcis opertum est Evangelium, 2. Cor. 4. .3.4. Qui obscuras in Sole divini verbi maculas idere se putant similes videntur fatuæ, quam Seecæ uxor alebat. Harpasten nomine: *Ea*, ut scriit ad Lucill. ipse Epist. 50. *subitò desiit videre, ne-:it se esse cœcam, subinde pædagogum suum rogat, t migret, ait, domum tenebrosam esse.* Sic hæretici ùm ex Scripturis arguuntur, vertuntur in accuationem Scripturarum, ut Irenæus olim conquetus est l. 3. c. 2. quæ tamen, ut rectè docuit Theoiorus apud Cassianum, *non, ut essent incognitæ vel bscuræ, Sancti Spiritus gratia nobis promulgatæ ùnt; sed ex nostro vitio, velamine peccatorum cor-lis oculos obnubente, redduntur obscuræ, quibus urſum naturali redditis sanitati, ipsa Scripturarum sacrarum lectio, ad contemplationem veræ cientiæ, abunde etiam sola sufficit:* hæc ille l. 5. de Spir. Gastrimarg. c. 34. p. 88. in Octav.

XXXVIII.
Evarix Gothorum Rex.

XXXIX.
Solis apud Indos inducia.

1. Spinæ ſuffocaverunt illud, Luc. 8. v. Evarix Arianus & acerrimus Orthodoxoru perſecutor fuit: nam & ipſos ſacrorum Templo rum aditus ſpinis juſſerat obſecrari, ſcilicet ut *ra ritas ingrediendi oblivionem faceret fidei*, ait Gre gor. Turonenſ. l. 2. Hiſt. c. 25. Heu quibus non ſp nis curarum ærumnarumque obſepit Diabolu templorum fores? imo & aurium, quæ ad cor ja nuæ ſunt, in quo Dei Templum eſſe debet! *Nam idcircò oculos & aures patefecit in corpore divin ſolertia, ut per eos aditus ſcientia perveniret a mentem*, inquit Lactantius l. 3. c. 3. Techna fre quens impuro illi ſpiritui feſtis temporibus, d qua olim ſic querulabat:

Dum Natalitios, ô Princeps Pacis, honores
Antiqui colimus ritibus obſequii,
Heu! *Lætis aliquid ſemper miſcetur amari,*
Lætitiæq; uber flebile tuber habet!
Jam ter funeſto turbamur milite, nec nos
Gaudere inſolidum Martia corda ſinunt,
Quis fas atque nefas nullo diſcrimine habetur
Inq; æqua Pietas noxaq; lance ſedent.
Pax redeat, ſator ô Pacis, Pacem annue, Pacem!
Dia bonum gremio Pax habet omne ſuo.

2. Sed

2. Sed amaritudinem istam festorum dulcia
udia contristantem sibi imputet tepor noster
stupor. In Indiæ locis habitabilibus, ut Ctesias
oud Photium cod. 72. author est, *regio est Soli &*
unæ sacra, ad quam à monte Sardonis quinde-
m dierum iter est, ubi Sol ad annum festum
um peregrinantibus XXXV. dierum friguscu-
m indulget, ne dum illi operantur aut peregri-
ntur æstu immani torreantur. Tale friguscu-
m pollicitus est Dominus festa sua ritè celebra-
ris, Levit. 26. 6. 24. Exod. 34. 24.

XL.

Solis cultus in Zeilam.

Coacervabunt sibi Magistros, prurientes
ribus, 2. Tim. 4. 4. *Ad Amicum.* Ne doleas,
arum caput, famam nominis tui longè adhuc
tra meritorum tuorum gradum consistere,
ulgus leve novitatis avidum, quantò quid re-
ntius est & magis strepitum, tantò pluris æsti-
at, nota etsi optima fastidit.

Antiqua sordent, convolat quisq; ad nova!

Id fieri quotidiè videmus, quod in Haaulam,
æ nunc Zeilam, Insula; Colitur ab incolis Sol,
is extra urbem frequentibus, in quibus simula-
ra sunt sacrata, ad similitudinem orbis Solaris
agicis artibus constructam: exoriente autem
le orbes illi incendi videntur, magnoq; strepi-
sonant. Summo itaq; mane communiter ex-
rritur, aditurque Sol, à viris pariter & mulieri-
s, habentq; suas singuli acerras in manibus, &

pariter Soli thura adolent: Refert Benjamin T.
delensis in Itinerario Interpr. Ar. Montano. Q
videntur tibi globi illi flammivomi, magniso
qui nescio qua γοητεία, vulgus hominum ita
mentant, ut nemo non adoret, nemo non
aut thure, aut vino, aut aliquod semper supplic
Nunquid illi, de quibus apud Nævium percc
tanti: *Cedo qui vestram Rempubl. tantam amisi*
tam citò? Respondetur: *Proveniebant Orato*
novi, stulti, adolescentuli! Sic Seculum est! Tu
rectè factorum conscientia acquiescas, aut si
contentus esto eâ virtutis opinione, *de qua ti*
dicam cum Sidonio Apollinari l. 1. Epist 1. *ja*
pridem in portu Judicii publici, post lividorum
tratuum Scyllas enavigatas, sufficientis gloriæ a
chora sedet. Vale.

XLI.

Solis Victima.

Hostiam viventem, Sanctam Deo pl
centem, rationabile obsequium vestrun
Rom. 12. 1. Non adderem hoc, de quo Caussin
l. 1. c. 12. & alii, nisi illustrando Sacro Codici, c
opellam hanc totam, quantulacunq; est, dedica
Equos dederunt Soli Reges Judæ, in introitu Ten
pli Hierosolymitani, additis quadrigis, abolevit p
stea Josias, 1. Reg. 23. 1. Quos Equos? an fusos e
ære, aut alio metallo! an vivos? Prius affirm
Selden. Syntagm. 2. de Diis Syris c. 8. Posteri
Rabbini, Lyra, Vatablus, & post omnes Sancti
in 4. Reg. 23. num. 13. Et his ego digitum attoll

Rat

tio Sanctii satis valida, quia currus Solis com-
sti, Equi ablati: Cur non & ii combusti, si ex si-
li materia? Ablati verò, quia vivi, quia ad alios
us boni, quia si cremati fuissent, sacrificati vide-
ntur. Adde, Procopio teste, Regibus Persarum,
uibus ritus iste traductus, *Solem quotidiè salu-
ndi morem fuisse*, ut rectè putent aliqui sacris
equis vectos, qui orientem Solem salutarent
su Regum & nomine. Fortè similes equi fue-
nt, quorum in Darii electione meminit Justi-
s ex Trogo. Deniq; Herodoto affirmante, ne-
fuit apud Persas dedicare imagines, quod apud
trem Historiarum est ἱδρύεσθαι, quod Pollux l. 1.
nomast. c. 1. explicat, ἐγκαθίσαι τῷ νεῷ, Templo
erre & consecrare. Nam alioqui ab omni ima-
ne non abhorruisse, *Solis imago Crystallo inclu-*
apud Curtium, imò *& in clypeis expressa, & in*
teis picta, apud Tertull. in Apolog. argumento
. De tota re & inprimis de caussa Sacri elegan-
paucis Heliodorus l. 10. Æthiopic. ubi docet:
li τέθριππον, quadrigam albam, currum quatuor
uis instructum, oblatam, quod τῷ ταχυτάτῳ Θεῶν
άχιστον, *celerrimo Deo, id quod celerrimum est,*
venire arbitrati sint. Cavendum igitur

Ne detur sancto victima fœda Deo!

uod observavit Abraham, Genes. 22. ℣. 10.

Senile pignus qui dicavit Victimæ:
Docens; ad aram cùm litare quis velit,
Quod dulce cordi est, quod pium, quod unicum,
Deo libenter offerendum credito.

Pru-

Prudentius in Psychom. Præf. unde Dn. P
Melanchth.

Casta Deus mens est, casta vult mente vocari,
Atq; jubet castas pondus habere preces.

XLII.

Lunæ imago Cynocephalus.

Stultus sicut Luna mutatur, Sirac. 27. v. 1
Cynocephalus quando Luna cum Sole coit, qu
de raptu hujus luminis lugens, nuspiam det
quens oculos solo affigit, cibi potusq; immem
At eadem cùm faciem facemq; mundo reddit, g
stit & exultat, quo habitu pingi solebat manib
in Cœlum levatis, in capite ferens τὸ βασίλει
quod Caussinus in Observ. in Horum expon
Lunæ archetypum exemplar, quomodo Dia
pingitur in vertice gestans Lunam cornicula
tem: Sic Lunam orientem picto Cynocepha
significare volebat Ægyptii. Horus Hierogl.
cap.15. Nempè uti *Luna modulationibus menstru*
variat, ut habet Tertull. de Pallio:

Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Esse potest unquam, semperq; hodierna sequen
Si crescit, minor est, major si contrahit Orbem:

Ovid. 15. Metam. Ita quoque

Ludus fortunæ, variatur imagine Lunæ,

& cum illo quotquot Cynocephali sunt; si cre
scat, crescunt animis, exultant, ut *Cœlo supina*
sulit *manus*

Nascente Luna rustica Phidile!

Si decrescat, solo affixi, despondent.

XLIII

XLIII.

Luna in calceis Nobilium.

Cynocephalus in capite fert, apud Romanos
ò

--- *nobilis & generosus*
Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.

enal. Satyr. 7. de quo more vide Plutarchum
æst. Rom. 76. Sic Ecclesia verè nobilium nu-
& altrix unica, Sole amicitur & Lunam
cat, Apoc. 12. 1. 2. quod explanans Gregor.
. 24. Moral. cap. 7. *In Sole*, inquit, *illustratio
itatis, in Luna, autem, quæ menstruis suppletio-
us deficit, mutabilitas temporalis accipitur:
cta autem Ecclesia, quia superni luminis splen-
e protegitur, quasi Sole vestitur, quia verò cun-
temporalia despicit, Lunam sub pedibus premit.*
c ille, cætera benè, sed Solis amictum meliùs
licat Corn. à Lap. in Apoc. docens Christum
em Justitiæ esse quasi vestem Ecclesiæ, de qua
ostolus: Induimini Dominum Jesum
ristum, Rom. 13. 13. sic Esaias c. 61. v. 10.

XLIV.

Mirum Lunæ ingenium.

Cùm homo exterior noster corrumpitur,
erior indies magis, magisque renovatur,
or. 4. 16. & vice versa: ut Luna, quo magis he-
phærio illo exteriore, quo terras adspicit, cla-
eò magis interiore, quod cœlo obvertit, ob-
ratur: quantoque magis Sole suo plena ap-
pares

paret, tantò ab eo remotior eſt. Nam ut ex O
cis clarum eſt, *quo Sphæra illuminata longiùs di*
ab illuminante, eò minùs lucis accepit. Jam quo i
gis Luna augeſcit, eò magis à Sole diſcedit,

- - quantumq; ab Apollinis igne recedit
Hoc magis ipſa ſuum fundit mortalibus ignen

ut canit Jovian. Pontan. itaque cùm plena in t
ris viſitur,

- - plenoq; coruſcam
Orbe comam & fulvo totum caput explicat au

Soli adverſa eſt, ſæpè etiam inauge conſtitu
adeò ut tum minimum ab eo Lucis accipiat, qu
primo intuitu παράδοξον apparet. At in coitu,
terlunia vocant, & *Lunæ ſilentia*, quando S
conjunctiſſima eſt, non cernitur, non defectu
minis, ſed quoniam *hauſtum omnem lucis ave*
illo regerit, unde accepit, ut docet Plin. l. 2. cap
Ita, ut docet Auguſtinus, *anima humana recede*
à ſole juſtitiæ, ab illa ſcilicet interna contemplat
ne incommutabilis veritatis, omnes vires ſuas
terrena convertit, & eò magis magisq; obſcurat
in interioribus ac ſuperioribus ſuis. Sed qu
redire cœperit ad illam incommutabilem ſapie
tiam, quantò magis ei propinquat affectu pietat
tantò magis exterior homo corrumpitur, ſed in
rior renovatur de die in diem, omnisq; lux illa i
genii, quæ ad inferiora vergebat, ad ſuperiora co
vertitur, & à terrenis quodammodò aufertur,
magis magisq; huic ſeculo moriatur, & vita ej
abſcondatur cum Chriſto in Deo: &c. l. 2. ad Inqu
Januar. c. 4. & 5. Ita Eccleſia exterius obſcurat
interius ſplendeſcit, at quantò foris ſplendidi

e

, tantò intus & tenebriosior & à Deo remo-
r. *Quantum copiæ accessit, tantum disciplinæ*
essit, & prosperitas venit quæstuum, cum magno
ore detrimentorum: Multiplicatis fidei populis,
s imminuta est, & crescentibus filiis suis, mater
otabat: verba sunt Salviani l. 1. contra avari-
n. Hinc fit, ut ex externis istis nemo colligere
tò queat, utrum amore quis sit dignus an
io? Eccles. 9. v. 1.

XLV.

Luna ab Asino epota.

Ne respondeas stulto secundùm stulti-
m suam, ne adæqueris ei, Prov. 26. 4. Ridi-
um facinus narrat Ludov. Vives in c. 16. l. 10.
Civ. Dei S. Augustini, fuisse sua memoria po-
um, qui cùm Arcadicum pecus sub vesperam
uvio bibisset, Lunaque, cujus in eo imago relu-
at, intereà obtecta se nubis condidisset, ab asi-
imul cum aqua Lunam haustam credens, mi-
um istum Sileni vectorem in carcerem conje-
it, & post legitimam quæstionem in equuleo
tum exenterarit, ut ablatam Mundo Lunam
itueret. Luna *famam*, ut docet Greg. M. l. 22.
rtal. cap. 5. *laudabilem* significare potest, *per*
m celebre nomen in hac præsentis vitæ nocte pos-
tur: & ut illustrationem Luna per occultum
ulum, ut quidam putant, à radio Solis accipit, ut
it lucem nocturnis cursibus exhibere; Sic fama
no opere vires accipit, & favoris gratiam quasi
ritatem luminis adspergit. Talem famam qui

ex

ex ſtultis quærunt, quid faciunt aliud, quam qu
Lunam in aſini alvo inveſtigant? faciunt hoc
vaniſſimis quorundam nugivendorum ſcrip
refutationis accuratæ inanem operam imp
dunt: quaſi veriſimile ſit Lunam ab aſino bibi
in ventre ejus obſcæno recondi poſſe, ut t
operosâ exenteratione & eviſceratione opus
Hoc eſt, quod ajunt, *laureolam quærere in muſ
ceo:* quod erat genus libi, & ſuppoſitis lauri fo
decoquebatur, vide Eraſmi Adag. p. m. 817.
*ſtultus convitiis & ſannis tecum agat, tu men
modeſtiæ, non par pari referas, alioqui ſimilis ei e
omnesq; dicent: neſcio uter plus ſapiat, cum Bi
Bacchius commiſſus eſt,* ut eleganter locum Sa
monium citatum explicat Lavaterus in Co
ment. in Prov. Salom. p. 144.

XLVI.

Lunæ nulla veſtis apta.

1. Contenti ſimus præſentibus! Hebr. 1
v. 5. Cleobulus apud Plutarchum in Conv. Sep
Sapient. Interroganti, *quis rei familiaris mod
eſſe debeat?* Atqui, inquit, Lex menſuram Sapie
tibus præſcripſit: ineptis fabulam narrabo: Lu
nam ajunt à matre petiiſſe, ut ſibi tuniculam co
gruentem texeret: reſpondiſſe verò matren
Qui poſſim? cùm te jam plenam, jam in corn
attenuatam, jam dimiduo orbe videam? Sic ho
mini fatuo nulla fortunæ veſtis apta eſt.

--- *Nemo quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit ſeu fors objecerit, illa
contentus vivit.* Horat. 1. Serm. 1.

Et *quis est tàm compositæ felicitatis, ut non ali-aex parte cum statu sui qualitate rixetur?* Boë-ius l. 2. Pros. 4. Qui sapit, præsentia diligit *for-namq́*, ut ait Apulejus, *ut tunicam, magis concin-m probat, quàm longam: quippè ea etiamsi non letur & trahatur, nihilominùs quàm lacina præ-dens, impedit & præcipitat.* In Apologia. De-que sic ajunt *difficile esse cani lectum sternere.*

2. Lunæ Germanorum stultitia non est absi-lis, nam & illis nulla vestis apta reperiri potest, docent vulgò

> --- *tot nova nomina vestis*
>
> *Quæq́ virum quærunt.*

tron. in Satyrico.

3. Sic cuilibet magnæ & inprimis Regiæ for-hæ nulla congruens tunica texi potest, quæ *nquàm in eodem statu perseverat, sed sicut Luna, per momenta crescit in prosperis, ita decrescit in versis.* Sedulius de Rector. Christian. cap. 16.

XLVII.

Lunæ deliquium.

Septies in die cadet justus & resurget! ov. 24. 16. Luna quando sublimis deficit, non hæret in tenebris: cùm verò humilis & terræ ina in umbram incidit, admodum premitur, & dè ex eâ emergit: Nam etsi sublimis tardiùs veatur, humilis celeriùs; tamen umbra terræ, æ faciem ejus in deliquio fuscat, coni formam bet, ac circa basin latissima paulatim acumina-r, donec in cœlo in exilem desinat cuspidem.

Plutarch. de Facie Lunæ. Umbra terræ pec-
tum aut infortunium notare poteſt,ea enim hu
quaſi Ates Campum ſemper involvunt. Falli-
verò Latinorũ Zeno, cùm ait: *Talis eſt Sapien*
animus, qualis mundi ſtatus ſuper Lunam; ſem-
illic ſerenum eſt! Seneca Epiſt. 59. Imò, inqua
talis eſt verè Sapientis, quis autem ille niſi v-
Chriſtianus? animus, qualis ſtatus Lunæ ſul-
mis, nam etſi in umbram incidere poteſt & ſol
opprimi tamen ab illâ non poteſt, recipit ſe qu-
primum, & in lucem priſtinam erumpit. Itaq
quod ajunt, *Primum eſſe errorem penitùs non i-*
currere; alterum bene repudiare, eorum alteru
Dei eſt, alterum hominis Deo proximi; vide C-
ſianum l. 1. de Incarn. Dom.

2 Animi graves perturbationes; quid ſu
niſi quædam deliquia? Cadunt eæ quoque in S-
pientem, ſed aliter atq; in ſtultum, qui cum i-
immergitur, mergitur.

Vir prudens ratione ponit luctum, ſtultus tempo.

XLVIII.

Animæ in Lunâ.

Lunam ſuas habere cavernas, animarum r-
ceptacula, author eſt Sylla apud Plutarchum
libello de Facie Lunæ. Eas verò animas, dum
umbrâ ſunt, prodit lamentari & trepidare, qu-
harmoniam Cœli exaudire tùm non poſſint, q-
de cauſâ in Lunæ defectibus æra pulſentur, cl-
moresq; tollantur adversùs animas. Luna hic i-
ſtabilis mundus eſt, in quo velut in ergaſtulo qu-

da

um ſedent infelices animæ, in umbrâ mortis, Luc. 1. 79. ærumnabili labore, metuq; animi, & rum exſpectandarum imaginationibus, t ait Siracides, obſeptæ cap. 40. 2. extorres quin iam & exſortes primigeniæ dignitatis, harmoiæq; cœleſtis, ad quam erant à Deo conditæ & ſtitutæ, quibus iſta Mundi Cymbala iſta æra nnientia, 1. Cor. 13. 1. inſaniq; omnium Pſeudoophiſtarum clamores, tàm opitulari nequeunt, uàm Lunæ laboranti *æra* illa veterum *auxiliaia disſoniq; crepitus*, quib⁹ eam veræ rationis dequiorum ejus ignari juvari perſuaſum habeant, rati Magico cantu *deprimi*, &, ut cum veteri uodam Poëta dicam, *detrahi poſſe altivago è ſpeulo. Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.* nq; eas ex ſinu ſuo, omnium ſiderum idearumq; œleſtium virtutibus referto, novas vires diffunat. Vide de his, ut alios mittam, Ludov. Vivem n 10. Auguſt. de Civ. Dei cap. 16.

Hunc itaq; affectum, quo ſumunt mortua vitam;
Quo tenebræ fiunt lumen, *quo immunda niteſcunt,*
Quo ſtulti ſapere incipiunt, ægriq; valeſcunt,
Nemo alii dat, nemo ſibi; non Litera Legis,
Non naturalis Sapientia, *quæ ſemel acta*
In præceps labi novit, conſurgere neſcit.

ut canit S. Proſper de Ingratis.

2. Poſſis quoque ad ſuffragia applicare, & ad æra illa in ciſta indulgentiarum tinnientia, quibus animas in purgatorii umbrâ laborantes, credunt juvari, qui aniles avias ſequuntur.

XLIX.

Luna Multimammia.

Ubera consolationis! Esai. 66. 11. Vulg
tum est, Lunam sub nomine Dianæ Ephesi c
tam, eamq; πολύμαστον, id est, Minutio Felice i
terprete, *mammis multis & uberibus extructa*
in Octavio; quod *omnium viventium nutrix* p
taretur, explicante Hieronymo in Præf. Epist.
Ephes. essetq; Domina omnis humoris, omniu
siderum influxum recipiens, omnibusque Mun
elementis dividens. Extant ejus *Multimamm*
icones passim, etiam in numis. Meminit ejus qu
que Corn. à Lap. in c. 19. Actor. Apost. v. 24. u
infit: *Vera & verax Christianorum Diana, est Be*
ta virgo Maria. Eadem est multimammia, qu
nova Eva mater viventium, lac suæ gratiæ & co
solationis omnibus se invocantibus impertit. Quo
pluribus exsequitur. Id argumentum cùm e
nostris occupâsset Dn. Berneggerus in Idolo La
retano, ansam dedit Rœstio in Apologia pro æd
Lauret. cap. 10. paratragœdiandi, novemq; diss
militudines excogitandi Dianam inter & Deipa
ram. Sed relinquamus utrisq; & Ephesiis suam &
Romanis, sivè Dianam sivè Deiparam. Nos Chri
stiani habemus *Deum multimammium*, cujus no
men proprium *EL Schaddai*, à *Schad*, mamilla, u
non obscura Paronomasia indicatur, Gen. 49. 25
sed & Matrem habemus, cujus ubera vino sun
suaviora, Cant. 1. 13. confer Vossium l. 2. Idol
cap. 25.

L. *Di-*

L.

Diversa Solis & Lunæ alimonia.

Poteſtis calicem bibere, quem ego bibi-
ırus ſum? Matth. 20. 22. Calicem vocat Do-
ıinusMortem amariſſimam, ut oſtenderet, *opor-
ıre nos Mortem & martyrium tàm facilè aggre-
i, quàm ſi bibendum eſſet poculum*, explicante
ˈheophylacto ibid. Tradebant Stoæ ſectatores,
ɔlem paſci magno Mari, quod ſit fax quædam
ıtellectu prædita; Lunam autem dulcibus aquis
ıod ſit aëri permixta & terræ vicinior, apud
aërtium: Sic enim credebant ſidera *terræ, Ma-
s, aquarum vaporibus ali*, Cicero de Nat. Deor.
2. Ariſtot. 2. Meteorolog. c. 2. &c. Sic cibus
it Soli noſtro amarum paſſionis mare, Joh. 4.
34. Virtus amaris alitur, ſtultitia dulcibus.
irtus duritia exſtruitur, mollitia deſtruitur. Ter-
ıll. ad Martyr. *Virtus durioribus negotiis enite-
it, & adſpernatur declivem facilitatem maxi-
oq; ſudore arduum laudis annititur.* Symmach.
Epiſt. 81. Sol maculas nullas habet, & mari pa-
itur: Luna veras habet & dulci humore veſci-
ır. Sic qui amaris paſcuntur, defœcati ſunt, qui
ılcibus, pardo maculoſiores ſunt, nam

Maxima felicitatis ardua eſt concoctio.

LI.

Lunæ Sacrificandi mos.

Mulier ne gerat arma virilia, nec vir in-

duatur vestimento muliebri, Deut. 22. v.
Mos iste fuit apud Idololatras, nam ut R. Mo
Maimon. in More Nebuchim author est, Viri
muliebri veste Veneri, at mulieres in lorica Ma
sacrificare solebant. Eodem ritu sacra olim fac
esse Lunæ, quod eadem & Mas existimaretur
fœmina, prodidit Philochorus in Artide, & M
crob. ex illo, l. 3. c. 8. Hodiè omnes Lunæ sacri
care videntur, adeò nulli meminêre quid fac
sint. Mitto nunc vos, Viri, tantùm cum Poëta i
susurro: --- *animum geritis muliebrem!*
Quid mulieres? audite querimoniam olim a
Hieronymo deploratam: *Matronæ & mulier*
sunt Senatus noster; quæ dominantur in Ecclesi
& de sacerdotali gradu favor judicat fœmin
rum, in cap. 3. Esa. Nunquid rem acu? at qui
stultius, turpius? *Cur enim vir mentiris fœm*
nam? at tu fœmina virum? Suis unumquemq; se
xum natura induit indumentis! ait Ambros. l.
Epist. 15. & discrevit officiis. Sed hæc est mun
inversi ratio.

Mulierem multis commixtam Viris
Gens quædam veneratur, atq; odit pudicas;
Alii cùm pepererint eorum conjuges,
Jacent decubentes, ac si ipsi peperissent;
Illæ verò ancillantur, ministrantes vano morbo
Odit quod album est, ut nosti, Æthiops,
Nigrum autem meliùs mille albis ducit.
Jam commiscetur plus pedibus ab Ægyptiis.
Manibus verò cœnum in massulas redigitur:
Athenis δικαστόλοι *Judices erant,*
Ex indoctis, sapientes verò ἐπηγέμεν,

id

d eſt, ſedebant taciti ! Ita hodiè fit vulgò, ut que-
tus olim eſt Tzezes de Liberor. Educat.

LII.

Somnium Joſephi.

Vidit per quietem Solem, Lunam, & Stel-
las XI. ſe adorare, Geneſ. 37. 9. In quo ſomnio
Sol ſignificabat Patrem, Luna matrem, ſcilicet
Balam, quæ ancilla Rachelis, ea jam mortuo Joſe-
pho fuit inſtar matris, inquit Lyranus & Abu-
enſis, undecim ſtellæ ſignificabant undecim fra-
tres, Joſephum in Æpypto adoraturos. Imago
pulcherrimæ Oeconomiæ, in qua Paterfamiliâs
Solem repræſentat, Mater Lunam, familia ſtel-
las, ſed hoc quidem loco uberius non illuſtranda:
viſe, ſi vis, D. Back. in Evang. Dom. XXI. Trinit.
pag. 237. Appoſitè Artemidorus l. 2. de Somn.
Interpr. cap. 38. *Cœlum*, inquit, *ſimile eſt domui ſo-
mniantis, ſtellæ verò poſſeſſionibus, opibus, ac homi-
nibus in domo.* Tradiderat idem cap. 37. Lunam
ſignificare uxorem ſomniantis & matrem, nu-
tricem enim, mundi ſcilicet inferioris, putari:
Quâ de re ſupra num. 49. At de Sole quod dixit,
*Liberos maſculos ſoles à Parentibus vocari blan-
dientibus*, cap. 36. confirmatur faſtu Cleopatræ,
quæ filium Solis, filiam Lunæ vocabulis appellari
voluit, quos Auguſtus deinde cum matris cada-
vere Romam in triumpho duxit. Tzezes Chiliad.
9. v. 80. Quo in exemplo inordinatæ & inauſpi-
catæ Oeconomiæ imago exhibetur. Et ſunt fer-
mè parentes ſic animati, ut præpoſtero amore

ex liberis suis non Dominos modò, sed & D
sibi faciant. Similes simiis, quas ajunt, postqu
partum suum musteum enixæ sunt, ὥσπερ ἀγάλ
σιν ἐνατενίζειν, ac pulchritudinem satis demi
non posse, at simiolæ illæ quid rectè intuenti
nisi πιθήκων παιδία; ut eleganter loquitur Sy
sius Epist. 1. hæc nonnihil illustrando somn
isti adferte visum, de quo etiam suprà in Sera
Facit ad rem anulus Regis Navarræi sponsa
tius, in quo adamas inter Solem & Lunam, cu
Epigraphâ: *Simul & semper*! æterni amoris
invictæ fidei pignus; quomodo æternitatem i
nuentes Ægyptii Solem & Lunam pingeba
διὰ τὰ αἰώνια εἶναι στοιχεῖα, Horo teste cap. 1. Hi
rogl. l. 1. Quod cum Sacris venustè congruit.
72. 17. & v. 7. 5.

LIII.

Signum Virginis.

Astræam vocant, pingunt alatam, capite in
ter astra condito, pedibus in nullo solo fixis: Ico
Fortunæ, quæ

> --- *pernicibus alis*
> *Nec stat certa gradum, viduataq́ vertice summ*
> *Fluxa Polo vertit vestigia; lubrica ut ævum*
> *Sors agat, & subitis obrepat mobile fatum*
> *Temporibus.* Avienus in Phœnomen.

Latet in cœlis caput Fortunæ, Providentiæ divi
næ, viæ & consilia in alto sunt abscondita. Qui
enim cognovit sensum Domini? Rom. 11. 34
Itaq; non multum oportet consilio credere, quia

suam

am habet fortuna rationem, ait Petronius in
tyr. Apelles ſedentem pinxit, quod ſtare ne-
at. *Noſtri*, ait Scytha ad Alexandrum, *ſine pe-
bus dicunt eſſe fortunam, quæ manus & pinnas
ntùm habet: cùm manus porrigit, pinnas quoq;
nprehendere non ſinit.* Curt. l. 7. Boëthius l. 2.
oſ. I. videtur innuere, *biformem* pingi ſolitam,
plici vultu, altero albo, altero nigro, ut viſum
us interpreti Thomæ Aquinati l. I. Conſolat.
il. metro I. vulgatam imaginem Pacuvius ex-
nat, verſibus hic quoque legi dignis, ex Cor-
ici l. 2. ad Herenn.

*Fortunam inſanam eſſe & brutam, & cæcam
perhibent Philoſophi;
Saxoq; inſtare globoſo prædicant volubili,
Ideò, quò ſaxum impulerit, decadere fortunâ
autumant.
Cæcam ob eam rem iterant, quia nihil cernat,
quo ſe applicet:
Inſanam autem ajunt, quia atrox, incerta, inſta-
bilisq; ſit:
Brutam, quia dignum atq; indignum; nequeat
internoſcere!*

LIV.

Sirius & Oenanthe.

Avis hæc eſt, quam Gaza ex Græco vocavit
tiſloram, quæ, quâ die Sirius oritur, latebras pe-
, & quâ iterum occidit, prodit. Ariſtot. l. 9. Hiſt.
nim. c. 49. Plinius l. 10. c. 29.

--- *Bene qui latuit, bene vixit!* ---

d non eſt id bene latere, inutili inertiâ torpe-

 ſcere,

ſcere, & ex virorum numero exire, anteq moriaris, deniq; ſic in hac vitâ eſſe, quaſi in co torio. Latet aliquandò & Sapiens, cùm rect ctis conſultisq; calumniam atq; invidiam p tam, nec malorum impotentiam refrenari, ſe ferari videt: ſed ita latet, ut ubicunq; otium ſ abſconderit, prodeſſe velit, & ſingulis & uni ſis, ingenio, voce, conſilio: vide Senecam c. Tranq. ſic Socrates ſub. XXX. Tyrannis At nis; Sic Romæ ſub Cinnano tumultu Pom nius Atticus, *ut ſemper tamen optimarum tium eſſe, ac divina quadam prudentia ſalvu ſcopulos evaderet*; Corn. Nepos in ejus vita: David ſub Saule, 1. Sam. 27. 6. 8. & cap. 30. 1. Athanaſius, cùm Arii furor graſſaretur, latu

2. Sic Deus ſuos ex æſtuariis publicarum lamitatum ſubducit. Late, inquit, ad mom tum donec prætereat æſtus! Eſa. 27. ve huc illa prudentia referenda, de qua Jerem. 8. Aves cœli noverunt tempus ſuum! Felix & ampliùs, qui ſe in vulnera Salvatoris ill brat, cùm æſtum ſentit iræ divinæ, ut œnant oriente Sirio

--- *truncam quærit arboris cavæ*
aut putre lignum, corticemq; flammeo
Producit aſtro noxioq; lumini.

Winshemius in Sirio ſuo:

Vel qualis gelidis plumâ labente pruinis
Arboris immoritur trunco brumalis hirundo

Claudian, in Eutrop. l. 1.

LV.

Sirius ab Oryge adoratus.

Nolumus hunc regnare ſuper nos! Luc.
.14. Oryx animal unicorne, inter munda rela-
m, Deut. 14. 5. pilos contra omnium naturam
bet ad caput verſos, utque diſtortam indolem
noſcas, Sirium orientem ſternutando adorare
ſalutare creditur, cùm Lunam exorientem
m clamore averſetur, pedibusq; terram effo-
ens oculos diro obtutu in eâ defigat, & adver-
s Solem etiam alvum dejiciat, cùm ſuprà hori-
ntem ſe attollit. Horus 1. Hierogl. 49. ubi vide
œſchelium & quos citavit, ut & Cauſſin. p. 121.
onvenientiſſima imago Judæorum perverſi-
ti. Sed & vulgo aptiſſima, de quo vulgatum id:
Ungentem pungit, pungentem Ruſticus ungit.
*itium Dominorum apud ſervos ipsâ conſuetudi-
metus exoleſcit.* Plin. 1. Epiſt. 4. Ranæ trabem
egem averſatæ, ſerpentis vel invitæ domina-
m ſuſtinent.

LVI.

Mirus Solis cultus.

Ecce applicant ramum, ad nares ſuas!
zech. 8. 17. Locus valdè obſcurus, quod quo ritu
mos Soli offerri ſolitum fuerit, pleriſq; minùs
gnitum ſit. Itaque aliis alia placuêre. Elegan-
us docti ad ritum illum reſpexerunt, quo in
ompis Deorum *thallos, verbenas & corollas
audio delibuti populares* ferre conſueverant, ut
docet

docet Apulejus ult. Milesior. unde Hierony
per ramos palmarum τὰ βάϊα intelligit, qua
Hebræis *Osannoth* dicuntur, à priscis Græcis v
Syriaca αὔσακοι, frondes palmarum, quas in m
bus gestantes psallebant Diis suis, ut est apud
sychium. D. Luther. vertit: Sie halten die W
Räben an die Nasen. Fr. Junis: Ramos omni
ctu τῆς ὀπώρας onustos, quasi primitias, Soli &
Idolis hoc loco offerunt. Mihi εἰρεσιώνην innui
cet. Fuit ea oleæ ramus lemniscatus, lanâ coro
tus, signum Supplicationis, qualem appensis
mnis generis primitiis manibus ferebant accin
tes:

Ficus & pingues panes ferat εἰρεσιώνη
Atq; in vasa favos, olei fundatq; liquorem,
In calicesq; merax, ut dormiat ebria Vinum!

Hæc ex Plutarchi Theseo Interp. Xylandro, q
ad verum loci obscuri sensum facem aliqu
præferre videbantur. Hebræi duo notant, al
rum, dictionem *Hazzmora* non significare
mum, sed fœtorem: alterum, esse in textu *Tik*
Sophrim, i. e. correctionem Scribarum, legendu
enim esse: *Ecce applicant fœtorem ad nasum meu*
quasi mihi velint oppedere: Quod quia cont
Dei reverentiam vergebat, à scribis mutatum f
Calvinus hinc ait excogitatam à quibusdam I
terpp. *ineptiam fabulam, quod oppederetur in h*
norem Solis, quasi ventris crepitus esset gratum Id
lo obsequium. In comm. h. l. sed hujus ineptæ f
bulæ possent aliqua adferri fundamenta. Crep
tus ventris non modò Mercurio sacer & Bon
Fortunæ nuncius, ut est apud Homerum in hym

Merc

rcurii, sed & inter Ægyptiorum Numina fuit, e Clemente Romano in Recognit. Qui Seraem non magis, quàm strepitus per pudenda poris expressos extremiscebant, ut docet Micius Felix in Octavio. Notus est ex Aristoph. ἐνλαποπορδεῖν πρὸς τὰς βροντὰς, ritus oppedendi ntra tonitrua. BaalPeorem ab aperiendo & disdendo dictum ferunt Hebræi, quod cultores ejus venerationem podicem distenderent, & in nspectum ejus cacarent, ut prodidit Fagius in raphr. Chald. Num. 25. 3. Quâ de re tamen oi. Deniq; mysteria nemo ignorat, quo obscœra fuerint, eò impurissimo illi Spiritui, qui se sic i volebat, gratiora fuisse: De quibus inprimis em. Alexandr. in Protrept. Hæc ex occasione: terum quid faciunt aliud, qui fidem pietatem- e Christianam defensuri

Non doctis dictis inter se, sed maledictis decer- nt, ὡς ἀρτοπώλιδες; Ecquid hoc est aliud, quàm *edere in honorem Solis?*

LVII.

Stella VENERIS, Stella Magorum.

Ecce Stella, quam viderant in Oriente, ecedebat eos! Matth. 2. v. 9. *Ex eo, quô Trojâ fectus est Æneas, Veneri per diem Stellam semvidit, donec in Laurentium agrum venit, ubi amplius est visa, quare cognovit, terras esse faes.* Varro l. 2. Rer. Divin. *Sic usq; ad Palæsti- nam*

nam venientibus Magis, quasi Dux itineris ser-
apparuit Stella: cùm eos oportebat pergere, pe-
bat & ipsa, cùm versandum erat, stabat, sicut
in eremo columna nubis, hæc Chrysost. Hom.
in Matth. In omni bono opere necesse est, ut
gratia Dei semper præcedat & subsequatur. *P-*
venit impium, ut fiat justus: subsequitur justum
fiat impius. Prævenit cœcum ut lumen, quod non
venit, donet: Subsequitur videntem, ut lumen, q-
contulit, servet. Fulgentius l. 1. ad Monim. p. 2
Hæc est illa, ut Magorum stellam vocavit Au-
stinus, *Lingua Cælorum*, quæ arcana nobis en-
tiavit! Serm. 2. & 3. de Epiphan. hic est ille, u
eadem dixit Maximus in Epiph. *caligantis mu-*
oculus, qui nobis oculos animi aperuit & illu-
navit! Confidenter sequuti sunt. Stellam Ma-
vis non errare, Deum sequere!

Nil dubites authore bono! mortalia quærunt
Consilium, certus jussa capesse Dei.

Auson. ad Imp. Theodos. Magos Stella ad Sa-
dotes deduxit, à quibus de ortu & patria Me-
plenius erudirentur, nec spreverunt illi hum-
demonstrationis officium, non cogitarunt; *Q-*
illis Lucerna Templi, quibus cæli sidus mirabile p-
lucebat? ex Chrysol. Serm. 156. Sic gratia D-
ministerio verbi non abducit. 2. Petr. 1. 19. I-
28. 11. Et ut illam Magi eum summo mœrore a-
serunt, cum summo gaudio receperunt; sic
gratiæ divinæ, ubi post amissionem iterum di-
cescit, ibi dulcescit. Nam, ut ait Haymo, *maju-*
gaudium de re inventa, quæ fuit perdita, quàm
re possessa, quæ non erat amissa.

LV

LVIII.

Astrorum Servitus.

In ministerium gentium creata sunt. [L]uc. 4. 19.

Servit & astrorum velox chorus, & vaga servit Luna, nec injussæ toties redit orbita lucis. [S]tatius 3. Silvar. Sic Reges Principesq; quid aliud [s]unt, nisi servi publici? *Populi mancipium est, quis-[qu]is Patriæ est utilis*, ut habet Mimus.

2. Admonuit Stella *Magorum conserva*, sic [di]cta à P. Chrysologo Serm. 56. nec injuriâ: *Am-[bu]lante Mago, ambulat*, inquit, *Stella; sedente [M]ago, sedet Stella; dormiente Mago, excubat [St]ella.* Imago fidelis Ecclesiæ ministri, qui Clero [D]omini servit, & omnibus fit omnia. 1. Cor. 9. 22. *Nam quicunq; in Ecclesia piè vivit & castè, [qu]i ea quæ sursùm sunt, sapit, non ea, quæ super [te]rram, cœlestis quodammodo est instar luminis, & [du]m ipse sanctæ vitæ nitorem servat, multis viam [ad] Dominum quasi stella demonstrat.* Leo M. Serm. [in] Epiph. 3. Lucete quasi Luminaria in mun-[d]o! Philip. 2. 15. 1. Petr. 5. 3.

LIX.

Stella Veneris non facit Ecclipsin.

Avari Principes, vasa pessima! Des Geizi-[ge]n Regieren ist eitel Schaden/ D. Luth. Esa. 32. 7. [O]bservat. Scaliger Exerc. 72. *Veneris interpositu [in] ipsâ coitione Solem nunquam esse obscuratum: at*

in historiis scriptum esse, interdiu visam esse Mercurii stellam, quasi maculam in Solis corpore. Et tamen circulus visualis Mercurii longè minor est quàm Veneris, ut docent Connimbricenses l. de Cœlo cap. 7. q. 4. art. 2. Ita si Venerem cum Mercurio, libidinem cum avaritiâ quis confe[rre] velit, nemini non illa fœdior apparebit. Nam h[æc] ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν, extra corpus admitti[tur] illa εἰς τὸ ἴδιον σῶμα, in proprium corpus, [1] Cor. 6.18. Regi certè, qui quasi Sol est in orbe su[o] nihil turpius quàm servum esse libidinum, qu[em] decebat κρατεῖν τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον, ἢ τῶν πο[λι]τῶν, *magis imperare suis cupiditatibus, quàm su[b]ditis*, ut ad Nicoclem scripsit Isocrates. Certu[m] tamen & experientiâ comprobatum, Vener[em] non tàm conspicuam inferre Regio splendori m[a]culam, quàm Mercurium, adeò vel minima tu[r]pis lucri cupiditas Regium nomen infuscat. *Qu[id] enim indignius, quàm si praeminentem virum th[e]sauri possideant sui, & pecuniis serviat, qui prae[est] liberis? illud magis decet, ut supra thesaurum [sit] animo, & infra amicum obsequio.* Ambros. 2. Offi cior. c. 14.

LX.

Veneris Equi desultorii.

Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer? Esa. 14.12. Veneris Stella, cum Sole inferior est, ci[r]cuit enim cùm Mercurio hunc siderum Regem mane oritur, & Lucifer est, Equoque albo veh[i]

fingi

gitur: at cùm suprà Solem se attollit, vesperi
iergens fit.

Mutato Nocturnus equo ---

canit Statius 6. Thebaid. Sic Rex Babylonius
amdiu se hominem meminens intra cuticulam
otinuit, Lucifer fuit & manè oriebatur: Cùm
rò diceret in corde suo: in cœlum conscen-
m, ! &c. furvo equo vehi & adversa fortuna
cœpit, donec in profundum laci concidit. Ne-
o regio splendori nimis fidat, perpetuis vicibus
lvitur, ut Lucifer semper equos mutat, unde
αβάτης, *Desultor* dicitur; & eidem equi desulto-
consecrati sunt. Cassiod. 3. Var. Epist. 51. Quis
m nesciat Veneris stellam, ut ista Pisidæ usur-
n --- *Binorum opificem cursuum*

Lucis Prophetam, noctis esse nuntium?

inquam, ait Seneca, *in solido stetit superba felici-*
, & imperiorum magna fastigia, oblivione fragi-
itis humanæ, collapsa sunt. Luciferum Hebræi
cant *Heilel*, à laudando, Aquila vertit: *ululan-*
n Auroræ filium ! Hieron. in c. 14. Esai. Re-
m fortuna cùm splendidissima est, lugenda po-
s quàm laudanda videtur.

LXI.

Helena & Castores.

Melius est duos esse simul quàm unum,
cl. 4. 9. In tempestatibus apparent aliquando
asi stellæ, antennis navigantium, aliisque na-
um partibus insistunt, ceu vocali quodam so-
, & ut volucres sedem ex sede mutantes: gra-

ves cùm solitariæ venére mei gentesq; navig
si in carinæ ima deciderint exurentes : Gem
autem salutares & prosperi cursus prænuntia
varique se tunc periclitantes existimant Poll
& Castoris numine, quorum

... simul alba nautis
Stella refulsit
Concidunt venti, fugiuntq; nubes, &c.

Seneca l. 1. qq. Nat. c. 1. Plin. 2. c. 37. Horat
Od. 12. Certissimi exitii nuntius est, qui solu
tempestate se effert. *Bini* itaque à Domino
cantur, bini mittuntur, quia Charitas non co
stit in uno; unde dicitur: Væ soli! Duo educunt
bræos ex Ægypto, duo deportant botrum de te
sanctâ &c. Beda in Marc. c. 11. Hinc Castor
effigies insigne & tutela navis, in quâ vehe
tur S. Paulus, Actor. 28. 11. *Tutela* enim di
batur τὸ παράσημον τῦ πλοίυ, quod erat effigies
cujus Deorum, cujus fidei navis commenda
tur, qui & velut præsens cum gubernatore na
garet, colebatur, expiabatur, *habebat* enim *na*
pictos, in puppe ferè, *Præsules, quorum & no*
nibus nuncupabatur. Sic Luctatius in Statii Th
baid. l. 8. Glossarium vetus. Petronius in Sat
Aggrediuntur nos furentes nautæ cum funib
tentantq; vilissimo sanguine Tutelam placare. A
quando & in prorâ erant ista παράσημα. ταῖς
πρώραις ἀεὶ Θεῶν εἰκόνας ἐνέγραφον, ὡς καὶ νῦν ἁγί
μαρτύρων, ait Procopius in cap. 12. Esaiæ, ubi
κοζηλίαν, vides Christianorum, qui pro Idolis Ge
tibus Sanctos Martyres substituere. Sic Corn
à La

ap. in acta l. cit. fatetur pro Castore & Pollu-
à navigantibus nunc invocari B. Virginem, S.
ulum, S. Nicolaum, Xaverium, Telmum qui
Petrus Consalvus Dominicanus: invocari au-
n non ut Deos, more Gentilium, sed ut Patro-
s; quasi non & Gentiles statuerint, *unum esse*
um Patrem & Regem omnium, reliqui autem
i habiti sunt Θεῦ παῖδες, συνάρχοντες Θεῷ, *Dei*
, cum Deo regnantes. Maximus Tyrius Dis-
t. 1. De tutelis navium, & quod hæ illarum
mine vocatæ fuerint, vide Lactant. l. 1. cap. 11.
dr. Junium l. 1. animadv. cap. 12. &c.

LXII.

Fulmine feriendi.

Incrassum cor populi hujus, Esa. 60. 10. Ul-
num suppliciorum indurationem Theologi
cant, extremi ferè excidii aut comitem, aut
odromum. *In Tagetis Hetrusci libris legitur, Ve-*
is fulmine tangendos, adeò hebetari, ut nec toni-
ia, nec majores audire possint fragores. Amian.
arcell. l. 17. *Sic solent manum injectantibus fa-*
hebetari sensus hominum & obtundi, Idem l. 14.
us, quibus fortunam mutaturus est, consilia cor-
mpit, ait Vellejus Paterculus. Noti sunt versus:

Iratus ad pœnam Deus si quos trahit,
Auferre mentem talibus primùm solet,
Caliginemq; offundit, ut ruant suas
Furenter in clades, sibi quas noxiis
Accersierunt ultrò consiliis malis.

LXIII.

Ignis aquas succendens, & ex aquis succensus.

Carbones ignitos coacervat in caput inir ci, qui beneficiis demereri studet, Roman. 12. 2 Quonam pacto? Quia *si inimici in inimicitiis pe duraverint, impietate suæ mentis, nostra obsequ proficient illis in pœnam: aut certè obsequiorum n strorum sedulitate compuncti, velut carbones mo tui reviviscent*, Ambros. in eum loc. Nec mirui si tandem benigno calore ignescant etiam frig diores rigente bruma, victi assiduitate bene m rentium. Nam & aquas igni inflammatas, & fl ctus arsisse legimus: *Videre erat spectaculum n vum, fluctus ipsos perinde atq; regiones quasda marinas, igni ardere*, Nicephor. l. 13. c. 36. vi Amos. 7.3. Augustin. l. 13. de C. D. c. 31. & Str bon. l. 1. Confer Esa. 64.2. ex vers. vulgat. Affu geat modò Deus, *facilè ex inimico feceris amicun* teste Regum Sapientissimo, Prov. 16. v. 7. Sic o bem vitreum plenum aquæ si tenueris in Sole, c lumine, quod ab aquâ refulget, ignis accenditu etiam in durissimo frigore. Lactantius de Irâ D cap. 11. p. 458.

--- Non extorquebis amari
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.

Claudian. ut Micipsa apud Sallustium: *Non exer citus, non thesauri præsidia regni sunt; verum ami ci, quos neq; armis cogere, neq; auro parare quea officio & fide parantur.*

2. Se

2. Sed quod de orbe vitreo adfert lacteum
s illud, ad efficaciam ministerii declarandam
uoq; facit, quæ à ministrorum dispositione non
ependet, & illustrat illud Apostoli: Habemus
hesaurum hunc, Lucem dixit priùs v. 6. in te-
taceis vasculis, ut virtutis eminentia sit Dei
c non ex nobis, 2. Cor. 4. 7. Mali sacerdotes
uodammodo lapidei sunt canales: *In lapideis
utem canalibus aqua nil germinat, donec per eos
ecurrens in fœcundas se areolas fundat.* Petr. Da-
nian. de Instit. Eccl. cap. 11.

LXIV.

Fornax Babylonia.

1. Ut Ligna ignem, sic iracundus rixas,
rov. 26. 21. Ut Babylonii calefactores in igne
ereunt, quem succenderant; Sic rixosi sæpè suis
ntereunt incendiis, quibus alimenta ministrà-
unt. Dan. 3. 22. Diogenianus refert Carbona-
ium, cùm præter modum fornacem congestis
gnis incendisset, suo ipsumet conflagrasse igni,
ociferantem: μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ! *Ne ignem super
gnem!* quod in Proverbium abiit. Nam ut aliud
st adagium: πυρὶ ἐ σβέννυται πῦρ, *Ignis igni non
xtinguitur.* Si in ignem inflas, excidas incen-
lium; Si inspuis, extinguis; & est utrumque tibi
n manu: Sic si vecordes & inflatos sermones ira-
undo ingeras, ignem excitabis; sin mites & mo-
leratos adhibeas, priusquam excandescat, iram
itò extinxeris. Chrysost. Hom. 3. de non adeund.

Spect. In bello in sæpissimè usu venit: *Si quis* Polybius, *silvam semel succenderit, non ampliù ejus arbitrium fertur incendium, sed depasci quicquid apprehenderit, ventisq; regitur ac su cta silvæ consumptione, quin & sepenumero ips incensorem cumprimis præter exspectationem ripit: Ita bellum si semel à quibusdam excitat exarserit, tùm quidem illos primùm perdit, pos verò fertur injustè singula quæ incidunt perde agitatum temeritate, & ab ignorantia acced tium, velut à ventis inflatum.* Hæc ille l. 11. p. m. 625.

2. Est alioqui Fornax illa famosa, Typus *bani carnis nostræ, quem Rex Babylonius incenti suggestionum carnalium succendere non desistit, circò propensiùs nobis non solum continentia cor ris, verùm etiam contritio cordis assiduis orationi gemitibus adhibenda, ut descendente in corda stra rore Sancti Spiritus extinguatur.* Cassian l. 6. de Sp. Forn. c. 17.

3. Sed & figura est tribulationum, in quib pii effulgent, impii & earum inprimis author consumuntur. *Sicut sub uno igne aurum rutila palea fumat; & sub eâdem tribula stipulæ comm nuuntur, frumenta purgantur*, Augustin. 1. de D. c. 8. Ex quo loco & illud obiter observa, *tr bulam* aut tribulum veterum, cæsuris fuisse pl num instar limæ, ut simul frumenta excuteret, stipulas in pabulum comminueret, de quo di cap. 3. Joël. p. 144. Geminum exemplum triu in igne servatorum, combusto incendii author nobili Zelotypo, refert Sigebertus, & ex illo Ce

tu

. Magdeb. ut & Brunnius in Triad. Elect. sivè miraculis ad ann. 1154.

LXV.

Ignis Augustale insigne.

Ante faciem ejus ignis exurens; & post m flamma vorans, Joël, 2. 3. De Chaldæo- n Rege & exercitu loquitur, & videtur omni- alludere ad sacrum Ignem, qui Boni omnis gra- Regibus & Ducibus præferri solebat in argen- s altaribus, quod in Commentario olim pluri- s docui, quem à Chaldæis Persæ, ab his Romani eperunt & inter Imperii pignora habuerunt. nmian. Marcell. *Ferunt Magi si justum est cre- ignem cœlitùs lapsum apud se sempiternis foculis todiri; cujus portionem exiguam, ut faustam, isse quondam Asiaticis Regibus dicunt*, l. 23. mma Mundi potestas, ut Deo proxima, qui nis comburens est, sic Igni simillima, sivè cle- enti sublimitatem spectes, sivè necessitatem, è parem nocendi ac benefaciendi facultatem, c. *Ut ignis est urere & lucem præbere; Ita Re- , benefacere & punire*: Procopius in c. 2. Gen. llor? an eodem respiciunt Reges Benomotapæ? i quotannis ad subjectos Regulos Legatum ittunt, cujus adventu omnes, quicunq; ubique it, quaqua ejus imperium patet, ignes extin- iuntur, & si quis non illicò extinguat, pro re- lli habetur, punitur; posteà in foro alius ignis cenditur, ad quem incolæ veniunt, suis usibus titum. Osorius de Reb. Emanuel. Portug. Reg.

l. 4. Sed ignis tamen iste cœlesti multò infer
est. *Ita*, ut ait Cassiodorus in variis, *quamvis ig*
in nocte reluceat, Soli tamen præsentatus, obscu
est.

Regum timendorum in proprios greges
Reges in ipsos imperium est Jovis.

Deniq; quod ad modestiam facit, in cinerem
finit hic ignis; quod recogitantes Æthiopu
Christianorum Reges, pro igne sacro, sibi cir
rem in aureo vase præferri jubent. Vidit S. Aug
stinus Cæsaris in sepulchro cadaver, cùm Ron
cum Marte Monica ad spectanda opera pagan
rum circumduceretur, nec temperare potu
quin exclamaret: *Ubinam* est Cæsaris Corp
præclarum? ubi magnitudo divitiarum? ubi a
paratus deliciarum? ubi multitudo dominioru
ubi caterva Baronum? acies militum? ubi can
venatici? ubi equi veloces? ubi aves cantante
ubi thalamus pictus? ubi lectus eburneus? u
thorus regalis? ubi thronus imperialis? ubi m
tatoria vestimentorum? ubi capilli solares? u
facies decora? ubinam quæso sunt hæc omnia
meminit ipse in Sermon.

LXVI.
In igne Animalia.

Ignis eorum non extinguetur, Esa. 66. 24
Gignit animalia & contrarium naturæ elemen
tum, ait Plin. l. 11. c. 36. nec gignit modò, sed &
educat, conservat. In fornacibus Cypriis musca
nasci, paulò nostris majores, quibus extra ignem
degere natura sit negatum, gravissimi authore
testan

ſtantur, Ariſtoteles, Cicero, Plinius, alii. Au-
ıſtinus confirmat l. 21. de C. D. cap. 2. & 9. &
ypriaņus cum Platonicis ait: Deum ſuis incolis
ıgula elementa adornâſſe, de quo & Apulejus de
eo Socrat. vide Cyprian. de Reſurr. Chriſti. vide
hac re Torniell. in Annal. Die M. 6. p. 28. hinc
gumentum, poſſe damnatos æternis ignibus
i, & tamen non comburi.

Vita erit his ſine fine mori; mors, vivere Pœna:
canit S. Paulinus. Nam *montes quoq; nonnulli
iàm nimio torrentur incendio, & tamen inter
ımmas ſuas ſtabiles perſeverant? Salamandra
cendio reficitur, & ignis calore reparatur. Ver-
iculi quidam aquis æſtuantibus nutriuntur.* Caſ-
ıdorus de Anima cap. 19. De Salamandra &
nilibus plura ſuo loco.

LXVII.

Ignis in rubo, Promethei.

1. Ignem veni mittere in terram, ait Do-
ınus Luc. 12. 49. De igne tribulationis aliqui
quutum ſentiunt, de quo ſuprà; alii de Igne Fi-
ei, Gratiæ & Spiritus divini, quo *anima, quæ quaſi
rra ſpinoſa & ſterilis eſt, ſuccenſa divinorum ſe-
inum capax & ſpiritualium frugum ferax ſit.*
heophylact. ibid. Sic Auguſtin. Serm. 100. de
emp. Hieron. l. 2. contra Ruffin. Greg. M. ſu-
er Ezech. Homil. 2. De hoc igne Spiritus ele-
anter & novè Alcimus Avitus:

Jam ſacer innocuas dederat de fomite flammas,
Et rubus in rubeo viridis permanſerat æſtu;

Quo signo spinas nostræ fervescere mentis,
Et lucere bonis, qui non consumeret, ignem
Sed tenebras mundi auferret, pia pectora
sent.

Lib. 5. de Transitu Maris Rubri v.23. Exod.
2. Sic Promethei ignis, quem ille Mine
Duce, admotâ Solis currui ferulâ, Cœlo sub
ctum, mortalib⁹ divisisse proditur, Sapientia f
teste Platone in Protag. & Philebo. Hinc C
mens Alex. dixit, in Philosophiâ Gentili, ve
Promethei furto subrepta aliquantum esse ign
atque aliquod veræ sapientiæ vestigium. Lib
Stromat. Ipse coævus Mosis creditur, fertur q;
luto formasse homines, quod optimus Sapien
Doctor fuerit. Augustin. l. 18. de C. D. c. 8. E
sebius in Chron. &c. Lubet argumentum h
paucis expolire. A Sole primus ignis dever
Ita à Deo Sapientia omnis:

Quem quia perspicit omnia solus
Verum possis dicere Solem.

Ex silice tamen aliqui primitùs excussum perh
bent, authore Pyrode Cilicis filio, Plin. l. 7. c. 5
Ita nos

--- genus durum sumus, experiensq; laborum,
Et documenta domus, quâ simus origine creti,
nempe ex silicibus Deucalionæis.

Ἐκ δὲ λίθων ἐγένοντο βροτοὶ, λαοὶ δὲ καλεῦνται.

Medium excussionis *Disputatio* est, *qua ration*
inter se collidimus, ut ex hujusmodi conflictation
pulchra quædam veritatis scintilla dissiliat. Bo
thius l. 3. Pros. 12. Quid si fortè dixeris adversita

--- & duris urgens in rebus egestas?

πενί

ία σοφίαν ἔλαχεν, vetus verbum eſt. *Calamitas* *tutis occaſio.* Seneca de Provid. c. 4. Hoc Ca-
li Burgundi chalybes & ſilices denotabant, in
nis militaribus picti; *Virtutem attritam igniri.*
ignis flatu premitur, ut creſcat. Greg. M. l. 6.
iſt. 27. *Latet mens ſomno oppreſſa, tanquam*
is obdicto cinere ſopitus, quem ſi paullum com-
veris rursùm ardeſcit & quaſi evigilat, La-
ant. de Opif. Dei c. 18. Vitruvio de ortu ignis
ter viſum: Quodam in loco ab tempeſtatibus
ventis denſas crebritatibus arbores agitatas, &
ter ſe terentes ramos ignem excitaviſſe, lib. 2.
Architect. cap. 1. Quod confirmat id, de quo
odò diximus, calamitatem hominibus ad ſapi-
tiam eſſe incitamento; Sic enim lignorum
oque attritu ignes excitantur. Non tamen o-
nis hoc materia præſtat, ſed idonea eliciendis
nibus, ſicut laurus, hedera, & alia nota in hunc
um Paſtoribus, Seneca l. 2. qq. Nat. cap. 22. *Non*
omni ligno fit Mercurius. Nemo tamen reperi-
r, qui ſic ſtudio nihil conſecutus. Quintil. l. 1. c. 1.
enophon. l. 4. Memor. Socr. ignem ait eſſe σύν-
νον πρὸς πᾶσαν τέχνην, ut Plutarchus de cap.
il. ex hoſte, τέχνης ἁπάσης ὄργανον τοῖς χρῆσθαι μα-
σι, commune inſtrumentum artium omnium,
quis rectè ſciat uti; nempe ex Æſchylo, qui in
ometheo hoc elogio mactat ignem, quod ſit

--- διδάσκαλος τέχνης πάσης βροτοῖς καὶ μέγας
πόρος.

c Sapientia verè, quod de Logica dixit Ariſtote-
s, ὄργανον ὀργάνων: hanc qui habet, omnia ſua
ſecum

secum portat. Πᾶσιν ὁμοίως ἀνεῖται τὸ ὠφέλιμ
σοφίας, ait Basilius, si quis modò uti sciat,
nescienti idem quod Gladius in manu furiosi
que igni carbones ignescunt, splendescunt
anima humana, illa, ut canit Prudentius, *Lu*
ætheris indigena, contagio corpusculi ita d
loratur, ut ex Chai tenebris nata videri poss
adhibueris hunc ignem *Carbonem accensum*
debis, *Luminare mundi*, Isidorus Pelusiota Epi
l. 1. Ignis lucidus innumerabiles accendere
test, extinctus neque sibi lucere potest, nec
flammam impertiri: Sic ἐὰν τὸ ἐν ἡμῖν φῶς
τρὸν ἢ μυρίους κ μαθητὰς κ διδασκάλους ἐργασόμ
ὥσπερ ἀρχέτυπον προκείμενοι, si splendeat in n
Lux Sapientiæ, innumeros efficiemus & disc
los & Doctores, ceu quoddam exemplar pro
siti. Chrysostom. Homil. 5. in 2. ad Thessa
Hinc ignis propter copiam omnis invidentiæ
pertem, cùm ab uno lychno infinitas accen
mus lampades, ipso nihil imminuto, quodc
Deitatis Symbolum est. Isidorus Pelus. Qui
pientiam impertit,

Quasi lumen de lumine accendat, facit,
Ut nihilominùs ipsi luceat, cùm alii accender

ex Ennio apud Cicer. 1. Offic. Ignis alta appe
Cœlum desiderat. Sapientia *remotarum ab oc*
rerum investigationem sibi vendicat, Apulejus
Dogm. Platon. Et ut iste non est sine lumine u
quam, rarò sine fumo: Sic Sapientia huma
etiam quantilla sit, lumen est, sed non sine fu
ignorantiæ. Scitè Sidonius Apollin. carm. 9.

Nulla scit, mihi crede, quanta nescit.

S

Sed & Sapientes non magis gloria sequitur, ım invidia. *Fumus*, ajunt, *pulchriores persequi-*. *Solet bonis livor obstrepere*, Symmach. l. 9. ist. 92. Aquâ extinguitur ignis. *Nihil est tàm rtiferum ingenies quàm Luxuria.* Seneca Con-v. 1. Præf. Ligna quoque si subtraxeris, interit is. *Pernicibus alis negligentes fuit scientia.* En-d. Epist. 31. lib. 7. Sed quo me extra oleas? ıdenter tractanda est Sapientia & sobriè, ut is, qui nec propè accedendus nec procul, ne algeas, aut ardeas. Barbari illi Indi & infru-i fuêre, quibus ante adventum Eudoxi adeò ıotus fuit ignis, adeoque visus mirum in mo-m placuit, ut amplecti etiam flammas & ar-ıtia sinu abdere, donec noceret, libuerit. Pom-n. Mela l. 3. cap. 4. Denique alius est *Sacer is* ex cœlo delapsus, quo sacrificia omnia ab-ni necesse erat in Populo Dei, qui in altari cu-ditus, quotidiè à Sacerdote alendus fuit, Lev. 12. Nempe *Verbum Dei*, Jer. 5. 14. cap. 23. 29. ph 3. 5. Hebr. 13. 10. Quo qui non saliun-r, ut sint θυσία εὐάρεστος τῷ Θεῷ, Rom. 12. 1. or-victimæ salienter igni illo ἀσβέστῳ, Marc. 9. 48. *llamus* ergò corpus nostrum & ædificemus al-e, cui semper imponamus πᾶσαν ἡμῶν τὴν ἐνθύμη-σιν, Dominum orantes, ut mittat cœlitus ma-m illum & invisibilem ignem; qui altare & nia in eo comburat. Ac tùm sentiemus spi-ualem pluviam, velut hominis vestigium ve-entem in animam. Macarius Hom. 31. ex 1. eg. 19. caveamus profanationem: Nam si apud omanos *ignem è flaminia, nisi sacrum*, in usum

sacrum,

ſacrum, *efferri jus non erat.* Fabius Pictor
Quantò magis nefas erit verbum Dei in n
ſcurriles detortum profanare? Ignem è vic
petere moris fuit apud Veteres, & denegare
fas habitum: *Datur ignis, tametſi ab inimicis*
tas. Plautus in Trinum. Act. 3. Scen. 2. me
nit Eſ. cap. 30. 14. ubi Proverb. *Ne teſtula qui*
ſupererit ad ignem de foco! Aſt ab ara nec pe
licuit, nec dare. Ita Deo conſecrata profanis
bus impendere religio fuit: hodiè quamvis q
que domi habeat unde calefieri poſſit plus ſa
tamen ab aris non ignem modò, ſed & cibum
pere peſſimis moribus receptum eſt: ſed pler
que accidit, quod aquilæ in fabulis, quæ d
exta rapit, aliquid ſimul de favilla & carboni
in nidum detulit, quo & illum & inplumes pu
concremavit. Deniq; ut Phædrus docet Fab.

--- nec Lucernam de flamma Deûm,
Nec de lucerna fas erat accendi ſacrum.

Quod ex Populo Dei traductum, ubi nefas e
alio quàm ſacro & cœleſti igne ſacrificare, de q
Cl. D. Franzius in Schol. Sacrif. Quod Ennoth
Priapi Sacerdos *teſto ignis pleno* ſacrum ignem
ficit, ex viciniâ petito, apud Petron. in Satyr. n
morem indicat, aut legitimum fuiſſe, ſed fact
contra legem fortè, niſi vis tale fuiſſe ſacru
qualis fuit Deus. Hodiè ut de ſacro igne luc
nam accendit, qui verbum Dei profanat; Ita
lucernâ ſacrum ignem excitat, qui rationis ſ
ductum in fidei myſteriis & cultu Dei ſectat
Hæretici idem faciunt, quod fur ille apud Ph
drum ſab. cit. de quo ait:

Luce

Lucernam fur accendit ex arâ Jovis
Ipsumq; compilavit ad lumen suum.

d nunc tandem desino.

LXVIII.

Tempestatis avertendæ remedia.

Pœnitentiam agite & convertimini, ut leantur peccata vestra, Actor. 3. 19. Contra npestates, fulmina, grandines varia olim surstitio commenta fuit remedia, carmina, sacriia, & alia, de quibus prolixè Durant. Casellius :. Variar. cap. 10.

Utq; Jovis Magni prohiberet fulmina Tarchon,
Sæpè suas sedes præcinxit Vitibus albis.

olumella de Curâ Hortor. *Illud mirabile Cleonæ sse præpositos* χαλαζοφύλακας, *speculatores futuræ andinis; hi cùm signum dedissent, adesse jam andinem, quia exspectas? ut homines ad penu: discurrerent, aut ad scortea? imò pro se quisq; t agnum immolabat, aut pullum: si quis nec num nec pullum habebat, digitum suum bene uto graphio pungebat & hoc sanguine litabat. otinus autem illæ nubes aliò declinabant, cùm quid gustâssent sanguinis.* Refert Seneca l. 4. qq. at. cap. 6. & Clemens Alexandr. quoq; 5. Stroat. Grandinis speculator est S. Petrus, prænunt diem Populo Judaico terribilem ex cap. 2. ëlis, vide Actor, 2. 20. diem turbinis & grandis, Zephan. 1. 18. sed certiora longè & tutiora oq; indicat remedia; Resipiscentiam & conversio-

versionem. Hæc est vitis alba, venenorum exp
trix, fulminum & grandinum averruncatrix.

--- *Si pœnitet, haud nocet error!*

Certè ut canit Gregor. Naz. carm. 1. de reb. fi

--- *animæ vitiorum sordibus atræ*
Munere nulla Dei melior concessa medela est.

Sed ad impetrandam veniam agnino sangu
opus est, illo quo empti sumus, *sine quo nulla fit*
missio, Hebræor. cap. 9. v. 21. Quod pagani à ve
ribus cùm accepissent, ejusmodi ceremoniis
stari voluerunt: dextra traditum, sinistra ar
ptum, ut alia multa.

LXIX.

Parelii, plures Soles simul visi.

Ut vir uxoris; Sic Christus Ecclesiæ cap
Ephes. 5. v. 23. Unius scilicet unicum. Fallit
qui aliud Corpori mystico apponit, qui Ron
num Pontificem Caput, Sponsum, Maritum I
clesiæ facit, uti

Nemo duos Soles nisi sub glaucomate videt,
Aut si fusca Polum suffudit palla serenum,
Oppositus quoties radiorum spicula nimbus
Igne repercusso mentitos spargit in orbes:

Prudent. adv. Marcion. Plures quidem sæpè So
in Cœlo visi, sed non sine discordiarum omine,
infelici eventu, de quo Joh. Bapt. Nazarus ap
Wolff. Lection. Memor. centen. XVI. pag. 8
& tamen omnes tandem in unum iterùm coalu
runt. Surius Hist. sui Temp. Anno 1514. Witer
bergæ tres simul Soles conspectos ait, singul
cruen

uento gladio notatos. Sic sæpè in Ecclesia
ures, q. Soles exorti, de primatu pugnârunt,
on sine multō sanguine. Sed ubi omnes? eva-
ıerunt! *Nec enim mundus duobus Solibus potest
gi, nec duo summa regna* (capita, inquam) *salvo
itu terrarum potest habere*, ut Alexander Dario re-
ripsit apud Curtium l. 4. alludens ad vulgatam
Sole fabulam, quod aliquando à Matre con-
nderit, ut & sibi uxorem ducere, parvosque
undo Soles dare liceret &c. ὡς, γὰρ ἡ γῆ δυσὶ ἡλίοις
δύναται θάλπεσθαι, οὕτω μία ψυχὴ δυάδος πυρσῶν
ωτικῶν οὐκ ἀνέχεται, Simocatta Epist. 39. *uti terra
ıos simul Soles; Sic anima una duos simul amores
rre nequit.*

Pentheus Bacchico furore percitus videre si-
videt δύο μὲν ἡλίους, δισσὰς δὲ θήβας, apud Eurip.
Bacch. *geminos Soles, & Thebas duplices*: Ita qui
uos in Ecclesiâ Soles videre se putat, œstro per-
ulsus & ex aureo illo τῶν βδελυγμάτων poculo in-
oriatus est. Apoc. 17. v. 4.

LXX.

Circius ubi & cur cultus?

In omnibus gratias agite, 1. Thess. 5. 18. Etiam
ı adversis. Galliam Circius ventus infestat, cui
dificia quassanti, tamen incolæ gratias agunt,
anquàm salubritatem Cœli sui debeant ei. Di-
us certè Augustus templum illi, cùm in Gallia
noraretur, & vovit, & fecit. Seneca l. 5. qq. Nat. c.
7. Quantò magis par est Christianos etiam in
orte infelici Deo agere gratias, cùm sciant se

adversitatibus suis & salubritatem animorum
Cœlum denique ipsum debere? *Non est arbor s*
lida & fortis, nisi in quam frequens Ventus incursa
ipsâ enim vexatione constringitur & radices certi
figit; fragiles sunt, quæ in apricâ valle creveru
Idem de Proverb. cap. 4. Noverant S. Dei Ma
tyres; ergò lata in caput suum peremptori
sententia dixerunt: *Deo Gratias.* Sic Cyprian
in vita quæ est apud Baron. & Grasium: Na
cùm Proconsul decretum *ex tabella* recitâsse
Thascium Cyprianum gladio animadverti placet! R
spondit ille: *Deo Gratias.* Pontius verò Diac
nus, qui Passionem ejus descripsit, ait tantùn
Amen, dixisse, & Statium ei prænomen fuisse, &
Rogatus quidam quomodò in aulis rem es
consecutus rarissimam senectutem? *injurias*, i
quit, *accipiendo, & gratias agendo*, apud Seneca
Quantò æquius est Christi servos omnes mun
& Sathanæ injurias patienter concoquere,
Gratias agere, juxta exemplum Apostoloru
Act. 5. v. ult.

LXXI.

Antrum Æolium, ventosus pile Erici.

Ex corde exeunt cogitationes malæ. Matth. 1
19. Franciscum Tridenteum refert Hier. Meg
serus in descript. Venetiar. quâ Patavio itur V
centiam habuisse in prædio Paradisum pulch
rimum inq; eo speluncam longam pedes 40c
latam 3000. ex qua quoscunque vellet vent
posset emittere, in introitu erat Epigramma.

Æo

Æolus hic clauso ventorum carcere regnat.
[...]arum ejusmodi suum cuique cor est. *Has nim-*
ventiq; domos & naufraga servat Tempestas;
Hanc quisquis in potestate habet verè ille ἀν-
[...]ς & alter Æolus est, quem
--- Ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων.
2. Sed & Salomonium illud huc quadrat; *Sa-
[pi]ens iram Regis placat*, Proverb. 15. 15. Qui a-
[p]ud Potentes gratia pollent, ventos quos vo-
[lu]nt, inducant. Habent quasi ventosum Regis
[Er]ici pileum, qui tàm familiaris erat malis Dæ-
[m]oniis, quorum cultui summoperè vacabat, ut
[qu]ocunque verteret pileum suum confestim in-
[d]è optatus ventus adspiraret. Olaus l. 3. pag. 37.
*[In] magnâ domo post Dominum, secundus est semper
[gr]adus amicorum; Soli sunt per quos apud Dominum
[e]st suggerendi liber locus & impetrandi facilis præ-
[st]atur accessus. Magna est securitatis portio, in rebus
[pros]peris de domo Regis habuisse suffragium*, &c. S. Va-
[le]r. hom. 15. Sic Æolum & alios credebant vete-
[r]es ventos in utrem concludere & emittere po-
[t]uisse, quos vellent. Nat. Comes l. 8. Mythol. c.
[1]o. Ita Sapiens verè dixerit:

--- mihi Pontus inertes
Submittit fluctus, Zephyriq; tacentia ponunt
Ante meos sua flabra pedes.

[E]x Petron. Satyr. Si Sapientiâ eris instructus, ut
[c]anit Empedocles,

Flamina ventorum compones, concita motu
Quæ sola terrarum pelagi quæ cærula verrunt,
Mox mundo induces eadem, si fortè libebit.

LXXII.

Rupes Austro Sacra, Psyllorum interitus.

Qui vos tetigerit, tangit pupillam oculi me Zachar. 2. v. 8. *Qui sanctos Domini tetigerit sic ej quasi vexare cupiat pupillam oculi ejus, & illum n tatur clarâ luce privare, de qua loquitur in Evang lio: vos estis Lux Mundi!* aut Hieronym. in Zac l. cit. Nil carius est oculo, undè *oculissimus, & oci litùs dilectus,*

Ambobus si quis carior est oculis,

Ut dicam cum Catullo: sed & nihil tenerius, tar gique se non patitur. Hebræis Bath dicitur, Græcis κόρη filia, virguncula, nec aliter à Latin pupilla, à Pupa, propter icunculam, quam exh bet, & est quoque tali virgine Pupa, ut nil frag lius, ita nec quippiam charius. Hinc illa prc verbialia: *Custodiore quasi pupillam in oculo*, Deu 32. 10. Psa. 17. 10. *tangere pupillam oculi alicuju* aut etiam sui, sic enim apud Zachariam ex He bræo aliqui vertunt, vide Vatablum. In Cyreni ca Africæ provincia rupes quædam est Austr sacra: hæc cum hominum manu attingitur, ill immodicus exurgit, harenasque, quasi maria a gens, sic sævit, ut æquor fluctibus, hæc Pompor Mela l. 1. cap. 4. meminit & Plinius lib. 2. cap 45. Sic Ecclesia rupes est Deo Spiritui Sancto Austro illi Cœlesti Cantic. 4. 16. Sacram han nemo impunè tanget. Deterrat Exemplur Psyllorum in Africa, qui cùm Austro nimis flan

t

e omnes eorum aquæ essent exsiccatæ, irati,
um Vento belligerare & sumptis armis præliari
dversùs illum incepêre, sed reflante illo, repen-
è magnis arenarum montibus operti perierunt.
ta evénit Pharaoni, Herodi, Antiocho; & in
rimis Sennacheribus sensit hanc Divini Spiri-
us iram, potentiam: qui amisso cœlesti plagâ
xercitu, turpi fugâ ad suos relapsus, in idolio
Nisrochi à filiis mactatus est, incisumque sepul-
hrali lapidi Epigramma: *In me intuens, Pius esto!*
neminit Herodotus.

LXXIII.
Nivis Leæna.

Scitè Siracides de Garrulis Balatronibus, quos
Græci ἀθυροςόμυς, quod os habeant semper pa-
ens, nullis foribus aut pessulis coërcitum, Lati-
ni, *Rimarum plenos*, dixêre: *Stultum concepto ser-*
mone non aliter parturire, quàm soleant gravidæ,
fœtu jam maturo, & erumpere alvi materni
claustra gestiente. cap. 19. v. 11. Similes sunt hu-
uscemodi hominũ calumniæ, quas ex vanis ru-
moribus acceptas & continere non possunt, &
n majus augere semper assolent, nivium moli-
bus, quæ parvo ex principio exortæ, paulatim
uendo è montibus increscunt, donec tandem
um impetu per declivia lapsæ

--- *Sternant sata læta boumq; labores.*

Sic, ut scribit Olaus M. de gent. septentr. l. 2. p.
18. Compertum in terris Suecicis, aviculas vola-
tu excitasse globulos nivium, quorum augmen-

to casuque flante Australi vento, arces, & vi
sunt prostratæ.

Fama malum quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.

Cùm in piscinam Lapis missus est, videmus
multos orbes aquam discedere, & fieri prim
augustissimum orbem, deindè latiorem, ac de
dè alios majores, donec evanescat impetus, &
planiciem immotarum aquarum solvatur. Se
ca l. 1. qq. Nat. c. 2. Ita hîc videas fieri.

Nam citiùs flammas Mortales ore tenebunt
Quàm secreta tegant, quicquid dimittis in aula
Effluit, & subitis rumoribus oppida pulsat;
Nec satis est vulgasse fidem; Simulatiùs exit
Proditionis opus, famamq; onerare laborat.

Inter Fragm. Petronii. De nivium cumulis, qu
Helvetii Löwinen vocant, propter horrend
rugitum, quem in casu edunt, plura apud Mü
sterum &c.

LXXIV.

Gelu Scythicum.

*A juventute excipe doctrinam & canescens i
venies Sapientiam!* Siracidæ dictum est cap.
v. 38. Antiphanes unus ex Platonis familia
bus dicere solebat: esse in quadam regione Sc
thiæ tàm dirũ gelu, ut & verba in ore colloque
tium congelent, nec priùs audiri possint ac int
ligi, quàm æstate resolvantur: Ita Platonis disp
tationes, quamvis apud juvenes proferantur,
solis tamen senibus intelligi. Plutarch. de pro

Vir

'irt. ſent. Ita eſt, multa juvenes diſcimus, quæ
erò tandem ſenes intelligimus. Obſtat juven-
uti frigidus
--- *circum præcordia ſanguis.*
Inde negat Ariſtoteles juvenem eſſe οἰκεῖον ἀκροα-
τὴν τῆς πολιτικῆς, Idoneum civilis doctrinæ audi-
orem; poſſe eum Geometricum fieri & Mathe-
naticum, Prudentem non poſſe &c. *Difficile eſt,*
licebat Bion, *mollem caſeum hamo piſcari.* At nihi-
ominùs tamen diſcendum eſt in juventute. *Tur-*
pis & ridicula eſt res, Elementarius ſenex: juveni pa-
randum, ſeni utendum eſt, Senèca Epiſt. 36. Hoc me-
ritò Siracides juventuti ſuggerit, ſi obtemperes;
fiet, ut ſis *Ætate juvenis, maturitate ſenex.* Hieron.
l. 1. in Eſ. *ætatis curſum virtute prætervectus*, Pane-
gyr. Max. & Conſtant. & verbo παιδαριογέρων,
quomodò S. Macarius dictus apud Palladium
hiſt. Lauſiac. c. 19. & 20. Ita illi:

Caneſcant alii mento, nos mente; capillo,
Nos animo; facie, nos pectore; tempora quippè
Virtutem non prima negant, non ultima donant.

LXXV.

Mundi extrema tenebræ.

Ex parte cognoſcimus. 1. Cor. 13. verſ. 9. Ha-
bet humana ſcientia modum & terminum. Rati
ſunt veteres Coſmographi, extra mundum hunc
quem incolimus, nihil eſſe, *præter caliginem &*
tenebras, & perpetuam noctem profundo incubantem
mari, in quibus emoriens natura defecerit: Cur-
tius lib. 9. Qui conceſſos ſcientiæ limites exceſſe-
rit, quid aſſequetur, niſi Cimmerias tenebras?

Sinamus eosdem esse intellectui nostro & mu
do fines. *Furor est, profectò furor egredi ex eo,
tanquàm interna ejus cuncta plane jam sint nota, i
scrutari externa.* Plinius lib. 2. cap. 1. In prin
latere Deum in caligine sua patiamur, quâ
profanis obtutibus non adeundum obsepi
Caligo est post omne Lumen, ait ille, *& sola men
ignorantia cognoscitur.* Bene igitur S. Prosper
Epigramm.

Scrutari ne cura procax obstrusa laboret,
Cui cuncta in Christo nosse & habere datur.
Multa etenim bene tecta latent, nescitaq; prosunt,
Dùm mansueta fides, quædam dilata, modestè
Sustinet, & nullo ignorat non edita damno.

Idem de Ingratis. Denique non terrarum mod
sed & hominum extrema nox obscurrissima in
volvit. Ergò

Tu ne quæsieris scire, nefas! quem mihi, quem til
Finem Dj dederint!

ait Horatius. Latet unus dies, ut timeatur omnis
ultimus, ut quemq; apponamus lucro. Apud Pe
donem navigante Germanico aptè miles:

Quo ferimur? ruit ipse dies, orbemq; relictum
Ultima perpetuis claudit natura tenebris;
Dj revocant, rerumq; vetant cognoscere finem
Mortaleis oculos?

LXXVI.

Alphæus.

Sinceri in medio nationis perversæ. Philipp.
2. v. 15. Alphæus ex Elide Peloponnesi per medios Oceani fluctus servatâ dulci aquâ in Sicili-
am

n deproperat ad amatam sibi Arethusam. Te-
antur multi, Plinius, Seneca, Gregorius quo-
ue Nazianz. in Monod, vide Natal. Com. l. 8.
lythol. c. 21. Majolum in Fluviis &c. Mun-
us mare est, Arethusa virtus, seu, ut Christianè
cam, Imago, Dei, Sanctitas & Justitia, Alphæus
ternitatis Candidatus, Virtutis procus & com-
etitor, sed maculis adhuc obsitus, ἀλφὸς enim
acula est. Vin' amplecti fontem illum omnis
eatitudinis? servate ἄσπιλον ἀπὸ τοῦ κόσμου τούτου
c. 1. 27 Dabitur.

Si tibi, cùm fluctus inter labére Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat undam.

ona Mens, ut *Lucida veritas, omni malorum mo-*
um salsedine circumdata, pollui aliqua commistione
on novit. Fulgent. l. 3. Mythol.

Sic rosa de spinis nescit violarier ullis.

listor. Apollon. Tyrii.

LXXVII.

Fontes & Lacus miri S. Scri-ptura.

1. *Fons Sapientiæ Verbum DEI.* Sirac. 15. Fons
st in India quotannis auro fluido scatens, quod
rceis fictilibus hauritur, quia aurum illicò ut
xtrahitur concrescit, ut frangi vas necesse sit.
n fundo ferrum est miri effectus, nàm si in ter-
am defigatur, avertit nebulas & grandines. Cte-
as in Indicis; nugatur se ex eo ferro duos enses
abuisse. Ita Verbi DEI duæ quasi venæ sunt,

ferrea Legis, vitiorum arcens turbines, & au
Evangelii. Habemus autem thesaurum hu
ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν. 2. Cor. 4. 7. Quid enim
corculum hoc? quid corpusculum? *vas quasi*
& fragile,

Quod simul offendit ad fortunam frangitur!
Phædrus in Fab. Qualia miro, an Naturæ
cam ingenio, an Geniorum lusu? in Polonia
fodi apud Nohaw & Poluki inter fluvios Bol
ac Neus non procul à Guben & Loberspe
multis testatum, apud Jac. Mokium de aquar.
sect. p. 1 p. 133.

LXXVIII.

2. *Die & Nocte.* Psalm. 1. 2. In Cappado
lacus est Tatta Salis fontem habens, quo qui n
descunt sal fiunt, aut sale incrustantur conc
scente statim humore; & aves prætervolant
si extrema alarum obiter tinxerint, illicò qu
viscatæ adhærent. Sacra Scriptura Fons e
Salis, quo omnia non modò verba sed & fa
nostra condienda sunt, Marc. 9. v. ult, Coloss.
v. 6. At Salis hujus tanta est, mirum! dulced
ut teneat eos, qui semel mentem illo adsper
runt, non aliter ac Ulyssis Socios *Lotophagor*
poma. Hoc est quod de Sponso suo Ecclesia a
Guttur illius suavissimum. Quia *incredibile est n*
scienti, quàm suave sit de DEO Opt. Max. ex sac
literis meditari, ac loqui, Philo Carpath ibid.
Cant. 5 v. 16. Denique qui ingurgitant, fiu
Sal terræ. Matth. 5. 13.

LXXIX

LXXIX.

3. *Lex Domini perfecta.* Psalm. 19. 8. ut Linguna Lacus, in Cambria insula Britannica prope Sabrinnum flumen, ingentes maris æstus excipiens, nunquam tamen augetur, ut margines excedat, quin cessante æstu reddit mari, eructans instar montis, aquas acceptas: Majolus de Lacub. Colloq. XII. ex Ortelio. Sic S. Scriptura multorum æstibus & salo quasi quotidiè accumulatur, quibus nihilò fit auctior; respuit itaque quicquid ab æstuoso humani cordis mari curarum & adinventionum accepit,

--- *opis nihil indiga nostræ*

atque integra mortalibus contagii. Cœterarum artium hæc indoles est, ut ab hominibus inventę hominum inventis indies excolantur, & perficiantur: Scriptura neque cùm dat inanior, nec cùm accipit plenior fit: *Ut ille, qui omnes aquas cœlo & terris præbet Oceanus, semper tamen in montibus suis totus est.* Panegyr Max. & Const. Denique similis est *Lecytho olei Elisæi,* nec deficit affluentia Spiritualis gratiæ, nisi deficiant vasa haurientium, 2. Reg. 4. v. 6. *Afferamus igitur multa mentis nostræ vasa, ut impletis illis domum redeamus,* Chrysost. hom. 3. in Genes.

LXXX.

4. *Torrens qui non potest transuadari.* Ezech. 47. 5. In Siciliâ, Peloriade Lacus est quem ars sacrum approbat, à profundis in medio sita dividens brevia, usque ad eam aqua cruretenùs pertingit,

quod

quod ultra eſt non licet explorare aut attinge
qui id auſus ſit malo plectitur, quantamque
partem ingurgitaverit, tantam it perditum,
qui lineam projectam recuperaturus, merſo b
chio, dùm niſum adjuvat, cadaver manum
ctam vidit. Ex Solin. c. 10. In S. quoque literis

Eſt aliquid prodiſſe tenùs, ſi non datur ultrà:

Nam hic quoque modus eſt optimus *ſunt ce deniq; fines!* Fluvius eſt in quo agnus ambulat, E phas natat. Denique hîc quoq; altare eſt, Ch ſtus in medio ſitus, hic ſiſtamus!

Qui Chriſtum diſcit, ſatis eſt ſi cætera neſcit!

Pertinet huc Stagnum mirabile, quod ex Po crito deſcribit Ariſtoteles, quod deſcendentib in illud quibusdam magis magisque dilatatu plures ſemper admittens, ſed ad numerum ce tum. Quinquagenarium, tot ſi ſe immiſeri quaſi gravetur, ἐκβάλλει μετέωρα τὰ σώματα τ λουμένων exterminat & in altum exſpuit ultra r pas ſuas corpora lavantium, inque nativum ſ um ſe modum recipit. De Mirab. auſcult. M nere poteſt ſobriè tractanda ſacra. *Ne qu nimis! Nam & in veſtibulo ſuo inquirentem rep lit objecta veneratio, & ſi quis propiùs adierun quod oculis in Solem ſe contendentibus evenit, pr ſtrictâ acie, videndi facultate caruerunt.* Nazarius i Paneg. Conſtant.

LXXXI.

Aquæ caſtæ, pudicæ.

Nunquàm cum Ludentibus miſcui me, ait Sa Tob. 3. verſ. 17. Rem mirandam refert Zacha

Thec

heobaldus in Arcanis Naturæ cap. XI, pag. 56.
lon procul Risenberga, quæ Bohemiæ hinc il-
ic Bavariæ arx imminet, in monte reperiri fon-
m ex dura rupe scaturientem, qui si accedat
ulier, dùm mensium profluvio laborat, aufu-
iat, & sæpè post annum demùm revertatur.
d & illud æquè mirandum quod Boccatius, in
ract. de Stagnis & Paludibus, esse Averigum
tagnum, in quo, si quis vectus turpe quid aut
nominiosum effutiat, tanta, quasi indignan-
bus undis, Tempestas oriatur, ut in summo
mnes sint periculo. Ita monet ipsa rerum na-
ıra, scurrilia *stultiloquia* vitanda esse. Ephes.
.4. *Talium societati ne congressu quidem priore
ciere, quorum sermonibus prostitutis ac theatrali-
us, nullas habenas, nulla repagula permittit pudor.
Iam quibus citra honestatis nitorem jactitabundis
quacis fæce petulantiæ lingua polluitur infrenis, his
onscientia quoque sordidatissima est. Denique fa-
ilius obtingit ut quispiam seria loquens vivat obscæ-
è, quàm valeat ostendi, qui pariter existat improbus
ictis, & probus moribus.* Hæc Sidonius Apollin.
.3. Epist. 13.

LXXXII.
Asphaltites.

Qui tangit picem, inquinabitur. Sir. 13. v. 1. Lacus
Asphaltites studiosè à multis describitur, Jose-
pho, Egesippo, Strabone, Plinio, Tacito, Solino
& aliis. Nihil viventium recipit, non pisces, non
quis assuetas aves, etiamsi viva merseris, quam-
vis vehementer allisa, resiliunt, excutiuntur:
Lu-

Lucerna accensa supernatat, extincto lumi
demergitur: Nihil gignit præter tenacissimu
bitumen, quod avelli scindique non potest, qu
niam in quantum ducatur, extenditur, navib
tamen capitur, quibus impletis, quod abrum
vi non potest, contactum filis menstruo cruo
pollutis & lotio perfusum sponte discerpitur, a
in oram terræ adductum cuneis & securibus,
lignum finditur, cùm vi Solis inaruerit, quin
carmina quædam adhiberi Possidonius auth
est. Mundi imago, quem fugiunt viva omni
ne immergantur, nec possunt, quamdiu Spi
tum vitæ retinent. Aves itaque pii, qui penn
fidei habent, (*Da mihi fidei pennas, ut volem sursi*
DEO! erat Marius Victorinus hymn. 3.
Psalm. 55.)

Queis celsa conscendant Poli!
Quas sibi cùm velox mens induit
Terras perosa despicit.

Iidem pisces, semen Christi, qui veteribus ex a
crostichide nominis ἰχθὺς, *Piscis est*, ait Optat. M
levitanus, *qui in baptismate per invocationem font*
libus undis inseritur, ut quæ aqua fuerat, à pisce etia
piscina vocetur. Pix & bitumen sunt impii, hos i
Ecclesiæ navim colligere, hoc opus, hic labor es
Adhibenda varia remedia, ostendenda tabes pec
cati, quasi cruor menstruus Esa. 64. & ignomini
æternitas, quod quasi lotio est perfundere: de
nique si hæc nihil effecerint, sacra carmina reci
tanda, piæ preces, quibus tamen nisi æstus tribu
lationum, nisi ictus divinarum securium efficaci
am dederint, nil dederit. Hoc est πάτταλον παττάλ

ϱεῖν & *malo nodo malum adhibere cuneum.* Fuge
:em,qui ſapis,niſi impediri vis & pollui! Nam
habet Theognis:

A puris pura accipies, ſed turpibus amens
Mixte, cave mentis perdere quicquid habet.

LXXXIII.

Ciconum aqua & ſimiles.

Diteſcere cupientes incidunt in tentationem. 1. Ti-
oth. 6, 9. Ovidius.

Flumen habent Cicones quod potum ſaxea reddit
iſcera. In quibusdam Italiæ locis evenire ait
:neca,ut ſi virgam,ſi frondem demerſeris,lapi-
:m poſt paucos dies extrahas. Talis fons eſt
ılis, de quo nuper ex Strabone, aquis tantâ ce-
ritate concreſcentibus, ut ſi avium alæ made-
ınt, volatum impediant, & corollæ imbutæ
atim rigido ſalis gelu conſtent, vide alia apud
Iokium de aquar. affect. Tales aquæ ſunt
ivitiæ. Ὅπȣ ἂν λάθῃ τὸ ῥεῦμα τȣ̃το, ἐντεῦθεν ἀναγ-
κεῖον ἐξοικίζεσθαι ἀρετlὼ, *non poteſt non exulare vir-*
us, ubi hoc flumen latet, ait Themiſtius in Grat.
ἀct. ad Conſt. Imp. Ea de cauſa ait, ſe hunc
uaſi felicitatis torrentem, occultis Cæſaris ca-
alibus in domum ſuam derivatum, velut obje-
to aggere avertiſſe. Ubi opes, ibi ſemper
ːrè

Capit cor cura, ærumna corpus conficit.

Denique alas intervelli, & ipſos divitiarum a-
naſios, lapideſcere teſtis erit uxor Lothi. Ge-
neſ. 19.

LXXXIV.

LXXXIV.

Fons Vitæ Mortisque Index.

Ira Regis, nuntius mortis: Serenus vultus, vi Proverb. 16. 15. 16. In Bohemia non pro à pago Milavvez, ut refert oculatus testis Z char. Theobald. In Arcan. Nat. Fons Woytieska dictus ab accolis, ex quo si quis ha riat eo vase, quo bibere solitus sit æger, indiciu vitæ accipit, si serenus fluxerit; mortis, si tur dus: Ita in vultu Regum clarissimum argume tum est vitæ, necisque. Nihil pulchrius ocu eorum Clemente.

Contra fortuita adspectu Rex cives refovet suo. Verè Aurelius Anton. Imp. *Nihil magis comm dare Imperatorem Gentibus, quàm Clementia* Nàm &

--- *sola Deos æquat Clementia nobis!*

Claudian. in Panegyr. Honor. 4. Ita ut exos reddit, ita turbat animum, pervertit judiciu mortem præcipitat. Nàm juxta P. Syrum:

Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia Cogitent imperantes, *utrum Mundi status grati oculis pulchriorq; sit sereno & puro die, an cum fr goribus crebris omnia quatiuntur & ignes hinc atq illinc micant? Atqui non alia facies est quieti mod ratiq; imperii, quam sereni Cœli & nitentis! Crude regnum turbidum, tenebrisq; obscurum est,* &c. Sen ca de Clement. l. 1. c. 7.

LXXX

LXXXV.

Fons in Andro.

Cœtum publicum ne deseramus. Hebr. 10.25. In
'emplo liberi Patris, quod erat in Insulâ Andro
linius author est, fontem quotannis Nonis Ja-
uariis vino fluxisse; sed ut sapor iste nulli præ-
eretur extra templum. Mutianus verò id sin-
ulis septenis diebus accidisse prodidit. Refert
Iichaël Piccart. Vir Clariss. in orat. de Lusib.
Iaturæ. An id aliquando verè evenerit, id ne-
ue affirmare habeo, neque negare. Res Dia-
oli vires non excedit, miris ille præstigiis homi-
um sensus ludere & potest; & ut sibi locisque
10 honori consecratis divinitas opinionem au-
eat, ab antiquo assolet. Vide Libellum aureo-
ım Nicol. Hunnii Theologorum acutissimi, qui
robavit: *Ecclesiam Romanam non esse Christianam,*
ic titulus est. Epiphanius hæresi 51. refert, quot-
nnis eâ die & horâ, quâ primum in Nuptiis Ca-
æ celebravit miraculum Dominus, vinum ex
ontibus fluxisse, seque ipsum bibisse ex fonte
'empli Geraseni in Arabiâ, testesque esse, quod
dem in Ægypto & Nilo evenerit. Mira res! nisi
ortè idem his fontibus evenit, quod apud Æthio-
as Mensæ solis, ut vino repleti fuerint, obdura-
is scaturiginibus, à Magistratibus aut aliis, ut
niraculi memoria sic commendaretur. Tempus
erè cum eo quod assignavit Plinius convenit.
Remansit credula superstitio, quod cum pace
Epiphanii dicam, etiam sub papatu apud ma-

jores, qui nocte media, quâ natus mundi Salv tor creditur, unde nostri Sanctam dicunt, d Weyhenacht/ Weyhe enim Sanctum est, unc Weyhen consecrare, in puncto temporis omn aquas mutari in vinum crediderunt. Sæpè Parente meo audivi puer, Deyssellæ, quæ ei Pa tria fuit in Hassiâ inferiore, temerarium quei dam experimentum capere voluisse, profectun que extra pagum ad ripas Dimmelæ præterfluer tis exspectasse, sub noctis meridiem, ictum can panæ duodecimam horam indicantem, tùm cùm eum audisset, haustro arrepto aquas è flu vio petiisse, recitato quasi legitimo carmine:

In der Nacht der Weyhen
Da werden alle Water Wein/

quasi dicas: *Nocte sacri partus vinum fluit omnib undis*; vix finierat, cùm horrendus ei vir adstiti post quem nihil vidit, inque oculos inflans, dix rythmum complens:

So sind deine Augen mein!

Sed quod de fonte Liberi patris dixit Plinius quod Mutianus; de Fonte divini verbi verùs di xeris, efficaciùs & sapidiùs fluit in Templo; *Viv vox plus afficit*, plus efficit. *Sivè enim mœro aliquis negotium facessat, hîc relegatur; sivè curæ se culares, aufugiunt; sivè alienæ à ratione perturbatio nes sedantur. Qui huc cum studio & fide ventitat innumeris thesauris ditatus abscedit, & si os tantùm aperuit, omni odorum suavitate continuò comple bitur*: Hæc & alia S. Chrysost. in S. Lucian Martyr.

LXXXVI.

Jordanes.

Qui perſeveraverit, usque in finem, ſalvus
it. Matth. 10. 22. Jordanes unum atque alte-
ım lacum integer perfluit: tertio retinetur,
acitus l. 5. hiſtor. Egeſippus: Duos lacus vi-
or egreſſus, tertio retinetur. Nam ut Lipſius
ı Notis ad Tacit. obſervat, tranſit ſtagnum
iberiadis, & in Traconiti de lacu, cui Samo-
ıonitis nomen, tandem mari Mortuo hauri-
ır. *Non requiruntur in Chriſtianis initia, ſed finis.*
ieronym. Quid juvat ſemel atque iterùm in
ie contra vitia ſtetiſſe & rem geſſiſſe forti-
r, ſi tandem perduellis evadas aut deditione
ıpiaris?

Non benè qui cœpit, ſed qui benè perſtitit, & qui
Pertigit ad metam donatur honore coronæ.

LXXXVII.

Gyndes fluvius.

Babylonis infantes ad petram allidere: Pſalm.
37. v. 12.

--- *Conſueta relinquere durum!*

yrus Babylonem expugnaturus Gynden latè fu-
ım amnem vado tranſire tentavit: Uno autem
quo, qui trahere regium currum albi ſolebant,
orticibus abrepto, irat⁹ juravit, ſe amnem eò re-
acturum, ut & à fœminis tranſiri poſſit, & tamdiu
peri huic aſſedit, ut tandem in 160. rivos diſper-

 geret,

geret, ſiccumque relinqueret. Seneca l. 3. de irâ
21. Babylon eſt *Concupiſcentia* prava *Vitionum*,
ajebat Bion *Metropolis.* Hanc expugnaturis pl
runque objacet malæ conſuetudinis flumen i
fidum, vorticoſum, in quo crebra naufragia &

Apparent rari nantes in gurgite vaſto.

Pauci emergunt,

Nec revocare gradum quisquam greſſumq; refer
Præcipiti jam mente poteſt,

ut habet Alcimus Avitus l. 4. *Habet enim hoc inj*
lix conſuetudo peccandi, ut quantum ampliùs quisq
peccaverit, tantò minùs peccata ipſa intelligat, & ta
tò plùs eum peccare delectet. Euſepius quispia
Gallus homil. 5. ad Monach. Remediũ à tempo
venit, ſi deduxeris quaſi in rivos, & nunc hun
nunc illum tranſilias. *Eſt conſuetudo hæc quæda*
gravis & pernicioſa catena, ſolvenda utique facili
quàm rumpenda, ut hic maximè vulgare illud prove
bium videatur uſurpari, induſtriam violentiâ poti
rem. Bernhard. in ſerm. de VII. Sp. S. donis. Op
mum igitur, obſtare principiis. Hinc S. Paulin
in Pſalm. ſuprà cit.

Si cupis extincta Babylonis ſtirpe beari
In te ipſo primis gliſcentia crimina flammis
Frange fidem, jam propter adeſt, Petra Chriſtus,
ipſo
Viperam ſobolem validis elide lacertis.

LXXXVIII.

Aquæ dulcamaræ.

Labia Meretricis ſuavia, noviſſima abſynthiu
Pr

roverb. 5. v. 3. Hypanim tradit Herodotus ab rtu quinque dierum via dulcem fluere, deindè er quatriduum valdè amarum, apud Athenæ-m l. 2. Dipnos. cap. 2. Asanius lacus est, cujus quæ in summitate sunt dulces atque potabiles, ad profundiores processeris, vitiosas compe-es, Boccatius de Lacub. Sic Voluptas primò dul-is, in fine amarescit. *Scitum est & scitu dignum ristotelis dictum, quo voluptatum initia oblivioni andanda asseruit, & solos exitus recordandos*, apud aresber. l. 8. Policrat. cap. 5. p. 468. ὥσπερ καὶ ἁμαρτία γλυκεῖα μὲν τῇ γεύσει, πικρὰ δὲ τῇ πέψει καὶ τῇ ἀναδόσει καθὼς εἴρηται, ut & *Peccatum dulce gu-u sed amarum concoctu*, ut ajunt, Andreas Cæsa-iens. in Apoc. c. 29. Juba, apud Plinium, in Tro-lodytis lacum esse dicit, insanum maleficâ vi ppellatum, ter die fieri amarum salsumque, ac eindè dulcem, totiesque etiam noctu, scaten-em albis serpentibus vicenûm cubitorum l. 31. ap. 2. Vita humana talis lacus, in quo multi ser-entes genimina viperarum,

--- dolor & voluptas
Invicem cedunt, brevior voluptas.
Et subtexta malis bona sunt, lacrymæq; sequuntur
Vota, nec in cunctis servat Fortuna tenorem.

LXXXIX.

Fons in Chersoneso Rhodio-rum.

Effunde sicut aquam cor tuum. Threnod. 2. 9. Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post nagnum intervallum temporis, fœda quæ-

 dam

dam turbidus ex intimo fundat, donec liberat eliquatusque eſt. Seneca l. 3. qq. Nat. cap. 2 Imago Pænitentiæ & confeſſionis; optimu liberandæ eliquandæque mentis medium! N hil rarius, adeò ferè nullus qui dicat: quid f ci? Jerem. 8. verſ. 6. *Nam quis*, ut queritur J venalis,

Peccandi finem poſuit ſibi? quandò recepit
Ejectum ſemel attritâ de fronte ruborem?

Sed nihil ſalubrius, nihil DEO acceptius. *N veris volo non ut eſt apud præſulem fori, ſic eſſe ap judicem Mundi. Namque ut is qui propriâ vob non tacuerit flagitia damnatur; Ita nobiscum, q eadem DEO fuerit confeſſus, abſolvitur.* Sidoni lib. 4. Epiſt. 14.

XC.

Fons Garamantum.

In anguſtiâ quæſierunt te. Eſa. 26. 16. Garamar tum oppidum eſt Debris fonte miro,

Frigore qui noctis fervet calefactus & umbris,
At Solis friget radiis glacialis & igni.

Priſcianus de ſitu Orbis. *Quis ergò non ſtupea fontem, qui friget calore, colet frigore?* Solin. cap 31. Sed hoc plerisque hominum eſt ingenium quando Sol illis candidus affulget, algent, niv Gallicanâ frigidiores: Si nox ingruat tempeſta temque hyememque ferens incaleſcunt, ut ſa pienter dixerit Idiota de contempl. Patient cap. 1. *Quamvis omnis fortuna timenda ſit; tamen magis timenda eſt proſpera, quàm adverſa: quia hæc quidem ſæviendo erudit; illa autem blandiendo ſeducit.*

XCI.

CXI.

Aqua Stygis.

Fortiſſimi quique interfecti ſunt ab eâ, viæ inferi domus ejus. Proverb. 7. 26. Alter Stygis fons eſt circa Theſſalica. Tempe,viſus omnibus terrori eſt, traduntque etiam æs & ferrum erodi illa aqua. Profluit brevi ſpatio, mirumque, ſiliqua ſylveſtris amplecti radicibus fontem eum dicitur, ſemper florens purpurâ, ex Plin. l. 31. cap. 2. Schenck. l. 7. obſ. Medicin. 4. pag. 9. *Siliquæ*, S. Lucas Græcè vocavit κεράτια quod fructus cornuum formam habeat noſtri S. Johannis-brod/cibus tenuiorum hominum, undè Horatius l. 2. Epiſt. 1.

--- *Vivit ſiliquis & pane ſecundo,*

& porcorum eſt. Luc. 15. 16. Theophylact. *aſſimilatur ſiliquis peccatum, dulcedinem habens & aſperitatem, delectat enim momentaneè, & perpetuò cruciat.* Euthymius voluptates putat indicare.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Arridet oculis voluptatis virens purpura, palato dulcis ſilicula; at radices Stygem implicant, quæ æs quoque & ferrum erodit, adeò verè dixit Xenophon; *Multò plures poſſe in vincendis hoſtibus, quàm voluptatibus ſuperiores evadere.* In vita Ageſilai c. 33. Quod ut de omni, ſic de meretriciâ voluptate inprimis, uſu comprobatur. Appoſitè vetus quidam:

Omnis mulier intra pectus virus celat peſtilens,
Dulce de labris loquuntur, corde vivunt noxio.

Denique sola asini ungula reperta, neque u la alia materia, quæ non perroderetur à vener Stygis, Plinius l. 30. c. 16. Ita fieri nequit, ut a impuris voluptatibus animus nullam capiat n xam, nisi prorsùs sit ἀναίσθητος, atque adeò ips Asini ungula stupidior. *Amare & sapere, nec DE conceditur.*

XCII.

Lacus Nidrosiensis.

Aquæ plurimæ non poterunt extinguere. Canti 8. 7. Propè Nidrosiam Metropolin Norvegi Lacus est qui in summis frigoribua non conge latur, in fundo enim venis sulphureis scate & fervidus est, vide Olaum. M. lib. 2. cap. 1 Sic Charitas, etiamsi in summo sit frigida, i cordis fundo tamen fervet, nec ullo aut frigore aut aquarum cumulo extinquitur. Non in ori superficie est, verbis non ostenditur, sed factis *Parvus amor est qui oris testimonio sufficienter ape ritur.* Ennod. lib. 7. Epist. 8. *Avi & atavi no stri cùm allium & cepe eorum verba olerent, tamen* ait Varro Bimargo, *optimè erant animati.* Mult calida & callida verba dant, quorum animus frigidior est rigente brumâ. *Salices frugiperdæ* de quibus Petrus Ravennas Chrysologus; *Sicut sterilis arbor quæ vernali tempore cùm tota candescit in flore, fructum non dat, sed fallit: Ita Charitas quæ putatur, & non est occasionum concussa fluctibus, evanescit.* Serm. 162. Addo, ut miraculum est lacus ille in hyeme non duratus gelu; Sic verè Charitas.

Rara

Rara avis in terris, nigroq; simillima Cygno.
Adeò ubique *refrixit!* Matth. 24. 12.

XCIII.

Insula natans.

Omni custodiâ serva Cor *tuum*, Prov. 4. 23. Quid ita omni? Quia fugitivum est, vagum est; *Petulantium puerorum, more semper se domo proripit, ut vanitatibus & lusibus suis indulgeat: Est velut canis venaticus pruriens pedibus ad venationem & ad prædam suam omni momento exire gliscens.* Haëfftenus in Schola cordis lib. 2. Lect. 1. *Nihil est in me, Corde meo fugacius*, quæritur S. Bernhardus. cap. 9. Meditat. Hinc *David*, 2. Sam. 7. 27 *invenisse se dixit Cor suum, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi velut fugitivum, & non posse comprehendere, ac clamare ad Dominum: Cor meum dereliquit me!* Psalm. 38. v. 13. Augustin. in Psalm. 85. In mari versùs Hiberniam, ajunt, insulam, cui ex re nomen venerit *Fugitivæ*, visam & à navigantibus sæpè petitam semper effugere solitam, nullique se calcabilem præbere voluisse, donec sua-su senis cujusdam Sapientis tela ignea in eam projecta sint. quod ignem Lemuribus, à quibus insula possessa tenebatur, adversari dixisset. Talis insula est Cor nostrum, solo igni Gratiæ & verbi Divini stabiliendum Hebr. 13. 9. sic D. Dietericus in Sap. cap. 1. conc. 5. pag. 71. Ergò utique summa diligentia custodiendum. *Bonum castellum custodit qui corpus suum custodit*, vulgi verbum est. de quo Bernhard. sermon. 46. ex Parvis: Quantò magis, qui Cor?

XCIV.
Alia.

Circumferri quovis vento, Ephes. 4. 14. Ipse a Catulias natantem insulam vidi, quæ & arbore habet & herbas nutrit, tamen aqua sustinetu & in hanc atque illam partem non tantùm ven to impellitur, sed & aura. Nec unquàm illi pe diem & noctem in uno loco statio est. Senec l. 3. qq. Nat. cap. 25. Meminit & Macrob. 1. Sa turn. c. 7. & alii. Tale est ingenium τῶ ἀστηρίκτω quale arundinum fluviatilium

--- quas leniter adstans
Aura susurrantis posset confundere venti.

Quid multa? Verè Boëthius l. 2. Met. 3.

Constat æternâ positumq; lege est,
Vt constet genitum nihil.

Volvunt mortalia vices crebræ & omnium rerum fu gâ vivitur. Symmach. l. 8. Epist. 27.

XCV.
Insulæ Accipitrariæ.

Saturitas divitis non sinit eum dormire. Ec clef. 5. vers. 11. Navigantibus ex Hispania in Americam obviæ sunt Insulæ Accipitrariæ: Pri mus detexit Bentencurius Gallus & Lusitanis vendidit; id mirum! circa eas qui navigant infe stari culicibus, cimicibus, pulicibus, pediculis, sed simul atque prætervecti fuerint, liberantur. Ex Navigat. Hulsii. Idem accidit in hoc vitæ humanæ Pelago ut circa Accipitrarias, avaritia

& am-

x ambitionis sedem, vela facientes multi undique circumstrepant culices, pediculi, qui oculis omnum videre non sinunt, & edacibus morsiunculis animum exagitant. Nam ut de avaritia cecinit. Prudentius in Psysomach.

Cura, fames, metus, anxietas, perjuria, pallor,
Corruptela, dolus, Commenta, insomnia, sordes
Eumenides Furiæ, monstri comitatus aguntur.

Ita pediculos, ait Aristophanes in Pluto, vellicare aurem & immurmurare

--- πενήσεις ἀλλ' ἐπανίςω!

Bene igitur Salomon: *Melior pugillus cum requie.* Eccles. 4. 7. vis te non infestari ab istis cimicibus, accipitrarias prætervehere, idque quam primùm: *in freto viximus, moriamur in portu.* Senec. Epist 19.

XCVI.

Montes & Luci asyli.

In Monte Sion erit Salus. Joël 2. 32. In monte Parthenio Templum erat Panos, & circa illud area Aula dicta, in qua cervis aliisque imbellibus feris tutissimus receptus erat, adversùs Lupos & Leones: Ælian. l. 11. hist. anim. c. 6. Fortè non alius est locus in Lycæo monte Arcadiæ, sacer Jovi Lycæo, quo feras confugientes venator non persequitur, & jaciunt illæ in hac sacra area nullam de se umbram. Pausan. in Aread. Sic apud Venetos Lucus fuit Junonis Argivæ, & alius Dianæ Ætolicæ, in quibus cervi inter lupos agebant impunè, Strabo l. 5. Pertinet huc Mons Kindaculle apud Austro Gothos altissimus, amœnissimus, & omni-

& omnium fructuum ſponte ſuâ feraciſſimus, u
ſit quaſi Paradiſus, ad quem nautæ tempeſtati
bus jactati remis veliſque contendunt, nam ad
pedes ejus tranquilliſſimus portus eſt. Olaus l. 1
&c. Talis mons eſt Sion Eccleſiæ, in quo ſi
quod ex Eſaia c. 11. in Sibyllinis extat; ex ver
Caſtalionis;

Cumq; Lupis agni per montes gramina carpent,
Permixtiq; ſimul pardi paſcentur & hædi,
Cum vitulis urſi degent, armenta ſequentes,
Carnivorusq; Leo præſepia carpet uti bos,
Et pueri infantes colubros in vincula mittent.

XCVII.

Montium concurſus.

Mons perniciosus. Jerem. 51. v. 25. Mon
tes ſunt Principes & potentes; ſi boni; umbrife
ri, frugiferi,

--- tempus iræ dare
Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo
Hæc ſumma Virtus, petitur hac Cœlum viâ.

Seneca in Octavia. Et ut iſti immoti, ſic Princi
pum fidem eſſe decet;

Quâ ſine non tellus pacem, non æquora norunt.

Longè lateque conſpici poſſunt. *Quantò excellen
tiorem locum tenemus inter homines, tantò magis
omnium patemus adſpectibus; omnium itaque mortali
um oculi, omnium judicia, omnium vota noſtrum velle
ac nolle conſiderant*, ait Conſtant. M. in Epiſt. ad
Helen. Matr. Deniq; teſtante Senec. in Oedipo;

Ut alta ventos ſemper excipiunt juga;
Imperia ſic excelſa fortunæ objacent.

At

At cùm concurrunt terrâ movente, nihil per-
iciosius. Sic Anno Urb. Cond. 666. quo so-
iale bellum exarsit, in agro Mutinensi duo
nontes inter se concurrerunt, crepitu maximo
assultantes, recedentesque, inter eos flammâ fu-
noque in Cœlum exeunte: eo concursu villæ
mnes elisæ, animaliaque multa, quæ intra fue-
unt, exanimata sunt. Julius Obseq. de Prodig.
ap. 116.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

XCVIII.

Æthna.

In irâ memor misericordiæ. Habac. 4. 2. Sicilia,
ut est apud Priscian. de situ Orb.

--- montem mirandum sustinet Æthnam,
Vertice qui summo rigidâ nive temperat ignem,
Nec superant flammæ frigus, nec frigora flammas.

Possis ad impuros amatores transferre, in quibus
durissimum frigus est, si Deum, si proximum re-
spicias, & tamen, si amoris amentiam

--- acrior mentem excoquit
Quàm qui caminis ignis Æthnæis furit.

Seneca Herc. Fur. Sed ad Deum venustiùs, qui
Iræ vindices flammas, nive & refrigerio gratiæ
semper temperat, *De nostro justus*, ut ait Tertullia-
nus, *de suo optimus.* Denique apud inferos quoque
eodem modo Tartarus, ut visum antiquis,

--- Cohibet, mirabile dictu,
Æternam flammis glaciem, æternoque rigore
Ardentis horrent scopuli ---

ut de Æthna scripsit Silius lib. 14.

CXIX.

XCIX.

Spelunca Dalmatica.

Iracundia quiescit in sinu stultorum. Eccle 7. 11. Specus est in Dalmatiæ ora, vasto in præ ceps hiatu, in quem dejecto levi ponder quamvis tranquillo die, turbini similis emica procella. Nomen loco est Senta. Plin. lib. cap. 45. Similia feruntur de lacu Lucernatiur in Helvetia, lacus Pilati vocatur, obsessus ab im mundis Spiritibus, in quem si quid deditâ oper conjiciatur, statim fremit, intumescit, effluit agris perniciem affert & obviis quibuscunque ut prodidit Vadianus in Pomp. Mel. Lignaridu in oblectam. Academ. &c. Alia vide apuc Majolum Colloq. XII. Zach. Theobaldus alium describit lacum in finibus Bohemorum situm non procol à Schüttenhoff/ cui nomen sit Bavarico, ut loco ubi est, in jener Welt/ in altero mundo, cui si ferrum si lapidem injeceris, non prius quiescere videbis, quàm è fundo iterùm emoritur, & quasi evomuerit. In Arcan. Nat. Tali specus, talis lacus est cor τῶ φιλαυτίων καὶ μιχεχαυτίων, quibus animus

--- *levior cortice & improbo*

Iracundior Adriâ;

Si bene quid feceris *levior plumâ est gratia*, si vel minimo digitulo offenderis *plumbeas iras gerunt*, & vel ad imprudens verbulum ita excandescunt, ut *ab iis Lucernam*, loquar cum Theocrito, *possis accendere*. Malæ mentis, mali Spiritus argumentum! Nam ubi bona Mens, ubi S. Spiritus, ubi

Alcyo-

lcyonii quasi *dies* sunt. Venustè Petronius in *tyrico*: *Incultis asperisque regionibus diutiùs ni-s hærent; ast ubi arato domefacta tellus nitet, dùm queris levis pruina dilabitur: Similiter in pectori-s ira considit; feras quidem mentes obsidet, erudi-s præterlabitur.* Quô nihil ad sententiam Sa-moniam aptiùs quadraret.

C.

Ager calvus. Lacus Gadarenus.

Ne diligatis Mundum. 1. Joh. 2. 16. Apud In-os campus est venenosum gramen edens, quo sta animalia pilos & cornua amittunt, undè omen Calvo. Itaque Elephanti refugiunt, & l ex eo natum gustant. Ælianus lib. 8. hist. nim. c. 15. Par veneni efficacia aquæ Gadarenæ, qua quod biberit pilis, unguibus, & cornibus, si uod sit cornutum, animal destituitur. Strabo 16. voluptas, honor, opes virulenti succi, κα-ν βλάστημα sunt. Tres denique in Mundo qua-lacus sunt in quibus maxima pars hominum eritat; Tria stagna, ait Marcellus Palingenius Sagittario:

Quorum unum fertur limosum illique Voluptas
Præsidet: ast aliud spinosum dicitur, in quo
Regnat Avaritia, & Lucrandi effræna cupido:
At reliquo est nomen fumoso, cujus habet jus
Imperiumque tenet sit ibunda superbia honoris.

obur omne animi & corporis enervat mundus.

Tri-

Triplex ille mundanæ voluptatis fons, eande
habet indolem cum aqua Salmacis:

Quisquis in hos fontes vir venerit, exiit indè
Semivir & tactis subitò mollescit in undis:

Ovid. 4. Metam. *Impedit consilium voluptas*,
rationi inimica est, & mentis, ut ita dicam, perstring
oculos, nec ullum habet cum Virtute commercium,
cero de Senectute.

CI.

Fons Job.

Sufferentiam Job audistis, & finem Domini v
distis. Jacob. 5. vers. 11. Fons Job in Idu
quater in anno colorem mutare dicitur, id e
pulverulentum sanguineum, viridem & limp
dum, ternis mensibus in anno tenens unum e
his colorem. Hæc Isidorus lib. 13. Etymo
cap. 13. quæ Boccatius de fontib. repetit. I
omnium rerum vicissitudo est. *Nostra certè m*
tatio, quod clausis, vel in totum Homericis oculis l
quet, totum versiforme est: dies & nox invice
vertunt: Solstitionibus annuis, Luna modulationib
menstruis variat, &c. Tertull. de Pallio. Fel
patientia!

Fortiter malum qui patitur, idem post potit
bonum!

Specta Jobum, cui post pulverem & sanguine
nunc æternùm viret voluptas, & quasi limpid
fluit ac sincera lætitia. *Meritò igitur beatificamus q*
sustinuerunt, Jacob. 5. v. 10.

--- *Dicimus autem*

H

Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ
Nec jactare jugum vitâ didicêre magistrâ.
uvenal: Satyr. 13.

CII.

Aurea Pythiæ mensa & alia.

Non in persuasoriis humanæ Sapientiæ verbis.
.Cor. 2. v. 4. De Pythiæ auri fodinis, & inexlebilisiti, deque uxores prudenti consilio, quo nimum auro unicè deditum mariti ab isto stuio nonnihil abduxit, appositis omne genus ex uro elaboratis eduliis, visu quidem elegantibus ed quæ avido stomacho placando non essent, ùm neglectis agris omnes in eruendo auro esent subditi, famesque jam premeret regionem, otissima est historia. Argumentum elegans, ihil humanarum rerum famem mentis nostræ xsaturare. Heliogabalus Parasitis suis in secunlâ mensâ sæpè ceream Cœnam, sæpè ligneam, æpè eburneam, aliquandò fictilem, nonnunuàm vel marmoream etiam vel lapideam exhiuit, ut solis oculis vescerentur, & manus, quasi omedissent, lavarent. Lamprid. in Heliogab. loquar? an sileam? nunquid Deus, ipse insanos Mundi hujus Parasitos ita ludit? Quid omnes ersarum montes, qui toti aurei fuisse credebanur? quid honores quid voluptates, ipsa humana apientia eloquens, & Eloquentia sapiens, quid? isi cibus ex auro, ebore, marmore? quem qui sse velit, cum calceatis dentibus veniat oportet, iec magis tamen abibit satur, quàm Tantalus aud Inferos.

Qui sitit inter aquas & poma fugacia captat.
Ita fit, quod prædixit Dominus, *mensa in laqueu*
ex Psalm. 69. 27. nàm non satiat cibus iste s
suffocat. Sed aliud erat in animo. Oratio elegan
& quasi aurea, at verò in recessu sterilis, epulu
quoque est Pythiæ, Heliogabali mensa secu
da. Zeno *argento Alexandrino* similem dixit, sc
percusso, sed nihili. Plutarchus, *operi coronan*
virginem, quod ex pulcherrimis floribus conte
tum, diarium est & nullius frugis. Scitè Nazian
in distichis:

ἦχοι θαλάσσης ἀνδρὸς ἄφρονος λόγοι,
βρέμοντες ἀκτὰς, ȣ̓ πιαίνȣσι χλόας.
Ut litorales sunt soni stolidi logi,
Fremunt in acta, nec solum pingue faciunt.

CIII.

Aureum rete, argentea anchora.

Aurum & argentum stabiliunt pedes, Sirach. 4
25. Sunt quasi anchora firmissima, ut vulgo v
detur, sapientibus non item;

Quisquis habet nummos secura naviget aura
Fortunamque suo temperet arbitrio.

Petronius in Satyr. Phœnices in Tartessum nav
gantes primò, tantam argenti vim ex permut
tione aliarum mercium comparârunt, ut nauti
vasa, omnia, etiam *anchoras* sub discessum *arge*
teas facerent, quod naves non essent capiend
tot opibus. *Argenteâ anchorâ niti* idem quod *a*
gent

enteis hastis pugnare, & aureo hamo piscari. Nerò iscatus est *rete aurato*, purpura coccoq; funibus exis. Sueton. in Nerone. Pulcherrimum nassæ ut reticuli genus, mirum si non pisces ipsi suâ ponte se induerunt. Nempè ut in auream Timothei Atheniensium Ducis nassam urbes spontè ngrediebantur, dormiente ipso, de quo alibi. Euripid. in Bellerophonte citatus à Seneca, de Pecunia venustè dixit:

Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Meritò illa amores cœlitum atq; hominum movet.

CIV.
Æneus aper Caledonius.

Non est finis ulli populo. Eccles. 4. 12. Novitatis semper avidum est vulgus, regnantibus nunquàm non infestum, præsentium tædio, futurorum ambitu. Id aper ille Caledonius significabat, qui Constantinopoli erat in Hippico æneus, setis horrentibus & dentibus fulmineis Leonem invadens, cui conjux Alexii Comneni Euphrosyna magicis artibus dementata rostrum præcidit: At Isacius Angelus in imperium restitutus in magnum Palatium transtulit, sic plebem se in officio retenturos sperabant. Nicetas Choniat. in Alexio & Isacio l. 3. & 4. Annal.

Tradere turpi fasces populus
Gaudet, eosdem colit & odit.

Meritò igitur timet, qui timetur.

λαῷ μὴ πίστευε, πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος,
Ne vulgo credas, varium & mutabile semper.

CV.

Vitreus globus præstigiatorum.

Non esse sapientum cibum, uon prudentum divitia Eccles. 9. 11. Quid ita? brutorum ergò & dor mientibus

--- per ventos assa columba venit?

Refert Nicephorus Gregoras. l.8. suâ tempesta te venisse Constantinopolin præstigiatores Æ gyptios, quorum aliquis vitreum globum in a tum jactatum, relabentem, nunc digito unc nunc cubito, nunc alio modo dextrè excipieba Vitreus globus Fortuna est, nàm ut est in Mim

--- cùm splendet, frangitur:

hunc cœlò delabentem excipere prudenter sum mum ad felicitatem compendium est. Ita pil sparsivæ confert divitias S. Asterius homil. i Calend. Januar. quæ datatim ab alio ad aliu transvolat, & ex arte excipi debet. Quomod tali cadant bono eventui in manu est; sed art est qualemcunque jactum bene disponer Sensus itaque est dicti Salomonii: (quamv aliqui Epicureis tribuant, omnia in casu poner tibus, & apud quos Fortuna utramque facit pa ginam) non solo consilio & prudentiâ niti de bere nos, multum in fortunâ, *quàm Philosoph nihil suâ vi posse, sed providentiæ ministram esse vo luerunt.* Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16. Fallitu Juvenalis:

Nullum Numen abest, si sit prudentia: Sed Te
Nos facimus, Fortuna, Deam, cœloq; locamus.

Quar

Quare fallitur? quia φρόνησις τύχης δεῖται, *Prudentia eget fortuna comite.* Plutarch.

CVI.

Vitrum ductile.

Septies cadit justus. Proverb. 24. 16. Fertur sub Tiberio Cæsare quendam artificem excogitâsse vitri temperamentum, ut flexibile esset & ductile. Qui cum admissus esset ad Cæsarem, porrexit Phialam, quam ille indignatus in pavimentum projecit, (imò, ut ex Petronio refert Saresber. l. 4. Policrat. c. 5. Faber ut admirationem intuentium verteret in stuporem ipse se in pavimentũ projecit tanto impetu, ut nec constantissima & solidissima æris materia maneret illæsa) artifex autem sustulit phialam de pavimento, quæ complicaverat se, tanquam vas æneum, deinde malleum de sinu protulit & phialam correxit. Hoc facto Cæsar dixit artifici: Numquis alius scit hanc condituram vitrorum? Postquàm ille jurans negavit alterum hoc scire, jussit eum Cæsar decollari, ne, si hoc cognitum fieret, aurum pro luto haberetur, & omnium metallorum pretia abstraherentur. Hæc Isidor. l. 15. Orig. c. 15. Mirus Faber est Deus Opt. Max. vasa Gratiæ, quæ præparavit ipse, sæpè quasi pessum daturus solo affligit, ut stupeat orbis, expavescant ipsa: *Nùm robur mihi lapideum? nùm caro mea chalybea?* tinnit quasi Sanctissimus Jobus, optatque *conteri & comminui,* cap. 6. vers. 9. 12. Sed exspecta paulisper: refinget ille opus suum de pulvere suscitatum, quod ita temperavit, ut cadere

 possit,

possit, perire non possit. *De operibus Dei non est ju-
dicandum ante Quintum Actum.*

Dextra Dei in melius vertere cuncta potest.

CVII.

Turris ferrea.

Nervus ferreus cervix tua. Esai. 48. 4. Turr
ferrea apud inferos fingitur à Platone Poëtaru
Virgil. 6. Æneid.

Porta adversa ingens, solidoque adamante columm
Vis ut nulla virûm, non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ valeant ---

Superbia est: *quam nec Divinus timor, nec huma
virtus nec famæ verecundia revocare potest.* Fu
gent. Placiad. de Virgil. Contin. Ejusdem imag
est turris Babylonica, vide Hieron. Lauret. Sy
Allegor. in Turris. Vere enim γιγαντία superbi
montes imponit montibus, --- *& cœlum territ
armis.* Pectus habet ferreum --- *& rigido sta
adamante fores!* Zachar. 7. 12.

At mihi magnoperè faber est invisus, in altum
Qui struit, adbitens superare jugum Oromedont
ut est apud Theocritum.

CVIII.

Ferri Messis.

Exspectavimus pacem & non est bonum. Jere
14. 19. Ferrum alicubi in Cypro seritur cir
Tyrrhiam, aquaque perfusum crescit, ut me
& colligi possit. Aristot. in Mirab. Auscul

ô Pa

ô Patria! quàm larga ubique ferri ſeges eſt! Succreſcitque indies ut irrigua herba! At tu Paci infenſa turba,

--- fœcundum concute pectus
Disjice compoſitam Pacem, ſere crimina belli!

Ferrum ſeris, ferrum metes! Gal. 6. 6.

--- authorem ſcelus
repetit, ſuoq; premitur exemplo nocens,

CIX.

Aurea Tantali Phiala.

Omnes in unum ſpiritum potati ſumus. 1. Cor. 12, 13. vel ut apud Clement. Alexand. legitur: πάντες ἑνὶ πόματι ἐπιόμεν. Habeant ſibi Brachmanes auream illam Tantali phialem, cujus gratia Philoſtratus ait Apollonium ſuum latiſſimo Phiſòn amne transmiſſo perveniſſe ad Brachmanas, ut Hiarcham in throno ſedentem aureo & de Tantali fonte potantem audiret, verba ſunt Hieronymi in Prologo Bibl. ad Paulin. Nam apud Brachmanas fuit ſtatua quadricubitalis Tantali ſubſcriptione notata, quæ propinanti ſimiles porrigebat phialam, plenam ſemper liquore incorruptibili, nunquàm tamẽ exundantem, è qua bibere ſolebant ante ſomnum, amicitię firmandę cauſa, cujus ferunt Tantalum fuiſſe ſtudioſiſſimum. Nobis alius divinior calix eſt præbitore Chriſto Domino, crater Philotheſius, in mutuam *charitatis conteſſerationem*, viaticum morientium, pharmacum immortalitatis; hic verè incorruptibilis liquor Sanguinis Dominici, ſemper abundans

nunquàm ſuperfluus, quem effudit cor ejus
cruce

Teſta quidem felix quæ Vitæ fonte repleta,
Corpora noſtra fovet, animas quoque pace quieta.

Petrus Bleſenſ. de Euchariſt. cap. 9.

CX.

Poculum Alexandri, & Veſpa-ſiani.

Calix in manu Domini. Pſalm. 75. 7. plenus m
ro mærore, temeto tribulationum. Hauriendu
tamen etiam cum gratiis, quia Poculum Reg
& Patris eſt. Magnus honor cum Rege bibe
eodem poculo! Invitavit Macedonum aliquar
do Alexander novem millia, habitusque omn
bus is eſt honor, ut de eo poculo biberent e
quo Rex propinaſſet. Arrianus lib. 7. de re
geſt. Alex. Veſpaſianus Aviæ Tertullæ, ſub qu
educatus fuerat, memoriam tantopere dilexi
ut ſolemnibus ac feſtis diebus poculo quoqu
ejus argenteo potare perſeveraverit. Sueton. i
Veſpaſ. poſt pr. Nos bibere renuemus, und
priùs Rex & Pater?

--- Quid, vita, rependam
Pro vita tibi, Chriſte, mea? niſi fortè ſalutis
Accipiam calicem, quo te mea dextra propinet,
Ut ſacro Mortis pretioſæ proluar hauſtu!

Paulin. in Natal. Felic. 9. ex Pſalm. 116. 13.

CXI

CXI.

Cœlum Babylonicum, aureæ aviculæ.

Quantò magnus es humiliare. Sirac. 3.20. Apud abylonios porticus erat, in cœli effigiem extruta, & Sapphiro, quæ cœlestis coloris gemma est, ncrustata; siderum instar habebant aureæ Deoum Babyloniorum imagines: ex testudine endebant quatuor lynges, motacillas aut torquillas vocatur Latini, quæ *Deorum Linguæ* diceantur, significantes Adrasteam Nemesin, & nonentes Regem, qui ex eo loco jus populis daat, hominem sese meminens, ne supra conditioem se efferret. Philostratus l. 1. de Apollon. De œlo Cosrois suprà dixi, nec absimilis fuit Contantinopolitanorum Impp. Sedes Augusta, in qua Legatos solebant audire,

Quatuor eximiis circumvallata columnis,
Quas super ex liquido præfulgens cymbius auro,
Immodico similans convexi climata Cœli,
Immortale caput, soliumque sedentis obumbrat.

ut depingit Corippus l. 3. in Justin. Min.

Dominare tumidus spiritus altos gere,
Sequitur superbos ultor à tergo Deus!

Alludit ad Cœlum Babylonicum Esa. c. 14. 12.

CXII.

Corona Ænea.

Non est pax impiis. Esa. 57. ult. Henricus VI. Imp. Tyrannum quendam qui Apuliæ &

Siciliæ regnum affectâsset, horrendo supplic
peremit, æneam ei coronam quatuor clavis in
gens, habes, inquit, coronam quam venatus e
nemo tibi invidet, fruere desiderio tuo! N
cetas Chroniat. in Alex. Comn. lib. 2. Ann
vide Phil. Melanchth. lib. 4. Chronic. Ta
est corona gloriæ & felicitatis impiorum, trab
libus clavis infixa, *plus fellis quàm mellis habet*! T
lis Tyrannorum potentia! *Neque frustrà pr*
stantissimus Sapientiæ Socrates (apud Platon.
Repub. vide Lipsii comm.) *firmare solitus est*,
recludantur Tyrannorum mentes, posse adspici lani
tus & ictus: quandò ut corpora verberibus; ita sævit
libidine, malis consultis animus dilaceretur. Taciti
lib. 6. Annal. Ὀυδὲν Τυράννυ δειλότερον Plutarch.
Arato. Exemplum apud Valer. Flacc. lib. 1.
25. Pelias, cui

Non nulla quies animo, fratrique paventi
Progeniem, Divûmque minas;

apud Egesippum Herodes, *aliter se non putans e*
securum, nisi deficeret genus humanum, l. 1. Exci
cap. 40. Vide Nicetam in Manuel. l. 4.

CXIII.

Artemisiæ trophæum.

Curam habe de bono nomine. Sirac. 41. 16. A
temisia post Mausoli Regis sui mortem devict
Rhodiis trophæum in urbe Rhodo constitui
æneasque duas statuas fecit, unam Civitatis Rho
diorum, alteram suæ imaginis urbi illi stigma im
ponentis. Rhodii posteà religione impediti, *nef*
enim erat trophæa dedicata, removeri, circa eu
locu

ocum ædificium extruxerunt & id erectâ Grajâ tatione texerunt,ne quis adſpicere poſſet, & id *baton* vocari juſſerunt. Ita Vitruvius l. 2. archit. . 8. Bona fama tenerrima rès eſt,ſemel læſa tegi ortaſsè,perſanari non poteſt unquàm.

Obducas licet usque cutem,manet usque cicatrix,
Uque tegas ſemper vulnera,vulnus habent.

Meritò itaque cura habenda eſt,potior quàm divitiarum ut Sirach. indicat. l. c.

Si bonam mihi ſer vaſſe famam,dives ero ſatis.

Plaut. in Moſtellar. *Pecuniam ſi cuipiam ademit fortuna,aut ſi alicujus eripuit injuria, tamen dùm exiſtimatio eſt integra, facilè conſolatur boneſtas egeſtatem.* Cic. pro Quint.

CXIV.

Delphicæ ſtatuæ.

Schema Mundi. 1.Cor.7.13.*Habitus mundi*, eſt apud Tertullian. & quaſi externa perſona, *vacua enim ſunt omnia, quæ cernimus*, ut eſt inter opera Cyprian. de laud. Martyrii, παράγει, tranſitivè, *decipit* adſpectu ſuo,fallit & ſeducit, ſic enim Faber Stapul. & Alciat. in παρεργ. ut perſona Tragica, quia juxta Petronium, *totus mundus agit hiſtrioniam.* Brennus Gallos ſuos, corruptis Delphorum captivorum ſuffragiis,induxit ut ſtatuas Delphicas,ferreas auro ſuperficie tenuitas,ex puro puto auro crederent.& alacriùs ſpe predę dimicarent. Polyænus l.7.Stratagem. Quid honor? opes? voluptas ? ferrum auro alluſum,qro quo mundus tantâ contentione dimicat! *Bene! bene! cùm quis*

aurum

aurum quærit, invenit gladium! S. Zeno ferm. I. (
Avarit.

CXV.

Dodonæum æs.

Pulsate & aperietur. Matth. 7. 7. Dodonæ fu(
runt duæ columnæ, in altera pendebat ænea pe
vis, in altera pensile pueri simulacrum, flagellu
æneum manu tollentis, quo vento inspiran
percussa pelvis ad moderatos ictus paulatim ir
crepuit, rogantibus numeris ligata reddens re
sponsa; at vehementius flante vento crebriùs
fortiùs icta diutinum & inconditum edebat tir
nitum. Hinc Proverbium: τὸ ἐκ Δωδώνης χαλ
κεῖον, de loquacibus, vide Adagia Erasmi. *Oport*
igitur ἀφιλονείκως καὶ ἀφιλοτίμως, ut utar verb
Clementis Alex. κρούειν τὴν θύραν τῆς ἀληθείας l.
Stromat. *modestè & placidè pultare ostium veritati*
nàm qui aliter faciunt εἰ τὴν ἄχρηστον ἐξάγοντ
φλυαρίαν, ut idem ait, ut fit in Sophistarum L(
schis, *hirundinum Musæa* dixeris;

--- *Verborum tanta cadit vis*
Tot pariter pelves tot tintinnabula dicas
Pulsari. Juvenal. Satyr. 6.
Nimiùm altercando veritas amittitur.

CXVI.

Æolipilæ æreæ.

Spiritu ferventes, Rom. 12. 11. Ad igne
flatu excitandos. *Fiunt*, ut docet Vitruvius, *Æoli*
pilæ æreæ cavæ, hæ habent punctum angustissi
mun

ium quo aqua infunditur, collocanturque ad
nem, & antequam calefcant, non habent ul-
m fpiritum, fimul autem fervere cœperint, ef-
iunt ad ignem vehementem flatum lib. 1. cap.
Licet autem, ut eodem loquar, *artificiofis*
rum inventionibus, divinitatis exprimere verita-
m. Aqua in Æolipilâ fcientia eft, & doctrina,
enim fæpè quoque in myfticis Scripturæ vi-
Lauret. Silv. Alleg. in aqua: hæc ut feliciter
fluat, inftillanda eft quafi, nec oneranda infir-
itas difcentium. *Vafcula oris anguſti fuperfu-*
m humoris copiam refpuunt, fenfim autem influenti-
us vel etiam inftillatis complentur, Quintil. lib. 1.
ftit. cap. 3. At nifi fervor accedat à Divino
ni, Spiritum aquæ iftæ habent nullum. Vis
nem excitare; priùs ipfe incalefcas neceffe
t.

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adfunt
Humani vultus, fi vis me flere dolendum eft.

ides quàm fine Zelo parum proficiat eruditio,
ne confcientiâ, fcientia? Omne in fanctè Docto
doctè Sancto *ftudiorum omnium culmen ante-*
nit, quod habet eminenti fcientiæ confcientiam fu-
riorum, ut cum Sidonio Apollin. loquar. l. 1.
pift. 9.

CXVII.

Draco æneus Sinenfium.

Draco Magnus. Exech. 29. verf. 2. Rex Ægy-
ti dicitur, & fit ad infigne ejus allufio, nam Cro-
odilus Ægypti Typus fuit, ut ex numis anti-
uis apparet; vide Occon. A.U.C. 707. Richter.
in

in præfat.Politic. *Draco* autem *aquatilis* Croc-dilus multo elegantiùs dicitur in sacra lingu quam apud Romanos Struthiocamelus *Passer m rinus*, Elephas *Bos Luca*, Gryphes *Pici* qui aure montes incolunt, Pantheræ *mures Africani*, Ca melopardales *oves feræ* &c. cùm adhuc stiva redoleret eorum lingua, ut Lipsius in Elect. Se sunt Tyranni ejusmodi Dracones magni, insa tiabiles, gentium damnis alti & educati, ut, jux proverbium, *Serpens nisi serpentem edat, non fit Dra co*. Sinensium Reges instituto barbarico, cùm le gatos audituri sunt, includunt se in vasti serpen tis simulacrum, audiuntque ex fenestella vitre non visi ipsi, sic metum & majestatem sibi con ciliaturi. Pigafet.l.3.c.2.

--- Sors ista Tyrannis
Convenit, invideant claris, fortesq; trucident,
Muniti gladiis vivant, septique venenis.
Ancipites habeant artes, trepidique minentur.
Claudian. in IV. Consul. Honori.

CXVIII.

CHRISTUS Dn. N. in labaro & alia.

Radix Jessæ vexillum populorum. Esa. 11. 10 ad quod omnes nempè confluant, quod vene rentur & colant, sub quo fortiter dimicent, un dé LXX. *consurget, ut si Princeps gentium.* Nàm u est in Senecæ Thebaide:

--- aurea clarum nota
Nomen Ducum vexilla præscriptum ferunt.

Ne

Nec ea, apud Gentes, Romanos inprimis, ali-
er culta, quàm si Imperator ipse adesset, cujus e-
int signa, de quo multa Alex. l. 4. c. 2. & ibid. Ti-
aquell. ut alios taceam. Hinc mos ortus ut Chri-
ti Domini Nomen à Christianis Impp. signis in-
criberetur, sic, ut litera P. X. medium à summo
issecaret, in velo purpureo, cujus hastile trans-
ersum cornu habebat instar Crucis, Eusebius
1. de vit. Const. c. 25. &c.

Christus purpuream gemmato textus in auro
Signabat labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

rudent. 1. adv. Symmach. Bene, nàm & in Cly-
eis olim Impp. mox Domini nostri Nomen in-
criptum. Prius ostendit Lipsius in Notis ad Ta-
it. pag. 37. posterius Notitia Imperii, ubi crux
lutaris in præcipuis scutorum signis est, quibus
egionarii inter se discernebantur. Sic insigne
hebeorum secundæ Valentis, fuit in clypeo al-
o, crux rubra, quasi Christi sanguine purpu-
ans, in cujus medio erat pelta, scutum breve &
unatum, quomodò apud Virgilium:

--- *Amazonidum Lunatis agmina peltis:*

ubri quoque coloris, aureo globulo inserto,
ubtùs hinc indè quiescebant duo Tauri. Scu-
um fortissimum nomen Domini, nulla orbem
neliùs tuebitur parma, quàm crux Salvatoris,
ub quâ etiam ipsi orbis præsides, per Tauros
ignificati ut Deut. 33. 17. tutissimi recumbunt.
v. Pancirol. ibid.

*Nil desperandum Christo Duce & auspice Chri-
sto.*

LXIX.

CXIX.

Labarum Juliani.

Per me reges regnant. Proverb. 8. 16. Id A-postata sed minùs feliciter indicabat, cùm J-vem pingi curaret in suo labaro, de cœlo purpu-ram & coronam deferentem; Martemque Mercurium se respicientes. vide Cuspin. in ej vitâ. Nempè: *Omnem potestatem à DEO esse, qui non legerunt, sentiunt; & qui legernnt, cogn-scunt.* Orosius l. 2. adv. Pagan. c. 1. Enim ve Ausonio teste,

Bellandi fandique potens Augustus honorem
Bis meret, ut geminet titulos, qui prælia Musis
Temperat & Geticum moderatur Apolline Ma-tem.

Sic T. Calphurnius de Imperatore, Diocletian forte, aut quisquis fuit, Eclog. 7. in fine:

--- *nisi me decepit visus, in uno*
Et Martis vultus & Apollinis esse putavi.

CXX.

Oscillatio ludus, larva argen-tea.

Vidi servos in equis sublimes; & principes ire pe-destres. Eccles. Salom. 10. 4. Errore male impe-rantium, qui nulli Principum favent,

--- *Super ipsius ingens*
Justat fama viri, Virtusq; haud læta Tyranno.

Valer. Flacc. l. 1. maximos itaq; honores ad inf-mos devolvunt homines, & sui similes ut supr

vu

vulgus suum emineant. Sed quoque Dei talis ludus est in hoc mundo. Ita ille quasi pilas habet homines, & humana omnia fingit, artatque utlubet. *Oscillatio*, Ludus erat apud veteres: erant autem *oscilla* imagunculæ, ex XIV. figuris Geometricis factæ, quæ variis vertibularum coagmentis, mille formarum species simulabant, homines & feras, res animatas & inanimes, ut alius alio scientiùs variegebat. Ausonius in præf. Centon. Virgil. Ejusmodi oscillum fuit *larva Trimalchionis argentea*, quæ in mensam abjecta, articulis, vertebrisque suis in omnem partem mobilibus, varias figuras exprimebat. Petron. in Satyr. θεῶν παίγνια ἄνθρωποι. Bene Theophilus Philosophus apud Fulgentium: Μῖμος βίος. *Sceptrum & chlamydem cui fabulæ assignant in scenâ, is cothurnatus & elatus cùm exierit excalceatur*, Seneca Epist. 76. Ita fit in vitâ.

CXXI.

Neurospasta simulachra.

Ne exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato; Rom. 6. vers. 12. 13. De Oscillis scribenti Neurospasta in mentem venêre. Erant automata, quæ adductis fidiculis membra modò hæc, modò illa venustè motitabant. Qui hoc ludicrum exercebant Neurospastæ dicti, si filum membri, quod agitare vellent, traxissent, torquebatur cervix, nutabat caput, oculi vibrabant, manus ad ministerium præstò erant, ut tota viderentur vivere. Apulejus & antè Aristotel. ut creditur, de

Mundo. Ita peccatum, illud in irregenitis re-
gnans, ludos facit, omnia eorum membra ad nu-
tum regens, & occultis ſuis quaſi fidiculis tra-
hens, ut nihil ſint aliud, niſi mortua hominum ſi-
mulacra, flagitiorum verè *ancillarioli*, ut cùm Se-
necâ dicam l. 1. de Benefic. cap. 9. Ejusmodi hu-
muncio, etiamſi Rex ſit

--- ſervit miſer atque
Ducitur ut nervis alienis mobile lignum.

Horat. l. 2. Satyr. 7.

CXXII.

Perſarum regium ſigillum.

Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter
Jerem. 48. 10. Sigillum Perſicum habebat imagi-
nem Rhodogunes Reginæ, Semiramidis puta
disjectis capitis crinibus. Poliænus lib. 8. Strate-
gem. ita enim capillis nondùm in ordinem com-
poſitis de rebellibus Babyloniis, cùm famam ac-
cepiſſet, vindictam exegit, quo ei habitu quoq
ſtatua Babylone poſita eſt. Valer. Maxim. lib. 9
cap. 3. Monet celeritate opus eſſe in bello. Μηδ
ἀναβαλλόμενος,

Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis.

Vel: Manifeſtis flagitiis confeſtim eundem eſſ
obviam, ne contagio in plures ſerpat.

--- tutiùs ergò
Anteire auxiliis, & primas vincere cauſas.

Gratius de Venat. Nàm ut ex ſerpentibus & vi-
peris aliisque venenatis conciſis antidotum &
Theriaca conficitur adversùs venena: Sic dece

im

mprobos & δολωῤῥάφυς concidere in commune emedium, ait Tzezes Chiliad. 8. v. 923. νόσυς ἔτιῃ ἰατρὸς, ἀφροσύνην θάνατ☉, *morbos medicus anat, sceleratum mentem Mors sola*, Phalaris in Epistol.

CXXIII.

Parma Antæi.

Pondus super se tollit, qui honestiori se commuicat. Sirac. 13. 2, Honestus verò vulgato hîc x alibi, qui propter opes & potentiam aliis hooratus. *Paupertas & honestas utraque à DEO.* irac. cap. 11. &c. Onus verè grande, & humiiorum humeris intolerandum, amicitia potenum, & verbo *Parma* quasi *Antæi,* quæ apud Tingitanos ostensa olim, signum urbis suæ ab isto onditæ, ut Pompon. Mela prodidit in Mauitan. lib. 1. cap. 4. Erat autem elephantino ergore exsecto ingens, & ob magnitudinem ulli nunc usuro habilis, quam locorum accolæ b Antæo gestatam pro vero habent, traduntque x indè eximiè colunt. Talis est infida cum otente societas grandis, culta à multis, sed nuli usuro habilis, onus non honos, pondus ad erendum gravissimum, ubi auxilio opus est evius plumâ & cuniculi capillulo. Clypeus est qualis ille Democriti, quem constituit contra xortum Hyperionis, & ita radiis Solis aciem sii effodit luminis, ut Laberius scripsit, de quo alii jam dictum.

Usibus edocto si quidquam credis amico,
Vive tibi, & longè nomina magna fuge!

Viv: tibi; quantumque potes prælustria vita;
Sævum prælustri fulmen ab arce venit.

CXXIV.

Sepulchra Parentum.

Certare super semel traditâ sanctâ Fide! Judæ E
pist. v. 3. Scythæ Dario inertiam exprobranti
quasi bellum declinarent, responderunt: tùn
ipsum cogniturum animos Scytharum, cùm a
Parentum suorum sepulchra venissent, pro i
enim se usq; ad mortem esse præliaturos, Vale
Max. l. 5. c. 4. Sepulchra Parentum libri sunt A
postolorum, qui nos per fidem Deo genuerun
Themistius; *Animam ego*, inquit, *Sapientis hom
nis illius Sapientiam esse arbitror, ac mentem & se
monem: Sepulchra verò ejusmodi animarum libros
scripta, in quibus tanquàm in monumentis recondit
eorum reliquiæ servantur,* Orat. 13. Pro his nos πα
ὁμῶ καὶ λαξ pugnare decet, & si opus sit, sacr
Fidei & Patientiæ

- - pugnando prognariter armis animam,

ut ait Ennius *de corpore mittere.* Agasicles Philo
phanem audire noluit, quod quorum, non esse
filius, eorum nollet esse discipulus. Plutarch. i
apophth. Lacon. Facit huc dictum R. Matthi
Ben Horeschi, qui scitè dictitabat: *Esto cauda Le
num, non esto cauda vulpium.*

CXXV

CXXV.
Sepulchrum Cadmi & Harmoniæ.

In captivitatem redigentes omnem intellectum, *ı obsequium Christi*, 2. Corinth. 10. ut ne pu- ne', adversetur, quod cùm sit certissimæ pestis ıdicium est, ut cùm Cadmi & Harmoniæ sepul- hrum in Illyrico mutuo conflictu mala omnia ortendit,

Cernitur hic tumulus, qui Cadmi dicitur esse
Harmoniæque simul, namque hîc serpentibus illi
Corpora post tempus longum mutâsse feruntur,
In senio, postquam Patriam Thebasque relinquunt.
Hinc illos aliud posuerunt numina monstrum,
Namque duo tumuli concurrunt peste futurâ,
Significant quoties sævissima damna Colonis.

riscian. ex Dionys. Afro de situ orbis. Sepul- hrum Cadmi quid est nisi prisca illa & origina- s Sapientia, authore ipso DEO antiquissimo ierum ad homines profecta? Ut Cadmi no- ıen videatur esse à *Kedem* deductum, à quo ıcademia. Hæc sic cum Harmoniâ id est cum ecta Ratione, quod sine prodigio quasi fieri ıequit, nàm ut verum vero, sic recta Ratio cum 'ide semper consonat & concordat, concurrat, c confligat, quam pestem, quanta damna fe- at, nemo nescit. Nàm ut Sol Lunam non xtinguit, sed suo lumine auget & venustat, ùm per se Luna non nisi exile habeat; meri- oque inter ostenta est relatum, *Solem visum esse*

cum Lunâ pugnare, Hartmann. Schedel. in Chron
Norib. apud. Wolff. anno. 1494. Cent. XV. I
profectò Fides rectam rationem non tollit, se
sanat, illuminat, dirigit, & si pugna sit, jam osten
tum est, & monstrum, futuræ in populo Dei p
stis præsagium & origo. Patiatur itaque se ha
ab illa regi, & deferat

--- *Submissis fascibus imperium.*

Tunc enim recta est cùm regitur, tunc ratio cùn
contra datorem satoremque Deum non insani
*Licet supereminens claritas Divinæ fertilitati, n
miâ subtilitate abdita sit, nec humanis omninò subj
ceat inquisitionibus, tamen quia eadem argumenta m
ximis minimisque causis conveniunt, non ex toto ip
se subtrahit nostris demonstrationibus*, ait Hugo E
terianus lib. 3 adv. Græcos præfat. *Veruntame*
addit, *spuria vitulamina hujusce acuminis præcide
da sunt proprietatis circumscriptione, quâ cognoscu
tur aliena.*

CXXVI.

Silenii Alcibiadæi.

Homo exterior & interior. 2. Corinth. 4. 1
Nihil ad explicationem hujus mysterii ven
stius, quàm quod de Silenis imagunculis Pr
verbio dicitur: Sileni Alcibiadis, de quo vi
Erasmum. Nam Athenis οἱ δημιεργοὶ Venere
& Gratias & ejusmodi alia pulcherrima De
rum simulacra solebant Silenorum & Satyroru
statuis quasi amicire, & sic πρόσωπον θεῖον ὑ
φαυλοτέρῳ σχήματι occultare, ut foris quide
ventrosus quidam & deformis senex, talis eni

erat Silenus, vel proverbio attestante, τῶν Σειλη-νῶν αἰσχίων *turpior Silenis*, appareret, intùs verò pulcherrima numinis alicujus imago exhiberetur. Tali Sileno confert Alcibiades Socratem, nos multò rectiùs Christianum, in quo sub turpissimo schemate hominis externi, peccato corrupti & quotidiè corrumpendi per renovationem, intùs homo novus, imagò DEI, occultatur, de die in diem formosior apparens. Sic S. Macarius hom. 43. confert eundem βαλαντίῳ σαπρῷ πεπληρωμένῳ μαργαριτῶν *marsupio putri margaritis referto*, nàm secundùm exteriorem hominem humilis & despectus, in interiore continet τὸν πολύτιμον μαργαρίτην *pretiosam margaritam*, illam de quâ apud S. Matth. cap. 13. vers. 45. de Silenis quæ dixi, habet Synesius Epistol. 154.

CXXVII.

Statua Memnonia.

Labia mea aperies & os meum annunciabit laudem tuam. Psalm. 51. 16. Apud Thebanos Ægyptios celeberrimum fuit olim Memnonis monumentum, quem ex Æthiopia ajunt Trojanis venisse auxilio. Fuit id statua ex nigro lapide, quamvis Zezes dicat πυῤῥοποίκιλον fuisse, hominis impubis, ita sedentis quasi consurgere jàm velit, oculiq; & labia sic sunt, quasi sermonem conari videantur. At radio Solis, quod fit cùm exoritur sidus istud in os incidente sonum quendam, artibus Magicis, edit dulcem,

quasi salutet salutare lumen, cui etiam assurgen videtur, oculisque hilaribus de adventu gratu lari. Sic Suidas Zezes addit histor. 64. Chiliad 6. pag. 110. interdiu, velut lætetur de Matris Aurora præsentiâ, χαρμόσυνον πέμπειν μέλ☉, noct contrà γοερὸν ᾄδειν. Ita fit; cùm bona Men mole malorum obruta, magis muta est quàm statua, si primoribus modò labris radius incida à summo illo Sole, exultabit & in hymnum erumpet ad Dei laudem Hoc est quod ait Rex Psaltes: *Ad vesperum demorabitur fletus ad matutinum lætitia!* Psalm. 30. v. 6. adde v. 9. & Psalm 40. v. 14. Expertus est S. Bernhardus, qui roganti, unde præsentiam Verbi gratiosam, deprehendat? *Vivum*, inquit, *& efficax est: Mox ut intùs venit expergefecit dormitantem animam meam &c. Cœpit quoque evellere & destruere, ædificare & plantare, rigare arida, tenebrosa illuminare clausa reserare frigida inflammare, ita ut benedicere anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto ejus!* Serm. 74. in Cant. Hæc matutina fuit Bernhardi lætitia, fletum vespertinum quoque accipere: *Dominus declinavit in irâ à servo suo, hinc ista sterilitas animæ meæ, & devotionis inopia, quam patior. Non compungi ad lacrymas queo, non sapit psalmus, non legere libet, non orare delectat, meditationes solitas non invenio. Ubi est illa inebriatio spiritus? ubi mentis serenitas, & gaudium, & pax in Spiritu Sancto?* Serm. 54. ibid.

CXXIII.

CXXVIII.

Scyphus Josephi auguralis.

Ignis probat ferrum durum; Vinum corda. Sir. 31. v. 30. Ex Calicibus divinare veterum fuit superstitio, species Hydromantias de quâ Delrius lib. 4. Disq. Mag. cap. 2. q. 6. sect. 3. Talem se Divinum simulat castissimus Josephus, ut personam, quam ex vulgi & fratrum opinione acceperat, prudenter quamvis joco, sustineret. Sic enim rectè explicant locum Genes. 44. v. 5. & 15. Augustin. D. Lutherus & alii. Sic ex vino licet augurari, qualis cujusque sit animus. *In vino veritas*, ajunt, *& quid in corde sobrii, id est in linguâ ebrii.* Quare ut canit Horatius ad Pisones:

Reges dicuntur multis urgere culullis
Et torquere mero, quem perspexisse laborent,
An sit amicitiâ dignus?

Quod Agathoclea fecisse memorat Diodorus Siculus, ut quo quisq; erga se esset animo exploraret, *Vino veritatem citra velamentum prodente.* l. 20. Hinc cum Siracide consentiens Theognis (nisi mavis hanc ipsam sententiam ex Theognide velut flosculum sacro Siracidæ serto aptatam, ut alias aliorum multas) ait:

Igne aurum argentumque solent dignoscere Fabri,
Sed qui sint homines, vina recepta probant.

CXXIX.

Poculum Herculis.

Vita animæ & corporis vinum modicum. Sir. 31. 36.

31. 36. *Scyphus* Herculis poculum eſt, ut Libe-ri patris *cantharus*. Herculem verò veteres ficto-res non ſine cauſa cum Poculo fecerunt: no ſolùm quod is Heros bibax fuiſſe perhibetur, ſe etiam quod antiqua hiſtoria eſt, *Herculem pocu tanquàm navigio ventis immenſa maria tranſiſſ* Macrobius l. 5. Saturn. cap. 21. Vino modera ſumpto non corporis modò ſed & animi vir excitantur. Ita fertur

--- magni Catonis
Sæpè mero caluiſſe virtus.

Qua de cauſa Amyclæ, de quibus Proverbiu apud Catull. in Pervigil.

--- Amyclas perdidit ſilentium;

Bacchum coluêre aligerum, quod animo qua pennas faciat, & ingenium evehat, uti ſe alite pennis. Pauſan. in Laconic. *Fomes & incita bulum ingenii Virtutisque ſi mens & corpus hominis i vino flagret*, Platonis apud Macrobium eſt l. 2. c 8. Itaque ut Herculi ſic Poëtis quoque pro nav eſt vinum, pro Cymba, Cymbium.

Magnus equus lepido vinum Geniale Poëtæ,
Potator undæ nil poteſt parere boni.

Niceratus apud Eraſm. in Adag. *Aquam biben nil boni parit.*

CXXX.

Poculis ſal inditum.

Vino qui delectatur non gerit ſapiens. Pro-verb. 20. 1. Moris erat olim ut convivis Gryphi ic eſt ζητήματα κυλίκεια proponerentur, quæ qu

non

non poterat solvere, eum salsum poculum ebibere oportebat, quod in hunc finem circumferebatur, & quidem manibus in tergum rejectis ἕλκειν ἀπνευστὶ educere sine respiratione. Refert ex Antiphanis Ganymede Athenæus l. 10. extremo. Monebant veteres vinum esse bibendum *cum grano salis*, quod ajunt. *Salem apponito*, vetus verbum est, prudentiam modum in rebus omnibus adhibendum indicans. Quod nisi fiat, *Vinum sapientiam* omnem expectorat, vel ut cum Eubulo dicit Plinius, *obumbrat*, --- vitiis alimenta ministrat, libidini inprimis, ut & Iracundiæ, stultæque simplicitati prodigæ arcanorum &c. Hinc caper in Poculis cælatus, *stat caper in Phialâ*, Martialis ait, & Juvenalis commemorat

---*Stantem extra pocula caprum*;

quia lascivos facit *Vinum* quod *Veneris lac* vocavit Aristophanes. De quo Sirac. cap. 9. 12. 13. Hinc Baccho cornua addita, undè ejus epithetha, ταυρόμορφος, ταυροκέφαλος & apud Orpheum βουκέρως, ut apud Latinos *Corniger* & *Bicorniger*, mosq; ut ex cornibus biberetur, de quo Langius l. 1. Epist. Medic. 29. Stukius in conviv. alii. Etenim

-- *tunc pauper cornua sumit*. *Vina parant animos*. vide Proverb. 23. 29. Hinc Pica avis loquax Baccho consecrata, quia *nullum secretum est, ubi regnat ebrietas* Proverb. 31. 4. *Nàm quis inter cyathos texit, quod latere cupiebat?* ait Ambrosius de Elia & Jejun. cap. 17. addit: *Plerique vino utuntur ut equuleo, & quibus tormenta non eliciunt vocem proditionis, eos tentant bibendo, ut Patriæ statum, salu-*

salutem civium, defensionis suæ prodant consilia. D[e] quo paulò antè. Nota sunt exempla Crassi apu[d] Dion. l. 51. & Bonosi apud Vopiscum,&c. Sal e[r]gò vino apponendum. *Sapientis Viri super mensa[m] celebre dictum est: Prima, inquit, cratera ad sitim per[]tinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem[,] quarta ad insaniam.* Apulejus 4. Florid.

CXXXI.

Poculum saluberrimum.

Calix Salutis. Psalm. 116. 4. ad literam, ut re[]ctè & breviter ibi docet Jansenius, intelligitu[r] poculum, quod in convivio gratulatorio coram Deo apud Judæos bibi cum lætitia, addo & bene[]dictione atque Gratiarum actione, solebat. De quo Constant. L' Empereur. Vir Clar. in Mid[]doth. cap. 2. sect. 6. *Calix*, inquit, *cujus Psaltes meminit, erat calix Gratiarum actionis, usitatissimu[s] apud Judæos: siquidem moris fuit inter eos, ut in quo[]tidianis etiam mensis DEO benedicentes biberent.* (de quo in Barochot & meminit Buxtorff. in Syna[]gogâ) *quantò magis ubi Eucharisticis sacrificiis ve[]scerentur?* Nempè post celebratum sacrificium, in atrio Templi, & quasi præsente Domino, qui populum suum eo dignatus erat honore, ut qua[]si ὁμοτράπεζον καὶ ὁμοδίαιτον haberet. Imitati sunt, ut alia multa pagani, qui in conviviis suis sacris in Idoliis celebratis carchesia priùs ter Diis suis libantes, aliquid effundebant, deindè, ut habet Horatius.

Explicuére mero contractæ seria frontis.

Nec absimile erat poculum quod vocabant, ἀγα-

θοῦ Δαι-

τȣ Δαίμον☉, post epulas circumlatum cum gratiarum actione. Mysticè verò alii Davidem loqui putant *de calice Passionis*, qui Domino ita ordinante, non in sacco modò Benjamin Gen. 44. aut S. Pauli, *qui inventum etiam in suo sacco fatetur cùm ait: Ego stigmata Domini nostri Jesu Christi in corpore meo porto!* Galat. 6. Prosper. Promiss. & Prædict. p. 1. cap. 31. sed & omnium fidelium reperitur; alii *de calice* illo εὐλογίας *Eucharistico*, 1. Corinth. 10. 16. Apud Indos circa Hyphasidem ajunt pasci onagros Monocerotas, ex quorum Cornibus, habent autem singuli unum in fronte, pocula fiant regia, saluberrimi usus, nàm qui ex tali biberint nullis venenis lædi, ex igne incolumes egredi, & si vulnerati fuerint non dolere feruntur. Ælian. hist. anim. lib. 3. cap. 41. & alii, Philostratus lib. 3. non procul à principio, fert Apollonium credulitatem & ampullas Indorum de tàm salutari cornu deridiculo habuisse! *Credam*, inquit Damidi sciscitanti, an fidem haberet Indorum fabulis de tàm pretioso poculo? *Si Regem immortalem intellexero.* At Calix salutaris Domini verè immortales facit, dolorum pausam inducit, in igne & aquis transeuntes tuetur illæsos Esa. 43. 2. 3. ut qui ex eo bibunt verè dicant:

O turtuose serpens.
Discede, Christus hîc est!
Hîc Christus est, liquesce!

Christi immortalem sanguine bibimus, nostro sanguini Christi sanguis adjunctus est; hoc est salutare remedium scelerum tuorum! quod id die afficiat, à

Dei

Dei plebe. mortiferum virus excludit, ut ait Juli[us] Firmicus de errore profan Relig. Accedit quo[d] Filius Dei *Monoceroti* confertus Num. 23. v. 22. d[e] quo fortè alibi. Ergò, ut S. Remigius calici suo in[-]scribi curavit Eucharistico;

Hauriat hinc populus viam de sanguine sacro:
Inflicto æternus quem fudit vulnere Christus!

CXXXII.

In poculis specula.

Ne intuearis vinum splendens in vitro, Prover[b.] 23. v. 31. Quid ergò? Te ipsum in fundo, u[t] maturè advertas quàm soleat homines redder[e] deformes, & caveas. Hunc in finem puto jam o[-]lim *pocula ita figurantur, expulsis intùs crebris ce[u] speculis, ut vel uno intuente, populus totidem imaginu[m] fiat.* Plin. l. 33. c. 9. Nàm si, ut Anacharsis censui[t] apud Laërtium, ad præcavendam ebrietatem nihil salubrius, quàm si quis ebriosorum imagi[-]nem animo suo circumferat; quidni salubre eri[t] se ipsum intueri, antequàm vino succumba[t] animus?

--- *aut semel icto*
Accedat fervor capiti, numerusque lucernis?

Horat. l. 2. Satyr. 1. Ita Spartani liberis suis ad e[-]brietatis detestationem servos suos Heilotas de[-]ridendos propinabant, mentem multo mero sau[-]cios, & in omnem turpitudinem provolutos, ut solent ebrii ludos dare

Cum redeunt, titubant, & sunt spectacula vulgi.

Ovid. 3. Fastor. Plato certè ebriis, Laërtio teste l. 3. consuluisse legitur, ut in speculo se studiosè in-

ntuerentur. Et *quibusdam, ut ait Sextius, iratis pro-*
fuit adspexisse speculum, apud Senecam de Ira l. 2.
36. cui tamen hoc consilium supervacaneum
videtur. *Iratis quidem nulla est formosior effigies,*
quàm atrox & horrida, qualesque esse, etiam videri
volunt.

CXXXIII.

Speculum Heræ Megapolitanæ.

Videmus nunc per speculum. 1. Corinth. 13. 12.
Apud Arcadas in Templo Heræ, quod fuit Megapoli, in pariete visebatur speculum mirum, in quo Deorum quidem signa, quæ in Templo erant, & solium ipsum resplendebant, sed aliorum intuentium nulla resultabat imago. Pausanias in Arcadic. At Sacra Scriptura speculum est perfectissimum non Dei modo sed & nostri nobis imaginem exhibens, quod nulla alia possunt specula neque uda, neque suda. Lais anus Veneri speculum suum dicat, ex more, sic enim Virgines Virginitati renunciaturæ Veneri Erycinæ pupas donabant; Sic bullam auream, quàm e collo suspensam ferebant, Laribus adolescentes cùm in Ephebos transscriberentur; Sic naufragi soliti

— *suspendisse potenti*
Vestimenta maris DEO;

Sic Timon Luciani aurea quasi virgula dives factus Rhenonem suum & ligonem Pani consecrat: &c. Ita ergò Lais quoque quòd speculo uti jam nollet, aut non posset,

quia

--- *quia cernere talem*
Qualis sum nolo, quales eram nequeo.
inquit apud Ausonium in Epigr. Enim verò sp
culum verbi Divini omnimodis nos nobis oste
tat, quales ante lapsum fuerimus, quales per pe
catum evaserimus, & quales per regneratione
fieri debeamus? ut scitè docet Oecumen. in c.
Jacobi v. 23. 24. de quo in vindemiolis Biblicis a
bi. Deniq; in omni speculo falsa apparet imag
quia ea quæ dextra sunt, in speculo fiunt sinistr
& quæ sinistra, dextra: Ita
Apparet mendax illimini fonte figura:
At *Speculum veritatis nemini blanditur nullum sed*
cit. Bernhard. serm. 1. de VII. Panib. Plura u
locum Jacobi explano c. 1. in Vindem, & in Ta
Oeconom. mea.

CXXXIV.

Speculum Smyrnæum.

Invidiæ pedisequa calumnia. 1. Petr. 2. 1. Invidi
oculus similis est speculo quod Smyrnæ fuit, cu
jus ut monstrifici meminit Plinius l. 33. cit. nam
& pulcherrimos ita repræsentabat ut horribile
viderentur. Oculus *naturæ speculum est*, ut specu
lum *oculus quasi artis*. Sed livido oculo nihil mon
strosius! ex suo ingenio alios judicant invidi; u
arquatis omnia videtur lutea, ita illis omnia pra
va, ita enim reddunt non ut sunt ipsa sed ut ips
eumq; innocentiam destruere atque expugnare no
valeant, satis habent famâ mendacii & falsorum o
maculas inspergere: Cyprian. ad Cornel. l. 2. Ep. 1c
Sanda

ſandalium, quod ajunt, Veneris reprehendere audent, atque alabaſtta unguentis plena putere putant

--- amaracinum fugitat Sus & timet omne unguentum,

Nec mirum, quia oculus livore ſuffuſus, non poteſt rem cernere uti eſt, *Quia acier noſtra in humido labitur, nec apprehendere, quod vult, fideliter poteſt.* Seneca l. 1. qq. Nat. cap. 1. Τὰς εὐνοίας ait Syneſius Epiſt. 1. δεινὰς δεκάσαι τὰς ψήφους, *nihil magis corrumpere judicium benevolentiâ*, excipio Malevolentiam: illa etiam turpicula pingit, ut placere poſſint; hæc pulcherrima adeò devenuſtat ut turpiſſima videri queant. Invidi, ait S. Zeno ex Baſilio ſerm. de Livore, *ſobrium, acerbum dicunt, juſtum, crudelem: Prudentem, callidum vocant, liberum, arrogantem criminantur, liberalem verò luxurioſum dicunt, parcum, avarum nominant: Omnes prorsùs virtutum ſpecies decolorare contrariis & à malitiâ aſſumptis appellationibus geſtiunt.*

CXXXV.

Specula dentibus hebetata.

Dentes ejus lacte candidiores. Geneſ. 49. 12. vide Cantic. 4. v. 2. Dentes Chriſti & Eccleſiæ Doctores ſunt, qui verbum veritatis ὀρθοτομοῦντες 2. Tim. 2. 15.

Quicquid habent, tribuunt, ſibi nulla caduca relinquunt,

ut canit in Cant. Wilramus, quærunt enim non ſua, ſed Chriſti. Hos decet eſſe candidos, ne verbum Dei obnubilent, ne teneros Eccleſiæ co-

lumbulos enecent. *Hominum dentibus ineſt quo-dam virus: namq; & ſpeculi nitorem ex adverſo nuda-ti hebetant, & columbarum fœtus implumes necan-* Plinius l. 11. cap. 37. Experitur id virus non illu-modò S. Scripturæ ſpeculum, ſed & arctiſſim-neceſſitudo quæ inter virum & uxorem eſt, in-terq; amicos trabali quaſi clavo connexos. Qui-eſt amicitia, niſi ſpeculum, in quo videri poteſt *Alter ego?* undè Siracides reconciliatum ex in-mico amicum *ſpeculo æreo terſo* comparat, quo-ſemper iterum æruginat. c. 12. 20. Æra enim ex-terſa celeriùs rubiginem trahunt, quàm negle-cta, niſi oleo perungantur. Plin. l. 34. c. 9. & Plu-tarchus venuſtè docet, uxorem ſimilem deber-ſpeculo eſſe, in quo non quæritur, an auro & gemmis ſit exornatum, ſed an rem objectam ve-rè repercutiat? & ut illud vitioſum eſt ſpeculum quod tetricum vultum exhibet quaſi renideat aut lætum, quaſi ringatur: Ita uxor illa nihili eſt quæ non juxta viri inſtar mores ſuos componi-In Conjugial. Præcept. Hæc tamen ſpecula quàm ſæpe livido dente hebetantur? nitoremque ſu-um perdunt? *Nàm ſuſurronum lingua* quid non efficit? quàm *ſæpè pacificos turbavit?* ut docet Sir. 28. 14. 15. 16.

Quâ fingente nefas Pyladen odiſſet Oreſtes,
Diſereretque ſuum Theſea Pyrithous.

Sunt ea de re ſcitiſſimi verſus Gregor. Naz. εἰς τὴν ἐν νηστείαις σιωπήν, quos ita Latinos facio:

Sæpè domos domibus committere & urbibus urbes
Confeſtim ac nullo lingua labore poteſt,

Tàm

Tam citò principibus populos, populisque Regentes;
Quam vapor in cannis flagrat arundineis.
Illa Patres, natos atque nomina sacra,
Mutua mox, ubi vult, armat in exitia &c.

CXXXVI.

Specula ustoria.

Satagite immaculati & inviolati inveniri in pace. 2. Petri 3. 14. cùm nempè Dominus revertetur judicaturus omnem carnem in flammâ ignis. Specula fiunt cava ustoria, qualia fecit Proclus Mathematicus insignis, Vitaliano Thrace Constantinopolin obsidente, quibus in muris contra classem hostis suspensis, cum radii solares impegissent, tanta erupit vis ignium, ut naves cum classiariis militibus incenderit, Zonaras, Evagrius & alii. Fecit & olim, ac de totâ speculorum ratione scripsit *ingenti volumine Archimedes Syracusanus, vir in omni quidem Geometriâ multùm ante alios admirabili subtilitate*, ait Apulejus Apológ. 1. Sed id mirum, aliorum colorum materias facilè flammas concipere, candidissimas non nisi multo Sole, & longo tempore, ut author est Bodinus l. 4. Theat. Nat. Ita cũ impios ignis ille irę, quo mundus & mundana omnia in cinerem ibunt & in nihilum succendet, ignis à facie Domini erumpens *qui limpidissimum Divinæ virtutis speculum est*, Sap. 7 26. quanquàm veterum quorundam sententia fuit, omnes illo eliquandos esse, vel ut cùm Ambrosio dicam, *baptisandos, etsi, aliquis ut Petrus sit, ut Johannes* &c. in Ps. 118. tamen candidæ mentes,

& jàm hic, dùm in carne viverent, à vitiorur sordibus Dominico sanguine emundatæ, transi bunt intactæ, obviàm factæ Deo Judici in nubi bus. *Hi qui Temporalibus pœnis digna gesserunt, pe fluvium igneum, & vada ferventibus globis horren da transibunt; quanta fuerit peccati materia, tanta & transeundi mora.* August. l. 50. hom. 16. Opini ab Origene traducta nulli solido innixa, im ideò suspecta meritò, quia errori manifestari implicita, de salute omnium Christianorum quamvis quis sit

Per multa sæpè devolutus crimina,
Tamen fidei nomen æternum gerens
Nunquam salutis exulabit finibus: &c.

Paulinus in Psalm. 1. Quippè, inquit,

Qui concremanda gesserit, damnum feret,
Sed ipse salvus evolabit ignibus:
Tamen subusti corporis signis miser,
Vitam tenebit, non tenebit gloriam!

Quæ in Theologicis, in Loco de Purgatorio, 8 ad explicationem dicti Apostolici 1. Cor. 3. 13 suum habebunt usum. Mihi aliquis autem velli & admonet: *Hoc age!*

CXXXVII.

Annulus pretiosissimus.

Doctrina Sapientiæ auro potior. Proverb. 8. 10 Nonii Senatoris annulus, inclusam habens gemmam XX. millibus, id est integro auri millio- ne, taxatam, famâ celebratissimus fuit. Opalus fuit gemma, cui generi pretiosissima, ut docet Plinius, gloria. Est enim in iis carbunculi tenuior

ignis

ignis,& améthyſti fulgens purpura, eſtSmaragdi virens mare, & cuncta pariter incredibili mixturâ lucentia. Propter hanc proſcriptus Nonius ab Antonio,& fugiẽs ſolum hunc annulum è fortunis ſuis omnibus abſtulit ſecum, mirâ contumaciâ,cùm etiam feræ abroſas partes corporis relinquant, propter quas ſe periclitari ſciant. Plin. lib. 37. cap. 6. Lubet exclamare! Si tanti vitrum, quanti margaritum? Nam *lapillos iſtos qui cum auro ſuperbiam jungunt,quid aliud interpreter quam lapillos & calculos, ejusdem terræ minutalia?* Tertull. de Habitu Mulieb. cap. 6. Quantò his pretioſior Sapientia? in quâ verè omnia ſita ſunt, ut Stilpon Megarenſis, captâ Patriâ, amiſſis liberis, amiſsâ uxore, cùm ex incendio publico ſolus & tamen beatus exiret, rectè dixerit Demetrio Regi: *Omnia bona mea mecum ſunt.* Seneca in Epiſt. 9. Quidni? ſecum abſtulerat annulum, in cujus palâ Opalum Sapientiæ incluſerat, omni auro & ſupra terram egeſto,& infra condito contrachartam.

--- Virtus pretioſior auro,
Per quam præclarum plus micat ingenium.

Corn. Gallus Eleg. 1.

C XXXVIII.

Annulus Salomonis.

Signati Spiritu ſancto, Epheſ. 1. 13. Qui & arrhabo eſt noſtræ hæreditatis, v. 14. & Spiritus Sapientiæ v. 17. Annulum Sapientiæ fertur habuiſſe Salomon, quem cùm meretrices amaſiæ ejus in Jordanem abjeciſſent, eveniſſe, ut Sapientiſſimus

Regum non magis saperet, quàm occisa sus: se cùm in pisce posteà repertus & redditus esset resipuisse. Refert ex Pinedâ l.3. de Reb. Salomon cap. 29. Cornel. à Lap. in cap. 2. Hagg. vers. 24 *Meretrix est hæc vita, quæ in delitiis & voluptatibu transigitur, eaq; turpissima, & multos tamen decipit* ait Chrysost. hom. quod nemo lædatur nisi à se ipso, verè! *Nàm quid tam meretricium quàm secularis voluptas?* Ambros. lib. 1. de Cain & Abe cap. 40. Hæc ut annulo Sapientiæ insidiatur sic ubi animo recepta est, omnem expilat. Amisit homo hunc annulum in Paradiso, hinc quantus quantus est mera stultitia est! Recipit autem in regeneratione & quando resipiscit, perfectè tamen non ante diem illum restitutionis,

Tunc patre placato meriti reddentur honores,
Annulus, & cinget me stola justitiæ.

Canit plenus bonæ spei S. Paulinus in obit. Cels ex Luc. 15. v. 22.

CXXXIX.

Calasiridis annulus.

Beata terra cujus Rex nobilis est. Eccl. 10. v. 17. Qui verò nobilis? si frugalitatis legem calleat, si bibat non ad temulentiam, sed ad vires reficiendas. Ita ibid. Fallor? an hoc annulus significabat, quem Calasiris dedit Nausicli, ut eo redimeret Charicleam, erat autem electrinus insertâ in palam amethysto, ad modulum oculi Virginalis magnâ, ebrietatem arcente ab eo, à quo gestabatur. Emblema habebat pastoris, qui fistulâ præcinens

inens paſcebat oves aurei velleris laſcivientes. Heliodorus l. 5. Æthiopic. Felix Reſp. felices oves tali cuſtode! Bene de Gratiano ſuo Auſonius, ſi verè: *In cibis cujus Sacerdotis abſtinentior ceremonia? In vino cujus ſenis menſa frugalior? Operto conclavis tui non ſanctior ara veſtalis, non Pontificis cubile caſtius, non pulvinar Flaminis tàm pudicum!* In Gratiar. Act. Quæ talem paſtorem habent, aureum vellus ferunt oves. At contrà nihil turpius, nil infauſtius *quàm ſi cuſtos ipſe cuſtode opus habeat*, ut ebriis uſuvenit, juxta Platon. Dial. 3. de Republ. unde probare ſe ait Carthaginenſium legem: *Vinum in caſtris nunquàm guſtanto: nunquàm magiſtratus, Gubernatores, Judices munus ſuum obituri.* Dial. 2. de Legib. Certè & Solonis lex fuit: *τῷ ἄρχοντι ἂν μεθύων ληφθῇ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν*, Magiſtratui, ſi ebrius deprehendatur, capitalem pœnam irrogandam. Laërt. l. 1.

CXL.
THRIPEDESTA.

A vermibus comeſta ſunt; Jac. 5. 1. Ante uſum ſigillorum Lacones, ut Heſychius prodidit, ligna à vermibus corroſa variiſque notis ſignata, adhibuerunt, quibus utenſilia & quæ volebant, obſignabant, ea ſignacula *θριπήδεστα* dicebantur, vide Etymol. M. Dignum patellâ operculum! Quàm aptè à vermibus obſignatur, quod à vermibus olim conſumendum eſt? *Omnia habent vermem ſuum!* ait S. Auguſtin. Sed ſi divitum cor liceat inſpicere, nunquid differet

ab his thripedestis? *ubi autem thesaurus, ibi Cor*
nulla ergò signacula thesauro asservando aptic
ra, quàm quibus & cor ipsum impressum, clau
sumque est. At exedunt illud vermes, avaritia, in
vidia, intemperiæ,

Fœdaque avaritiæ complexæ pectora matris
Insomnes longo veniunt examine curæ!

Claudian. l. 1. in Rufin. Facit huc aliud annuli si
gnatorii Emblema, quod Christianos in digiti
circumferre optat Clemens Alex. l. 3. Pædag. c
11. *Navis, quæ celeri volatu à vento defertur!* Add
Lemma illud ex libro Sap. 5. v. 10. *Transierunt o
mnia quasi navis!* Quippè *incertissimo flatu fortun
huc atque illuc acta, affluunt subitò, repentè dilabun
tur*, &c. Valer. Max. l. 6. cap. 9.

C XLI.

Annulus pronubus.

Mulieres viris subditæ sint, tanquàm Domino
Ephes. 5. vers. 22. Annulus olim servituti
fuit Symbolum, & ab ipso ortu suo; primus enim
gestavit ferreum inserto pro gemmâ saxi Cau
casei fragmento Prometheus, jussu Jovis, cùm
eum in gratiam recepisset ne meritæ pœnæ un
quàm subreperet oblivio. Herculem enim misit
qui eriperet diræ Titana volucri,

--- post satis sibi *furtum*
Ignis & ætheriæ defensa silentia mensæ!

Notissima fabula, de quâ sic Valer. Flacc. l. 4. Hinc
apud Cattos ignominiosum erat ferreum gesta-
re annulum, nec erat absolvi nisi cæde hostis

Tacit.

Tacit. de Germ. Triumphantis in digito æquè ferreus annulus fuit, ac servi à tergo coronam auream sustinentis. Plin.l.33. c. 1. Ad honorandam Augusti defuncti memoriam censuere quidam exequiarum die ponendos aureos annulos, & ferreos sumendos. Sueton. cap. 100. in August. &c. Itaque qui Sponsæ mittebatur annulus pronubus dictus, ferreus & sine gemmâ, Plinius loc. cit. servitutem ei quandam & ut ait Franc. Junius in Tertullian. τὸ οἰκουρικὸν commendabat, domi enim, etiam qui ob legationem aureos annulos acceperant, ferreis utebantur, antequàm luxus in immensum excrevit, eò usque ut & pedibus aurei induerentur. Vide Plin. l. 33. cap. 1. & 3.

Haud ulla salva mansit unquam familia,
Partes priores uxor in qua gesserit!

Eurip. in Andromachâ. *Bona uxor est ancilla dans opera ancillis.* Ambrosius in c. 31. Prov. c. 3. nec aliter multò Augustin. l. 50. homil. 49.

C XLII.

Ponti lapides.

Plus proficit correctio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. Proverb. 17. vers. 10. In Ponto Medorum fluvio lapides sunt combustiles, sed ingenio quàm carbones ex lignis diversissimo, nam ventilati extinguuntur, aquis perfusi redardescunt, & pulchriùs resplendent. Aristot. in Mirab. Auscult. Ita ingenuum ingenium verbis acui solet, servum non nisi verberibus. *Phryx non nisi plagis emendatur*, juxta Pro-

verbium. Noſtri ajunt, Ruſtico ſi rogetu tumeſcere ventrem. Et in veteribus rythmis Heldenbuch:

Wir wollen ihn bitten und ſagen/
Als man den Eſel thut/
Wann er nicht Säck will tragen/
So ſchlägt man ihn genug.

Concinit quod dici ſolet:

Nux, Aſinus, Mulier ſimili ſunt lege creata:
Hæc tria nil rectè faciunt, ſi verbera deſint.

Sic ſumus naturæ pravâ conditione,

--- durum genus experiensque laborum,
Et documenta damus, quâ ſimus origine creti!

Virtus duritiâ extruitur, mollitiâ deſtruitur, Tertullian. ad Martyr. Facit huc fons Garamantum apud Priſcian. de ſitu orb. de quo ſuo loco: Et Sal Agrigentinus ibid. v. 496.

Naturas in quo proprias mutare videntur
Ignis & unda, Salem namque illum ſolvere flamma
Unda ſolet crepitus illi conjuncta movere.

Itaque ignem patitur, aquam cum crepitu reſpuit.

C XLIII.

Uxor Lothi lapidea.

Reſpiciens retrò, non eſt aptus: Luc. 9. ult. Sic reſpiciens uxor Lothi

In fragilem mutata ſalem ſtetit, ipſa ſepulchrum,
Ipſaque imago ſibi formam ſine corpore ſervans:
Durat adhuc etenim nudâ ſtatione ſub Æthram,
Nec pluviis dilapſa ſitu, nec diruta ventis:
Quin etiam ſi quis mutila verit advena formam,

Proti-

Protinùs ex ſeſe ſuggeſtu vulnera complet:
Dicitur & vivens *alio jàm corpore* ſexus
Munificos *ſolito diſpungere ſanguine* menſes:
Sic anno 1348. in Bavariâ ex terræ motu 50. homines ruſtici vaccas in prato emulgentes ſubitò diriguerunt, mutati in ſalarias ſtatuas. Aventin. l. 7. Annal.

--- *Quibus opes & gloriam*
Fortuna tribuit, ſenſum communem abſtulit,
ait Phœdrus in fab. & Sedulius:
--- *nemo retrorsùm,*
Noxia contempti vitans diſcrimina Mundi,
Reſpiciens ſalvandus erit!

CXLIV.
Tragemata lapidea.

Facite fructus dignos pœnitentiâ. Matth. 3. 8. ut appareat vos verè pœnitentes eſſe, non hypocritas atque

Aſtutam vapido ſervare in pectore vulpem.

Inter Anienis arenas albi legũtur lapilli, amygdalum, aniſum, cinnamomum aliasq; ſpecies Indicæ arundinis ſucco indui ſolitas referentes, quos accolæ conferti da Tivoli appellant, tragemata Tiburtina, iisq; hoſpitibus ignaris illudunt; Sic vitia fallunt ſub imagine virtutum &c. Lanſius in Conſult. contra Italiam. Sic lapideas caſtaneas, mala quoque Punica, uvas, & alia vidiſſe ſe ait Zachar. Theobald. c. 1. arcan. Natal. nullâ humanâ induſtriâ elaborata. Tales ſunt hypocritarum

tarum fructus, quibus ignaris illudunt, non De
καρδιογνώςη, *Fallit enim vitium specie virtuti*
Mala, ait Seneca, *interdùm speciem honesti obtul*
runt, & optimum ex contrario nituit. Sunt enim, u
scis, virtutibus vitia confinia, ac perditis quoque &
turpibus recti similitudo est, vide eum Epist. 12
Vitium & virtus in eadem habitant vicina. Proverb
est apud Galen. &c.

CXLV.

Mortis poculum.

Fel Draconum vinum eorum, Deuteron. 32. i
est: Doctrina ab iis tàm impiis expressa, & ma
nans, quam ipsi aliis propinant, ut in eos sua sce
lera transfundant, est venenata & lethifera, ve
lut, fel Draconum, quod omnes bibentes perdi
& occidit. Sic Corn. à Lap. ibid. Matthesiu
vir sanctæ memoriæ in Concil. X. de metallici
rebus, Berg-Predigt; refert se de Cobalto, fi
metallici vocant quàm Cadmiam Græci, lapiden
ex pyrite & argento concretum de quo Georg
Agricola in Bermanno pag. 459. habuisse testu-
lam Cobaltscherben / quam naturæ ingenium fin-
xerit ad speciem calvariæ humanæ, suis capsuli
& cellulis distinctæ, sed propter admixtum ar-
gentum vivũ adeò venenatam, ut peremptoria
esset, si quis ex eâ biberet, hinc *Poculum morti*
vulgò dici. Tale poculum est synciput deliro-
rum hominum, plenum veneno aspidum in-
sanabili. Fuge, qui sapis, & si vita tibi
chara est, bibe de saluberrimis DEI fontibus,
quam-

uamlibet amaris, nàm verbum lucis, verbum rucis.

Sed calicem crucis ac vitæ libare verentes,
Vipereum obducto potamus melle venenum.
Dulcia sunt etenim gustu, specieque decora,
Quæ morbos mortemq; animæ generantque foventque.
Canceris & ritu languentia viscera carpunt.
Prosper de Provid.

CXLVI.
Lapis Scoticus.

Exultabit solitudo & florebit quasi lilium. Esai. cap. 35. v. 1. In mari Scotico scriptores rerum Scoticarum confirmant, lapides vulgariter reperiri, qui cùm sint durissimi tamen herbescant. Cardanus ait se habuisse unum in umbrâ adservatum, qui virentia emiserit folia, & radiculas candicantes, cùm ipse esset ater, spectaculo pulcherrimo. Ita refert Dn. MichaëlPiccart. in orat. de Lusib. Naturæ, Imago vocationisGentium, & efficaciæ verbi divini. Lapidi Scotico similimus est animus, vere Christianus! durus & nulli cedens ictui adversitatis, florens tamen & fructificans. *Tantum potest illa venerabilium Doctrinæ Sacrorum antistes Philosophia* Dominica scilicet, *quæ ubi pectore recepta est hominum inhonesto atque inutili adfectu dispulso*, insitisque, quod addo, melioris vitæ seminibus, *totos in solido virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens.* Val. Max. l. 3. cap. 3. in Extern. num. 1.

CXLVII.

CXLVII.

Adamantum venatus, & hircin sanguine molliri.

Mulieres etiam cordatos auferunt. Sir. 19.2. juxta Pagnin. Indorum historia est, Græcæ tame fidei propior; ultra orbem Bisinigar in mont Abingar procreari adamantes, quos accolæ mis sis ex editiore loco in eum montem sagittis, car nibus tectis, venari soleant, carnibus enim ad hærescere adamantes, & ab aquilis simul cum il lis in nidos deferri, sub quibus delapsos adaman tes inveniri: Aliter inaccessum esse montem propter venenosas bestias & serpentes, quibu differtus sit. Scaliger Exerc. 113. sect. 3. Ada mantes sunt, qui cum Paulo dicere possunt *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? a angustia? an persecutio? an fames?* Rom. 8. ada mantes quos Deus in manu sua habet, Amos 7 v.7. juxta Septuag. & Symm. nàm *nisi quis Dei te neatur manu, & illius valletur auxilio, omnem perdi fortitudinem*, tùm verò tàm robustus est, ut dica tur ad eum: *Si transieris per ignem, flamma no comburet te.* Esa. 43. 3. *quantoque magis tentationi bus cæditur, tantò fortior fit*, &c. Capit tamen non nullos venator infernalis sagittis suis igniti carnes jaculatus: vel ut cum Hieronymo per gam, ex quo ista in cap.7. Amosi, *cùm à nullo supe rari queat* talis adamas, *solo mortiferæ libidinis ca lore dissolvitur.* Ita enim & adamas quamvis null cedat materiæ, non ferro, nàm antea incus & mal leus vulnus accipiunt, quàm adamas conteratur

non igni,quod duriorem reddit; non limæ,nàm & ipſam limam terit; ſolò hircorum cruore diſſolvitur & miſſus in calidum ſanguinem perdit fortitudinem ſuam. Hæc & alia S. Hieron. l. cit. Caveas itaque olentem hircum, caveas carnes, quas mundus jaculatur, 1. Joh. 2. 15. *Carnes*, ait aliquo loco Ambroſius, *etiam volantes aquilas deponunt*. De duritia adamantis, & hircino ſanguine vulgò notum eſt,dubium tamen & incertum. Efficaciam ſanguinis dominici indicare pleriſq; dictum,vide D. Pelargum in cap. 16. Lev. Corn. à Lap. in c. 3. Ezech. Marbodeus de lapid. pretioſ. ſic habet:

Cujus durities ſolidiſſima cedere neſcit,
Ferrum contemnens,nulloque domabilis igni,
Incudis damna percuſſorumque labore,
Hæc tamen hircino calefacta cruore fatiſcit.

Priſcian. de ſitu orbis v. 1090.

Quem minimè valeat ferrum ſuperare nec ignis,
Frangitur hircino maceratus ſanguine tantùm,
Sed tepido,fractis multis incudibus antè. &c.

Ne quid deſit expoliendo,Legem Dei molliri & à rigore ſuo ἐπιείκειαν adduci ſolo ſanguine Chriſti, notabis,fata Dei olim in tabulis adamantinis perſcribi creditum fuiſſe. Adamas in electri ſimilitudinem venena deprehendere & maleficis artibus reſiſtere dicitur. Hieron. l. c.

Indomitumque facit mirâ virtute gerentem,
Et noctis lemures, & ſomnia vana repellit,
Atra venena fugat, rixas & jurgia vincit,&c.

Marbodeus vetus Poëta l. cit.

CXLIII.

CXLVIII.

Adamantum amor & partus.

Fortis ut mors dilectio. Cant. 8. 6. *Amor i[n]penetrabilis est lorica, respuit jacula, gladios excut[it] periculis insultat, mortem ridet, si amor verus est, [o]mnia vincit,* ait Petrus Ravenn. Chrysologu[s] serm. 40. Mirum referunt Rueus de gemm. l. [.] cap. 1. & Bustamantius lib. 5. Reptilib. S. Scri[p]c. 15. Dominam Heverensem ex illustri famil[ia] Luxemburgorum, duos habuisse adamantes, v[i]rum quasi & fœminam, qui quotannis sobole[m] eniti videantur, alium tenellum adamantulu[m] quasi partum suum musteum. Plurimi ocular[es] testes confirmant. Adeò

Omnia vincit Amor! quid enim non vinceret ille?

Juxta Ceir. Virgil.

Perque Cœlum, perque terras, perque pontum su[b]ditum
Pervium sui tenorem seminali tramite
Imbuit, jussitque mundum nosse nascendi vias.

Catull. in Pervigil. Amorum.

CXLIX.

Gemma triumphans.

Rex hodiè, cras morietur. Sir. 10. 12. Alexa[n]dro Magno ferunt oblatam dono gemmam, qu[æ] in lance posita, facilè omnia alterius lancis pon[]dera suo vincebat, undè Triumphanti nome[n] fuerit; omni autem quamlibet ponduscul[o] v[i]ctam cessisse, asperso pauxillo cinere. Micha[el]

Picca[r]

Piccart. de Lusib. Nat. Imago Regum potentissimorum, & ipsius Alexandri inprimis, quorum omnis gloria & invicta virtus cineri cedit. Hinc vetus quidam Poëta Alexandrum inducit sic loquentem:

Omnia tollebam, ne mors tulit omnia tollens,
Nulla tenere queo, pulvis & umbra teror.

Apud Joh. Hussum in serm. V. Tom. 2. oper. ubi alia ad rem idonea, inter alia mos vetus in Coronatione Impp. Constantinopolitanorum: ut lapicida oblatis marmorum variorum diversicolorum fragmentis inauguratum percontaretur; *quo de marmore jubet imperium, ut sibi fiat sepulchrum?* quasi diceret: *Omnia mors æquat. Æquo pede pulsat pauperum tabernas Regumque turreis!* Ne mirere igitur, si quo die tibi imponitur corona, præparetur & sepultura. Hodiè Rex es; cras moriere! De morte nemo triumphabit homo mortalis natus, illa de omnibus. Ἀξιωμάτων λαμπρότητας οὐ δυσωπεῖται ὁ θάνατος, *Mors dignitatem splendores non reformidat, omnibus enim* τοὺς παμφάγους ὀδόντας, *omnivoros dentes infigit.* Agapetus Diacon. ap Justinian. Imp.

CL.

Achates Pyrrhi.

Reges erunt nutricii tui. Esa. 49. v. 23.

Rex Pyrrhus digito gessisse refertur Achaten,
Cujus plana novem signabat pagina Musas
Et stans in medio Cytharam tangebat Apollo;
Naturæ non artis opus: Marbodeus l. cit.

& quidem ita discurrentibus maculis, ut Musis quoq; singulis sua redderentur insignia. Plin. 37. cap. 1. Quos colebant veteres maximè, eorum in annulis gestabant imagines. Ad Principum sanè pleriq; malunt Epicuri, quod ejus factitabant familiares, in anulis & poculis circumfere.

---similes in imagine vultus:

Qui Musas & Apollinem, rarus est. *Ædem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fulvus ille nobilior fecit, quòd acceperat Herculem Musagetam esse: Idemque novem Musarum signa ex Ambraciensi oppido translata, sub tutelâ fortissimi Numinis consecravit ut res est, quia mutuis operibus & præmiis juvari ornariq; debet; Musarum quies defensione Hercules, & Virtus Herculis voce Musarum,* ait Eumenius Rhetor pro Scholar. restitut.

CLI.

Amethystus cur vilis?

Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo. Num. 21. 5. At cibus iste manna erat, panis Angelorum, omnem in se habens delectationem. Adeò, ut verè dixerit Tertull. de habit. Mulieb. *Semper abundantia contumeliosa in semetipsâ est.* Ita Amethystus lapidum pretiosorum flos & quasi rosa cui similis colore,

--- contrarius ebrietati,
Aarus haberetur meritò, si rarior esset,
Cht nunc negligitur, quoniam communis habetur.

Marbo-

Marbodeus de gemm. τὸ γὰρ σπάνιον τίμιον. Plato in Euthidemo.

--- Amica vincit
Uxorem. Rosa Cinnamum veretur;
Quicquid quæritur, optimum videtur.
Petronius.

CLII.

Alectorius.

In silentio & spe. Esa. 30. 15. De Alectorio idem Marbodeus:

Invictum reddit lapis hic quemcunque gerentem,
Nam Milo Crotoniãs pugiles hoc præside vicit,
Hoc etiam multi superârunt prœlia Reges!

Est autem lapis Crystallo similis, nascitur in ventriculo galli gallinacei, exsectis testibus,

Cùm tribus ad minimum factus spado vixerit annis.

Cæterùm, addit Gallus noster Poëta,

Ut bona tot præstet clausus portetur in ore.

Invicta est patientia, cui *vultus tranquillus & placidus, frons pura, nullâ mœroris aut iræ rugositate contracta, supercilia æquè in lætum modum remissa, oculi humilitate non infelicitate dejecti, os taciturnitatis rubore signatum, color qualis securis & innoxiis,* Tertull. de Patient. Sententiam Esaiæ pro Symbolo sibi delegit D. Lutherus, in quam lusi olim hoc disticho:

Dùm tacet & patitur VIRESCIT Vulnere Virtus!

Efficit invictos spes taciturna pios!
Est & fideli tuta silentio merces ! juxta Horat.

CLIII.

Aëcites in nido aquilarum.

Lex DEI prægnans est. Zephan. 2. 2. parturit enim inevitabiles pœnas, suo in lucem edendas tempore. Ut Aëtites lapis, loquar cum Marbodeo,

Quem petit extremis orbis Jovis ales ab oris
Custodem nidi defensoremq; futurum:
Continet hic alium prægnantis more lapillum.
Creditur ergò potens prægnantibus auxiliari,
Ne vel abortivum faciant, partuve laborent.

Elegans profectò divinæ legis icon, quæ in nidulo aquilarum spiritualium semper reperitur, partumque novi hominis adjuvat Matth. 24. 28. Psalm. 29. 8. & 40. 9. sed & hypocritas prodit, qui epulas divini verbi gustare nequeunt, si subsit hic aëtites, uti juxta eundem Poëtam:

Pulmento posito, cui sit submissus Etites
Si fraus corde subest, tentans glutire nequibit.

CLIV.

Abestos.

Non aquæ plurimæ poterunt amorem extinguere. Cantic. 8. 7. Abestos Arcadiæ lapis ferrei coloris, ab igne nomen sortitus, eò quod accensus semel nunquàm extinguitur. De quo lapide mechanicum aliquid humana ars molita est, quod gentiles capti sacrilegio mirarentur.

Deni-

Denique in Templo quodam fuisse Veneris fanum dicunt, ibique candelabrum, & in eò lucernam sub divo sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus imber extingueret. Isidorus lib. 16. Origin. cap. 4. *Lucet in amantium pectore*, ut vetustus Poëta Valerius Æditiuus apud A. Gellium venustè ait, *flamma* inextinguibilis:

Istam non potis est vis sæva extinguere venti,
Aut imber cœlo candidu' præcipitans!

CLV.
Callaidis venatus.

Tempus & Fortuna! Eccles. 9. 11. Callais gemma è viridi pallens, nascitur post aversa Indiæ & in Carmania, in rupibus inviis, oculi figura extuberans, leviterque adhærens; Scandere ad eam pigritia pedum equestres populos tædet, sed & periculum terret; ergò fundis è longinquo incessunt & cum toto musco excutiunt. Quidam ictu primo cepêre præclaras, multi insectando nullas. Plin. l. 37. c. 8.

Sæpe habet imprudens alieni lucra laboris.

ait Gratius de Venatione.

Quin etiam infelix virtus, & noxia felix,
Et malè consultis pretium est, prudentia fallit.

Manilius lib. 4. Nunquid ambitus honorum, opum, gloriæ, quasi Callaidis venatus est?

CLVI.
Carbunculus.

Qualis Rex talis grex. Sirac. 10. 2. Carbun-

culus Principum & Magiſtratuum præfert imaginem. Primò quia, ut ait Plinius, principatum habent carbunculi, à ſimilitudine ignium appellati. Deindè, quia omnes omnium gemmarum virtututes habet, Phœbo ea propter conſecratus ſiderum Regi. Adhæc ejus

--- nec tenebra poſſunt extinguere lucem,

ut canit Marbodeus.

Quin flammas vibrans oculis nitet adſpicientum,

ſub vivis quidem carbonibus & in ignem jactatus, quaſi intermortuus extingui videtur, ſed aquis perfuſus redardeſcit. Iſidor. l. 16. c. 13. Denique authore Ariſtotele, omnibus aliis gemmis ſpeciem ſuam imprimit & figuram, quod ipſi nulla præſtare poteſt. Rueus l. 2. de Gemm. cap. 14. Qua de re plura dixi in cap. 4. Amoſi. Sic Magiſtratuum in terris præcipua authoritas, tanta quanta ſingulorum poteſtas, lux inter titiones ardentes Eſa. 7. 4. etſi deficere videatur, tamen inextinguibilis eſt, & exempli vis pollentiſſima in utrumvis.

--- totus componitur orbis Regis ad exemplum.

Quales in Repub. ſunt Principes, tales reliqui ſolent eſſe cives, ut ait Cicero, & viciſſim: *Talis eſt Rector, quales illi, qui reguntur*, S. Cyprian. l. 1. Epiſtol. 3. ad Cornel.

C LVII.

Carbones foſſiles.

Deſideria diteſcere cupientium peſtifera. 1. Tim. 6. verſ. 9. In partibus Britanniæ ſeptentrionalibus, fodinæ ſunt carbonariæ, in quibus lapis

quem

quem Plinius vocat obſidianum reperitur, non procul novo caſtro, ſpiritum tàm gravem nonnunquàm ex halantes, ut conductas operas nulla mora interficeret, niſi ex indicio ardentis lucernæ, cujus flamma tùm antè paulò & liqueſcit & conſumitur, quàm is adventat, ſtatim ſeſe ſubducerent Schenk. lib. 7. obſerv. 1. ex Joan. Cayo Anglo de Ephem. Britann. Adeò magno cum ſalutis periculo quæritur opulentia, niſi lucernam Divini verbi oculo irreflexo adſpicias, 2. Petr. 1. 20. Nàm juxta Martialem lib. 11. epig. 6.

Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores,
Et cùm tot Crœſos viceris, eſſe Numam

Et quid id eſt, quod tanti conſtet, ut ſine Virtutis & vitæ diſpendio vix aut acquiri poſſit, aut poſſideri? *De tenui filo pendet puer Plutus, quod ſi caſus aliquis ruperit, omnia dilabantur, & theſaurus fit, quod ajunt, Carbones.* Lucian. de Votis.

CLVIII.

Ceraunios.

Fidelis DEUS, non patietur tentari vos, ſupra quod poteſtis. 1. Corinth. 10. 13. Ceraunia gemma eſt Cryſtallini generis, cœruleo & rutilo infecta, ſimilisque ſecuribus, ut ſcribit Sotacus, rariſſima non alicubi invenitur, quàm in loco fulmine icto. Plin. l. 37. c. 9. Caſtè ſi geſtetur ab omni tempeſtate & fulminum ictu illæſum præſtat. Magi ea urbes & claſſes expugnari jactant, & ut Marbodeus docet;

Ad causas etiam vincendaque prælia prodest,
Et dulces somnos & dulcia somnia præstat.

Denique Cœlo cadit, juxta eundem,

Ventorum rabie cùm turbidus æstuat aër,
Cùm tonat horrendum, cùm fulminat igneus æther.

Ita inter ipsa irati DEI fulmina cœlo demittitur invicta Patientia, quâ suis ad ferendum vires sufficit. *Nàm non sic est, ut servos suos tantùm spectet, sed & ipse luctatur in nobis, ipse congreditur, ipse in certamine agonis nostri & coronat pariter & coronatur.* Cyprian. ad Martyr. lib. 2. Epist. 6. Adhæc vera & rara illa calamitatum omnium victrix Patientia, ut non nisi usu mala tolerandi discitur, sic non nisi in corde sæpè icto reperitur. *Contemptum periculorum dat assiduitas periclitandi.* Seneca de Provid. ut fabricando, quod dici solet, fabri; sic patiendo patientes simus. Denique superior est omni fortunæ procella, & *quâvis*, ut habet S. Zeno Veronensis, *turbationum tempestate tranquillâ, serenitatem suam nebulis turbulentare non novit.* Serm. de Patient. ac ne quid indictum patiar, somnum quoque beatissimum tandem conciliat, & somnia omnibus hujus mundi vigiliis veriora. Perfer ergò & obdura, ac cogita:

Omne malum volucri cum tempore transvolare cursim,
Nil grave, quod peragi finis facit & quiete donat.

Prudent. hymn. 5. Peristephan.

CLIX.

CLIX.
Chrysopasius.

Patientia parit probationem. Rom, 5. 4. ut Chrysopasius juxta Marbodeum:

Noctibus igne micans, vanescit luce diurnâ,
Absque nitore jacens, auri pallore sepultus:

Ita virtus sub cinere quasi sopita in prosperis, stricturas suas effundit in adversis. Latet sæpè vir magnus temporum felicitate quasi sepultus, at duris temporibus opes animi sui explicat, & ut de cane Britannico dixit Gratius in Venat.

Ad magnum cùm venit opus, promendaque Virtus,
Et vocat extremo præceps discrimina Mavors.

2. Quadrat etiam id Siracidæ, cap. 6.7. quod & Ennius dixit:

Amicus certus, in re incertâ cernitur.

CLX.
Chrysolithus.

Crescite & multiplicamini. Genes. 1. 22. 26. Chrysolithum τετυπωμένον refert Rueus repertum, in quo naturæ ingenio picta esset fœmina, unâ avem manu, alterâ piscem præferens. Imago Veneris, id est ingenitæ omnibus cupiditatis generandi sui simile, hæc enim omnibus divina benedictione insita est,

Denique per maria ac terras, fluviosque rapaceis,
Frondiferasque domos avium, camposque virentes,
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem

Efficit, ut cupidè generatim ſecla propagent.
Lucretius in princ l. 1. confer Emblema Alciati, de Amore piſcem & flores tenente n. 106. & ib. Claud. Minoëm.

CLXI.

CHRYSELECTRUS.

1. *Verecundiæ comes gratia.* Sirac. 32. 14. & *gratia verecundiæ ſuper aurum.* Idem. c. 7. v. 21. ſed ut Chryſelectrus ſimilis auro, matutino tantùm adſpectu jucundus eſt;

Hic matutinis viſu jucundior auris,
Diſſimilem ſpeciem pòſt adſpicientibus offert,

ait Marbodeus. Ita verecundia non ſemper æquè pulchra eſt. In adoleſcente color virtutis eſt rubor, ſed ſeni erubeſcendus. *Juvenes verecundos laudamus omnes, ſenes nemo. Nihil enim eos agere convenit, quod erubeſcendum ſit.* Ariſtot. lib. 4. Ethic. Nicom. c. ult. *ut in ſenibus gravitas, in juvenibus alacritas, ita in adoleſcentibus verecundia, veluti quâdam dote commendatur naturæ:* Ambroſ. 1. officior. cap. 17. Benè quoque Bernhardus cùm ait: verecundiam eſſe pulchram & ſplendidam morum gemmam in vita & vultu adoleſcentis. In Cantic.

2. *Omnis caro fœnum eſt!* Eſai. 40. 6. *Vana eſt pulchritudo.* Prov. 31. 19. Quid ergò carnem in delitiis habes? *An ejus virtutem diligis? frangit ac ſubigit illam quivis dolor. An pulchritudinem ejus? at commutabilis res eſt, & quæ unâ febri vel quâlibet facillime deleatur injuriâ?* S. Zeno de Spiritu & car-

carne, poſt allegata verba Eſaiæ. Sic manè tantùm pulcher eſt Chryſelectrus.

Cujus materies rapidiſſima dicitur ignis,
Nàm citò vicino corraptus flagrat ab igni.

C LXII.

Chalazias.

Induraverunt vultus ſuos magis quàm ſaxum. Jer. 5. v. 3. Chalazias grandinum & colorem & figuram habet, adamantinæ duritiæ. Narrant etiam in ignem additæ manere ſuum frigus, Plin. l. 37. cap. 11. Marbodeus;

Ictibus omnimodis invicta chalazia gemma,
Cujus naturæ vis tanta probatur, ut omni
Tempore frigida ſit, nulloq; caleſcat ab igne.

Ita *Impietas flagella quidem excruciata ſentit, ſed à quo flagelletur obdurata non ſentit.* Oroſius l. 7. adv. Gent. c. 22.

--- animos genius excœcat malus,
Dorſumq; reddit æreum, ut ferro velut
Incus, domari non queant mille ictibus,

Gregor. Nazianz. adv, opum amant.

C LXIII.

Diadochus.

Exurge à mortuis. Epheſ. 5. 14. Quod fit per pœnitentiam ab operibus mortuis Hebr. 6. 1. quæ mortua ſunt quâ privativè, quia carent vitâ gratiæ, quâ effectivè, quia mortifera Diadochus Beryllo ſimilis ad Divinationem à Magis adhibita eſt,

Nec lapis est alius qui fortiùs evocet umbras;
Sed si defuncto quis forsitan applicet illum,
Protinùs adseritur solitas amittere vires,
Namque lapis sacer est, & quæ mors sternit abhorret.

Ita fides cum operibus mortuis sociata, solo nomine manet fides, mortua est, Jac. 2. 16. Hinc ex lege Mosaicâ qui morticinas carnes attigissent impuri erant

--- *donec se flumine vivo abluerint:*

Pythagoras θνησιμαίοις abstinuit Laërt. lib. 8. Polluti funere, sacra ne facerent religione vetabantur. Servius 11. Æneid. Flamini Diali locum in quo bustum erat ingredi, aut mortuum attingere nefas fuit, A. Gell. lib. 10. cap. 15. Jamblichus ne eam quidem per viam ire voluit, quâ modò funus erat deductum. Eunapius in vitâ. Ita Diabolus, ut ferè semper DEI simia est. Nàm & levitas Deo initiandos jussit Lex radi & depilari, quod crines & pili τῆς νεκρώσεως σύμβολον essent, de quo Theodoretus Cyrensis; vide Num. 8. 7. undè Sacerdotes Ægyptii ne quidem in superciliis crines habebant, rati *naturis æternis & vitâ perpeti fruentibus cum mortuis rebus nihil commercii esse oportere*, de quo Synesius Cyrenensis, de Calvit. Denique rasura Clericorum hinc orta est, docens & monens Clericum:

Capturum claram Christo cedente coronam,
Ceu crines capitis, convellere crimina cordis,

ut canit Calvorum encomiastes Hugbaldus in carm. ad Carol. Calv. Imp. v. 17.

CLXIV.

CLXIV.

Draconites.

Mulieres ornent se verecundiâ & sobrietate, non *uro art margaritis.* 1. Tim. 2. v. 9. Nàm, juxta P. Syrum:

Smaragdum ad quam rem viridem, pretiosum vitrum,
Quo Carchedonios optas, ignes lapideos?
Nisi ut scintillent! Probitas est carbunculus.

Σοφία ἢ κρύσταλλος Theognetus apud Wowvern. n Petron. Satyr. Deindè

Invia quis calidi scrutatus regna profundi
Tethyos invasit gremium? quis divitis algæ
Germina flagrantes inter quæsivit arenas?
Quis junxit lapides ostro? quis miscuit ignes
Sidonii rubrique maris? Claudian. in IV. Consul. Honorii. Dracontides ex cerebro Draconis eruitur, quæ nisi viventi abscissa fuerit, non ignescit. Audaces igitur viri explorant Draconum specus & spargunt ibi gramina medicata ad incitandum Draconum soporem, atque ita somno sopitis capita desecant, & gemmas detrahunt. Isidorus lib. 16. cap. 13. Ergò *hoc quoque deerit Christianæ, ut de serpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dùm de capite ejus cervicibus suis aut ipsi etiam capiti ornamenta struit.* Tertull. de Habit. Mul. cap. 6. &c.

CLXV. CLXVI.

Enydros, Dionysia.

Deduc quasi torrentem lacrymas, per diem & no-

noctem. Thren. 2. 18. Enydros gemma semper est absolutæ rotunditatis, in candore levis, & ad motum fluctuat intùs velut in ovis liquor. Plinius lib. 37. cap. 11. imò & perpetuis lacrymis destillat:

Quæ velut è pleni fontis scaturigine manant.

Marbodeus & ex eo Isidorus similiter. Gemmei profectò oculi semper lacrymis pleni. Quid enim *oculis illis formosius perpetuo lacrymarum imbre & quasi margaritarum decore ornatis?* Chrysostom. hom. 30. in Genes. hinc in Hieroglyphicis & apud somniorum interpretes uniones significant lacrymas:

δηλοῦσι μαργαρῖται δακρύων ῥόον;

lacrymas fluentes margaritæ denotant.

Denique guttæ Enydri febricitantibus prodesse dicuntur, juxta Albert. M. at lacrymarum ex animo ægrotantibus salutares sunt. Quid enim æstuans pravis cupidinibus, algens in pietate, quid ille?

Mersisne anhelat febribus?

Atque igne venarum furit?

Prudent. in Martyr. Laurentj. *Mirum tamen in hoc artificis Dei ingenium, in lacryma de venis erumpens peccatorum, profusa humiliter absorberet omne peccatum!* Petrus Abbas Cellens. Tom. 9. Biblioth. PP. Dionysia gemma in aquâ trita vinum fragrat, ut Marbodeus & Plinius,

Et tamen ebrietas ipsius odore fugatur.

Vinum Angelorum fragrat cor lacrymis exundans pœnitentium, & fugat *ebrietatem culpæ*, de quâ Ambros. de Heliâ & jejun. c. 16. & Hieron.

Omnis

Omnis animæ perturbatio ebrietas adpellatur, quæ concipitur de vino furoris Draconum & de veneno aspidum insanabili. Hieron. in cap. 5. Esa.

CLXVII.
Formica in gemma.

Vade ad formicam, ô Piger! Prov. 6. v. 6. Michaël Gehlerus D. in Epist. de Formicâ refert, inter alia veterum hieroglyphica reperiri formicam in gemmâ sculptam, cum tribus spicis ori ejus insertis. Imago boni Patris familias qui aliquid pro amicis, proq; Deo acervat. Nostri dicunt: Ein Hausvatter soll ein Zehr-ein Ehr-und Nehr-und Wehr-Pfenning haben. --- Sicut

Parvula, nam exemvlo est magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque potest, atque addit acervo,
Quem struit haud ignara ac non incauta futuri.

Horat. l. 1. Satyr. 1.

CLXVIII.
GAGATES.

Responsio mollis frangit iram. Proverb. 15. 1. Gagates, schwartzer Augstein / ut habet glossator Marbodei:

Vicinas paleas trahit attritu calefactus,
Ardet aquâ lotus, restinguitur unctus olivo.

Ita multi iracũdi leviculas ob res insaniunt. *Quid enim est, cur tussis alicujus, aut sternut amentum, aut musca parùm curiosè fugata nos in rabiem agat?* Seneca l. 2. de Ira c. 25. Frigidam si affundas, magis incandescunt, inq; tuam perniciem, ut *Si quis*

Bacchæ

Bacchæ Bacchanti velit adversari. At tùm demùm cum Æschyli Prometheo existimo:

Mederi posse rationem iracundiæ,
Siquidem, qui tempestivam medicinam admovens,
Non adgravescens vulnus illidat manus.

CLXIX.

Gagatromeus.

Vir sapiens fortis est. Proverb. 24. 5. Gagatromeus diversicolor est pelli capreoli similis:

Quem qui portarit dux pugnaturus in hostem
Hostem depulsum terrâque marique fugabit:
Illius Alcides ope multa pericula vicit,
Succubuit quoties lapidem non sustulit illum.

Utor enim Marbodei versibus libenter, quia rarus est.

--- *Sæpè acri potior Prudentiâ dextrâ!*

Valer. Flacc. l. 4. at

Vis consili expers, mole ruit suâ!

CLXX.

Glossopetra.

Non sum Propheta; non sum Prophetæ filius. Amos. 7. 14. Glossopetra linguæ similis humanæ, in terra non nascitur; sed deficiente Luna cœlo decedere creditur; & ventos ea comprimi narrant. Plinius l. 37. c. 9. Sic deficiente Ecclesiæ ordinaria luce, de Cœlo suscitat Deus linguas & extra ordinem demittit. Tales fuêre Lothus apud Sodomitas, Jonas apud Ninevitas, Amos apud Israëli-

Iſraëlitas, quique noviſſimis temporibus ventos Doctrinæ erroneæ. Epheſ. 4. 14. diſpulit, Dn. Lutherus. Ita fit quod ait Dominus: *Si hi tacuerint, lapides clamabunt*. Luc. 19. 40.

CLXXI.

Gonia petra.

Ego baptizo quidem aquâ; ille autem Spiritu & igni; Luc. 3. 16. In Carthaginenſium regione mons eſt Gonius, in quo petra æſtate flammam emittens, hieme aquam limpidam. Juxta fons eſt oleo ſcatens, odore lacrymarum Cedrinarum, ſed haurientem oportet ἁγνεύειν caſtum & impollutum eſſe. Ariſtot. in Mirabil. Talis mons eſt Eccleſia, in qua fons eſt ſapientiæ Sir. 1. 5. Sacra Scriptura. *Hæc enim fons eſt æthereo de margine ſcaturiens, de quo quantò ampliùs hauritur, tantò minùs expenditur.* Carol. M. l. 2. contra Synod. Græcor. de Imag. cap. 30. &c. Petra Chriſtus eſt. 1. Corint. 10. 3. è quo uterque *baptismus fluminis* inſtitutus per Baptiſtam cùm adhuc quaſi hyems eſſet, vere Novi Teſtamenti vix dùm ineunte, Cant. 2. 12. *& flamminis*, Act. 1. 5. cœlitus miſſus, cùm jàm æſtas eſſet, Luc. 10. 2. Joël. 2. 28. ut de baptismo Johannis verè dictum ſit, fuiſſe ἐξ οὐρανοῦ & non ex hominibus. Matth. 21. 25. Marc. 11. 30. Luc. 20. 4. Itaque ut canit Prudentius Cathemer. hymno. 7.

Hoc ex lavacro labe demtâ criminum,
Ibant renati, non ſecùs quàm ſi rudis
Auri recocta vena pulchrum ſplendeat.

Succinit S. Paulinus in Carm. de S. Johann. Bapt.

Diluit infusis credentum crimina lymphis,
Absolvitque metus hominum, pœnasque remittit,
Atque ignem restinguit aquis, &c.

CLXXII.
Galactites.

Væ mihi si non evangelizavero! 1. Cor. 9.16. Galactites lactei aut cinerei coloris gemma est, & ut lac auget, si bibatur è mulsa, ac si circum ovile spargatur cum sale mixtus aquæ,

Lacte replentur oves, scabiesq; fugatur ab illis;

Juxta Marbodeum: ita tritus lacteum succum edit,

Et si quis terat hunc, albescit lacte liquescens.

ut ait Priscian. de situ orbis v. 453. verùm, ut iterùm habet Marbodeus. *turbat mentem*

--- *Si clausus in ore liquescat,*

Verbum Dei denotat, lac illud rationale continens de quo 1. Petr. 2. 2. quod bonorum omnium fons est & thesaurus, ut de Galactite ait Marbodeus noster, persuasum fuisse veteribus, omnia bona præstare gerenti:

Quæ simul à reliquis cuncta virtute darentur.

Væ autem illi qui clausum ore sinet colliquefieri! vide Jerem. 1. 9. *Cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sanctè vivat, & tamen perditè viventes arguere aut erubescat aut metuat, cum omnibus qui eo tacente periérunt, perit!* Prosper de Vita Contempl. l. 1. cap. 20.

CLXXIII.

CLXXIII.

Gemma Arurophylax.

Quasi tuba exalta vocem tuam. Esa. 58. 1. Divites in Elide gemmam feruntur habuisse miram, cui nomen inditum Arurophylax, ab argumento, quòd ante thesaurorum limina posita aurum custodiret, fures sonitu tubæque clangore & arceret, & repelleret, non aliter ac si à satellitibus abrepti, per præcipitia agerentur. Plutarch. de Fluminibus. Malim dicere tamen θησαυροφύλαξ. Tales sunt in Ecclesia custodes divini depositi, verbi præcones. *Depositum custodi* ait Apostolus 1. Tim. 1, 14. & 6. 20. *Quid est depositum: id quod tibi creditum est, non quod à te inventum* &c. *Aurum accepisti, aurum redde: Nolo mihi pro aliis alia subjicias; nolo pro auro impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta supponas.* Vincent. Lirin. contra Novatores.

CLXXIV.

HELIOTROPIA.

Beati mundo corde! Matth. 5. 8. Heliotropium, ut ait Plinius, porracei coloris, sanguineis venis distincta, extra aquam speculi modò Solem accipit; at in vas aquæ dejecta, ut habet Marbodeus,

Sanguineum reddit mutato lumine Solem,
Eclipsimque novam terris effundere cogit.

Denique eam ipsam aquam in nebulam & imbrem resolvit, &

--- *Post modicum vas ebullire videbis,*
Adspergique forâs subitæ scaturiginis imbrem.

Ita *Mundicordes*, ut loquitur S. Augustinus, specula sunt in quibus Dei imago pura refulget, videbuntque DEUM ipsi & hîc fide, quâ corda mundantur, Act. 15. velut in speculo, & illic ad oculum. At si cordis oculi suffusi sint aqua opinionum erronearum, aut cupiditatum terrenarum, jàm Deum ut est videre nequeunt. *Purâ mente coli, purâ vult mente videri!* Sed & Fides cœlestis illa Heliotropia aquam omnem istam sensim evaporat. *Munditia cordis & conscientiæ puritas*, ait Chromatius, *nullam nubem ad intuendum Deum patietur.* In Matth. l. cit.

CLXXV.

Hephæstites.

Omnis vallis exaltabitur: omnis collis humiliabitur! Esa. 40. 4. Hephæstites rutila gemma, aridam materiam in Sole addita accendit, at ferventem aquam statim refrigerat. Plinius lib. 37. c. 10. alia multa efficit, sed in pectore, ait Marbodeus --- *memori fixum teneamus oportet,*
Quâ cor parte jacet lapides hos esse gerendos.

Mira divinæ Eloquentiæ, si modò ex corde procedat, efficacia, *in utrumque peritia est!* Sagas & Divinipotentes posse *Cœlum deponere, terram suspendere: fontes durare, montes diluere: Manes sublimare, DEOS infirmare, sidera extinguere, Tartarum ipsum illuminare*, ut ampullatur Apulejus 1. Miles. Logi sunt & nugæ meræ. Virga Mercurii quâ

animas

--- animas evocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit,
Dat somnos, adimitque &c.

Nebulæ in pariete pictæ! Plura & majora potest, illa verè *Divinipotens*, *Flexanima & Verticordia* Eloquentia! Eadem & destruit, & ædificat! colles infimat, valles sublimat! Cœcos illuminat, videntes occæcat! vivos mortificat, mortuos exsuscitat! &c.

CLXXVI.

Hieracites.

Semei maledicit Davidi exuli. 2. Sam. 16. 5. 6. De Hieracite gemma hæc habet Marbodeus.

Muscis expositum corpus nudato gerentis,
Lactis commixto mellisque liquore perunctum,
In tactum cupido miraberis agmine linqui:
Si lapidem tuleris facto grege spicula figent.

Musca est Semei; Hieracites Regia dignitas, quæ dùm aderat Davidi, non ausus erat ille prorepere, ne tùm quidem cùm se quasi nudo corpore, admisso in Bathsebam adulterio, palàm prostituisset. Muscæ susurrones sunt, ad ulcera convolant, saniem exsorbent. Hæ muscæ Magnates sugillare non audent, dùm salva est potestas. *Non* ajunt, *tutum est in eum scribere, qui possit proscribere.* Periculosum est deridere eos, qui gladio ἀντιμυκτηρίζειν solent. *In omnibus Regibus hæc urbanitas extimescenda est.* Sen. Suasor. 1. Quod si casus aliquis tulerit hunc Hieracitem, quem stantem meruêre, videbis odisse jacentem, venenatisque spiculis proscindere.

Turba Remi sequitur fortunam, ut semper, & odit Damnatos, &c. Juvenal. Sat. 10. v. 74.

CLXXVII.

Hexicontalithos.

CLXXVIII.

CHELIDONIUS.

1. *Quid mihi in cœlo? & à te quid volui super terram?* Psalm. 73. vers. 24. De Traglodytis Solinus cap. 33. Nullus ibi habendi amor, à divitiis paupertate se abdicârunt voluntariâ. Tantùm lapide uno gloriantur, quem Hexicontalithon vocant:

Qui sexaginta modico gerit orbe colores,
Corporis exigui numero dispendia supplens,
Dùm tot gemmarum fert gemmula sola decorem.

Hæc Marbodeus. Mihi Hexicontalithos JESUS est, in quo omnia! hoc uno glorior! Præ hac unâ gemmula *omnia ut stercora arbitror.* Phil. 3. 8. Solis *lux in multis multipliciter lucet: Si incidat in carbunculum, egrediens vicinam aërem facit rutilare; in Smaragdo virescit; in Sapphiro firmamento puriori conformatur; Hiacinthi quoque speciebus efficitur concolor*, &c. Sic lux & gratia Spiritus sancti, in aliis alia efficit (vide Saresber. l. 5. Policrat. c. 3.) in Christo Jesu, qui omnem recipit sine mensurâ, omnia. Hinc mihi factus est *Sapientia & Justitia, Sanctificatio & Redemptio,* 1. Cor. 1. 3.

2. *Parva volucris apis, at fructus ejus est omnium dulcissimus* Sirac. 11. 2. ἀρχὴ γλυκασμάτων principium

cipium omnium dulcedinum. Ita Hexiconthalithos gemmula aliarum omnium decore ornata eſt. Ita Chelidonius.

Parvus & informis, ſed nulli viribus impar.

Marbodeus, & Tecolithus apud eundem:

Adſpectu vilis, naturæ vi pretioſus.

Granum ſinapis, quod minimum videtur in ſemine, maximum extat in olore. S. Paulin. ad Amand. Epiſt. 1. Deus in minimis maximus eſt!

Sic adamas punctum lapidis pretioſior auro,
Parvula ſic totum pervadit pupula cœlum.

Manil. l. 4. Quam S. Chryſoſtomus vocat μικρὸν κέγχρον de humilit. Τὰ τίμια ὅσῳ μικρότερα, τοσούτῳ καὶ χαλεπώτερα. Vide Auguſtin. l. 22. de C. Dei cap. 24. &c.

CLXXIX.

JASPIS.

DEUS pacis conteret Satanam ſub pedibus veſtris, Rom. 16. 20. Invenitur in Jaſpide vir clypeum in collo & in manu cuſpidem habens, pedibusque ſerpentem conculcans, ajuntque eam vim habere contra omnes inimicos, ſic Rueus lib. 2. de Gemm. cap. 1. Meminit & Piccart. de Luſib. Nat. &c. Imago victoriæ ſpiritualis adverſus Draconem infernalem: Inſidiatur ille calcaneo noſtro, nec fuit, excepto Chriſto Domino, qui morſus ejus omnes evitarit

--- fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit, viruſque in corpore liquit.

Varios ille perimendi modos novit, mille nocendi artes

--- hos morsu, longis amplexibus illos,
Hos necat afflatu, funestâ hos tabe veneni.

Sed qui clypeo Fidei, & enſe Spiritus armati ſunt tandem conculcabunt, non ſuâ, ſed Chriſti virtute, ambulabuntque *ſuper aſpidum & baſiliſcum*, Pſ 91. v. 13.

CLXXX.

Alia.

Liga Sapientiæ leges ad collum tuum. Proverb. 3. 3. Galenus legitur in digito geſtaſſe Jaſpidem, in qua vir faſciculum herbarum de collo ſuſpenſum ferens viſus fuerit: Virtutem ejus fuiſſe, ut geſtans morbos omnes deſcernere ſanguinemque ſiſtere poſſet. Ruus ex Tethulio Judæo l. cit. Sapientia in verbo Dei patefacta *omnibus herbis & malagmatis potentior eſt*, Sap. 16. 12.

Omnes humanos ſanat medicina dolores!

Hujus Medicinæ archiatros eſt Chriſtus, diſcipuli verò ſunt Medici. Orig. in Pſalm. 37. Spernit mundus, ut --- *amaracinum fugitat ſus* --- at prudens collo ſuſpendit, cordi apponit. *Non omnium eſt herbarum genera virtutesq; noſſe: & ſi quis imperitus aut neſcius in agrum ſalubribus herbis divitem venerit, omnia inutilia & promiſcuè genita exiſtimans præteribit: at verò ſi peritus & doctus hunc pretioſum his germinibus agrum fuerit ingreſſus, omnia quæ ab aliis prætérita erunt, demetet, & quæ ab ignaris erunt neglecta, mirabitur: Sic & in divi-*

divinis scripturis esse intelligendum est, &c. Hilarius in Psalm. 134.

CLXXXI.

IRIS.

Consolatio scripturarum spem facit Rom. 15.4.
Iris gemma Crystallo similis, ex argumento vocatur. Nàm sub tecto percussâ Sole, species & colores arquus cœlestis in proximos parietes ejaculatur, subindè mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. Sexangulam esse ut Crystallum constat, optimaque quæ maximos arquus facit, simillimosque cœlestibus. Plinius l. 37. cap. 9. Ita S. Scriptura recepto fulgore à Sole patre luminum, spem in corda piorum ejaculatur, cujus figura & in Sacris literis Genes. 9. 26. & in Onirocriticis, arcus cœlestis est. *Quomodocunque apparuerit Iris in somnis, semper his qui in multâ paupertate, aut alio aliquo infortunio constituti sunt bona judicetur: Quia aëris constitutionem & statum mutat*, &c. Artemidorus. l. 2. cap. 39.

CLXXXII.

Lipare.

Nomen tuum unguentum effusum. Cant. 1. v. 3.
Lipare suffitu ad se inviat - genus omne ferarum, vide Isidor.

Non eget ergò canum morsu curâque sagaci
Saltus perlustrans, lapidem qui gesserit istum,
Sternendæ satis est venabula tollere prædæ.

Marbodeus. Lapis salutis odoratissimus est,

omnes ad se gentes nationesque trahit. Denique hâc gemmâ freti fuerunt Apostoli *Venatores, cùm potentes mundi hujus ex montibus & collibus, videlicet ex diversis seculi dignitatibus, detractos, ad humilitatem Christianæ servitutis deposuerunt.* Radulph. Flaviac. lib. 13. in Levit. cap. 2. vide Jerem. 16. 16.

2. Mundo Lipare pecunia est. *Pecuniæ obediunt omnia!* Eccles. 10. 19. *Lucri* autem *bonus est odor ex re qualibet.* Sed & illud quadrat, quod feras tantùm pecudes capit.

Si dicitur à pecude ipsa pecunia; rectè
Fiet, pecus ut habeat, quod suum vocavit.

Ait Scaliger in Epidorp.

CLXXXIII.

Lyncurius.

Thesaurus absconditus cui bono? Lyncurius electri colore lapis, ex urinâ lyncum natus creditur;

Quem mox egestum properant operire liquorem,
Et super accumulant congestæ pondus arenæ,
Scilicet invidiâ ne nostros cedat in usus.

Marbodeus. Similes sunt lyncibus qui quamvis Sapientiâ polleant, tamen Reip. nil. prosunt, opes animi sui supprimunt, & libros, si quos bonos vel ediderunt, vel edere possunt, tenebris & carcere damnant. Sir. 20. 32. Ovid. aut Lucan. ad Pison.

Abdita quid prodest generosi vena metalli?
Paullum sepultæ distat inertiæ
Celata virtus. Horat. l. 4. od. 9.

CLXXXIV.

CLXXXIV.

Lychnis, Noctiluca.

Lychnus apparens in loco obſcuro. 2. Pet. 1. 19.
--- *Flammæ ſimilis ſplendenti lumine Lychnis,*
ut canit Priſcian. v. 326. gemma fuit, quam Juno Hierapolitana in vertice ferebat, noctu fulgorem edens, Lucian. de Deâ Syriâ. At in vertice Eccleſiæ radiat alia Lychnis, quæ & noctu lucet, & omnibus, & ſine imminutione ſuæ lucis. *Nunquàm ſenſit luminis ſui damnum plurimis ignis accenſus, nec minuit Solis lucem conſiderantium multitudo; ſed quanti ad eum proſperint, tantis munera ſua commodat, & ipſe ſemper integer permanet.* Euſeb. Gallus hom. 7. ad Monach. ſivè Cæſarius eſt.

CLXXXV.

Magnes & Ferrum.

Si exaltatus fuero, omnes ad me traham! Johan. 12. v. 32. Magnes alia omnia quieta ſinit, ferrum duntaxat ad ſe trahit, & in altum ſublatum quaſi oſtentat, etſi nec ab inferiori ulla re ſuffultum, nec à ſuperiori ab aliquo viſibili nexu colligatum ſit, ſed ſolâ occultâ lapidis virtute pendeat. Sic Verbum Dei, quamvis omnes audiant, ſolos tamen fidei alumnos capit, animis eorum occulta rerum inviſibilium ſpe ſuſpenſis, hæc pluribus Theodoret. ſermon. 5. de Cur. Græc. Ne mirêre ſi Magnes cœleſtis non omnes cum effectu trahat! Non

virtutis id defectus est, sed materiæ vitium. Obstat divino tractui, aut *rubigo* induratæ in pravum mentis, aut *adamas* actualiter contumax cordis inobedientis, de quo Zachar. 1. v. 12. Sæpè etiam *allium* pravi sodalitii retrahit halitu suo pestilenti. Hæc enim & magneti officere dicuntur, vide Scaliger. Exercit. 112. Adamas, ait Marbodeus, adducit ferrum,

Quod facit & magnes absente potens Adamante
Nam præsens Adamas, Magneti quod rapit, aufert

CLXXXVI.

Magnes in igne. Theamedes.

Qui non mecum colligit, dispergit. Matth. 12. 30. Proverbium in hypocritas, qui se simulant stare à partibus Christi, & tamen hostibus clàm favent, aut medii & Neutrales esse volunt, quos in Repub. sua tolerare non vult Dominus, ut & Solon infamiâ notavit, qui in seditione neutram partem sequutus esset. Plutarch. in Solone. Tales erant Pharisæi, qui acceptâ à Deo legis scientiâ cum Christo stare & colligere debuissent, sed quia post principia stabant finem certaminis quod Dominus cum Satana susceperat exspectaturi, meritò pro hostibus habentur, copias Domini clàm dispergentibus. Sic Pompej sententia fuit: *Omnes adversarii sunt, nisi qui nobiscum sunt.* Cicero pro Ligario. Magnes in igne positus amittit efficaciam, cœruleam flammam & fumum sulphureum eructans; Bapt. Porta Mag. Nat. l. 7. cap. si fragmina ejus in ardente, prunas posita domum aliquam divitem vapore impleant,

Men-

Mentibus eversis, velut impendente ruinâ,
Defugient omnes in'eâ quicunque manebunt,
Et fur securus rapiet quæcunque libebit,

Marbodeus. Ita Magnes ille divini verbi positus in igne livoris, ambitionis, iræq; adversum Dei Filium insanæ, apud Pharisæos vim trahendi perdiderat, multos è domo Dei fugabat, furibus fores patefaciebat. Hic est ignis ille alienus, quem Deus aversatur. Lev. 10. 1. *Ignis alienus est cùm animus ardet irâ, avaritiâ, luxuriâ*, Radulph. Ibid. Sic aliquis in Æthiopia mons gignit *Theameden* qui ferrum omne abigit respuitque Plin. l. 36. c. 16. Et in Sardiniæ montibus soli magnetum, qui ad Orientem reperiuntur, ferrum trahunt, qui alias Cœli plagas respiciunt, respuunt Cassin. ex Leandro.

CLXXXVII.

Magnetici annuli.

Docete & commonete vos invicem cantionibus. Coloss. 3. v. 16. Nàm ut Magnetis spiritus, quo ferrum trahit, in annulum transfusus, ab eo aliis communicatur, ut longâ serie & concatenatione cohæreant; Ita Spiritus Divinus in Psalmis & sacris cantilenis latens, diffundit se, animosq; Deo facit adhærescere. Fit enim multò magis hîc, quã quod Angelus Politianus canit in Nutritiis:

Carmina Phœbeos videas adflare furores,
Et cœli spirare fidem, quin sancta legentem
Concutiunt parili turbam contagia motu,
Deque aliis alios idem proseminat ardor
Pectoris instinctu Vates: Ceu ferreus olim

Annu-

Annulus arcana quem vi Marpessia cautes
Sustulerit, longam nexu pendente catenam
Implicat, & cœcis inter se conserit hamis.

Qui verbum Dei diligenter tractant,& ipsiSpiritu Dei animantur, ac incalescunt, & alios atque alios deinceps inflammant, ut ab his quoque alii posteà incendantur. Sic Pharmacopolæ odorem unguentorum aliis quoque, qui cum ipsis converiantur quasi affricant. *Si unguentario,* ait S. Chrysost. hom. 52. in Johan. *aut unguentariæ tabernæ quispiam assideat, etiam invitus illum odorem accipit: longè magis qui Ecclesiam frequentat, etsi durus, & asper fuerit, tandem gemet & incipiet aliquandò audita opere implere.*

CLXXXVIII.
Medus.

Odor vitæ & mortis. 2. Cor. 2. 16. Lapis inMedorum regione reperitur, dictus

— *Mortis dator atque salutis.*

Nam super cotem solutus mulieris lacte, quæ semel peperit,& puerum edidit partu, cœcos multo jàm tempore,persanat inunctus; idem aquis solutus misto cotis pulvisculo, oculos lavantis extincto lumine occœcat: ex Marbodeo, & Dioscoride. Medus est prædicatio nominis Christi,qui,si lacte rationali Ecclesiæ Dei resolutus 1. Petr. 2. 2. & secundùm fidei ἀναλογίαν applicitus Rom. 12. 6. inungatur, cœcos efficit videntes. Idem aqua prudentiæ carnis, aut quam hæretici caupones Divino vino miscent, traditionum humanarum vide Esa. 1. Hieron.

aqua

aqua errorum in qua porci moriuntur Matth. 8. 32. in qua ferrum demergitur. 2. Reg. 6. 5. &c. vide Lauret. Sylv. allegor. in AQUA. temperatus, addita cotis, id est, improbi Doctoris fungentis

--- *Vice cotis, acutum*

Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi, mixtura, videntes illitus facit cœcos. Adeò

Nil prodest, quod non lædere possit idem.

Ut rosa hominibus vitæ odorem afflat.

--- *Rosæ tribuit Pater ipse medendi*

Corpore ab ægroto varios depellere morbos,

ut canit Passeratius; Scarabæis cicuta & venenum est: Ita verbum Dei, ita Sacramenta, denique Christus ipse in utrisque oblatus, Luc. 2. vers. 34.

Mors est malis, Vita bonis.

CLXXXIX.

ORITES, Myndan.

Super aspidem & basiliscum. Psalm. 91. 13. confer. Esa. 118. Orites niger lapis curat lethiferos morsus ferarum, &

Per vastos eremos interque feras gradientes
Illæsos servat, morsus abigendo ferarum.

Marbodeus. Similis est Myndan niveus, quem qui secum fert, ουδὲν ὑπὸ θηρίων ἀδικεῖται Leontius apud Caussin. Innocentia insularum loco est.

Integer Vitæ scelerisque purus
Non eget Mauri jaculis, nec arcu!

Ut libeat cum Petronio exclamare,

ò maxi-

--- ô maxima rerum
Et meritò pietas homini tutissima virtus!

CXC.
Ophthalmius.

Ne quis circumveniat in negotio fratrem. 1 Theſſ. 4. 6. Accipio cum vulgo Interpretum de fraudibus & imposturis negotiatoribus uſitatis, non de technis adulterorum quibus circumveniunt quorum thalamos inſeſſitare cupiunt, cum Hieron. quem Eſtius ſequitur. Habent autem Mercatores artes ſuas, ſua aucupia, & quendam quaſi Ophthalmium lapidem, de quo Marbodeus:

Aſſeritur furum tutiſſimus eſſe patronus,
Nam ſe geſtanti viſus conſervat acutos,
At circumſtantes obducta nube recondit,
Ut ſpoliare domos poſſit impunè latrones.

Quod in rem ſuam ſit acutiùs vident, quàm ſerpens Epidaurius, juxta vulgatum vetus: *Nihil eſt Cocio ſi eſt cœcus!* ac fraudibus deniq; & perjuriis oculantiſſimos exoculant. *Quid aliud eſt cunctorum negotiantium vita, quàm fraus & perjurium?* Salvianus l. 3. de Gub. Dei, quid aliud imò, quàm quoddam *neglectum à majoribus, à nobis etiam conceſſum intra mœnia & in ipſo foro latrocinum?* ut de canino ſtudio rabularum forenſium dixit Columella l. 1. de Re Ruſt. præf. Atque etiam pejus furto. *Majores enim noſtri ſic habuerunt, & ita in legibus poſiverunt, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.* Cato de Re Ruſt. in princ.

CXCI. *Fan*

CXCI.

Pantherus.

Pietas ad omnia utilis. 1. Tim. 4. 9. Pantherus, ut Panthera, à qua dictus, fera diversicolor.

India quam pingit, cujus pavefacta Draconum
Voce fugit rabies, quam bestia contremit omnis;

Varios habet colores, idem niger & rubeus, viridis & pallidus, roseus & purpureus,

--- sparsimq; colores
Hos habet, & vario distinctus stemmate vernat.

Si quis inspiciat Sole exoriente, eo die invictus erit. Marbodeus. *Oportet rectè Philosophantem adveniente aurora cum Djs versari, procedente die de Djs loqui, reliquum tempus humanis rebus & sermonibus impendere.* Apollon. apud Philostrat. l. 1. A Pietate lucis liquidissimum auspicium est. *Manè igitur adstandum Deo.* Psal. 5. 4. & 88. 14. & 92. v. 3. ita,

--- manè quod tu occæperis
Negotium agere id totum procedit diem.

Plaut. in Persa.

2. Sed & à juventute operandum sapientiæ, monet Pantherus, ut invictus sis Sir. 1. 24. & 6. v. 18. Diversicolor illa est, complexuque suo omnes bonas artes vinculo quodam sororio nexas continet. Scitum enim est, *omnes disciplinas inter se conjunctionem rerum & communicationem habere.* Vitruv. l. 1. de Archit, cap. 1. Sapientes non sunt, nisi qui, ut idem ait ibid. *pluribus disciplinarum quasi telis armati sunt,* & ut habet Gratias de venatione:

--- ex omni florem virtute capessunt.
Ergò ait Ruffinus de Metris:
Vos Phœbi comites, animis hæc condite vestris
Et memores doctis componite mentibus artem:
Non unum natura dedit nos ferre laborem,
Legibus alterius pulchras quæ junxerat artes.

CXCII.
Pantarba.

Invenerunt me, qui non quæsierunt me. Esa. 65. 1. Pantarba, ut Jarchas nugatur Brachmanum apud Indos Princeps, lucet sicut ignis: lumen ejus spiritus est potentiæ admirabilis, quicquid enim propè est attrahit, lapides alios quoque in profundo maris aut fluminum, ut coacervati velut examen apum ei subjaceant. Sed inquirere nemini licet, aufugit enim nisi summa cum ratione trahatur. Philostratus lib. 3. pag. num. 141. Linquo equidem suum Pantarbam Brachmanibus, attrahant illo, quantum volunt lapidum; Ego verò cum S. Bernhardo.

Quocunque loco fuero
Jesum meum desidero!
Quàm lætus cùm invenero!
Quàm felix cùm tenuero!

Sed *non est volentis, non currentis!* Roman. 9. 16. Nisi trahat ipse, lux mundi, frustrà trahatur, Joh. 6. 44. Ergò, ô Jesu! trahe nos post te, lapides nos in profundo mersos,

--- durum genus, experiensq; laborum!

CXCIII.

CXCIII.
PANDIA.

Vir duplex animo, inconſtans. Jac. 1. v. 8. Hæſitans & dubius homo *Bianimis* dicitur: quia

--- animum nunc huc, nunc dividit illuc
In partesque rapit varias.

Quem, ut cum Coſſiodoro loquar l. 5. variarum Epiſt. 34. *non immeritò Pandiæ gemmæ dicimus eſſe conſimilem, in qua unus ſe fulgor non poteſt continere, fluctuat adſpectibus tremulis, dùm lapis teneatur mobilis. Nàm quod modò videris, mox aliud ibi, ſi ampliùs intuearis, advertis; ſic mutatum credis, quod neminem eripuiſſe cognoſcis.* Tales ſunt qui in precibus fluctuante animo, modò fidunt, modò diffidunt, quorum vota venti diſcerpunt. *Tantum enim quisq; accipit, quantum credit*, ut S. Machtildi revelatum ajunt, vide Bloſii Monile c. 7. p. 90. Ipſe Caſſiodorus leves promiſſores confert. *Quia leviſſimi animi mos eſt, polliceri facilè, quod non disponit implere.* l. cit. ſed & vaga ſtudioſorum ingenia ſimilia ſunt, de quibus Seneca: *Nusquàm eſt, qui ubique eſt. Nihil æque ſanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio. Non coaleſcit planta, quæ ſæpè transfertur.* Epiſt. 2.

CXCIV.
PYRITES.

Viri diligere debent uxores ut corpora ſua. Epheſ. 5. v. 28. quonam modò? Sincerè, ſed & cum modò, μὴ εἰς ἐπιθυμίας, Rom. 13. 14.

Uxor legitimus debet quasi census amari,
Nec censum vellem semper amare meum.
ait Petronius. Pyrites furvi coloris lapis.
Tangi vult leviter, pavidâq; manu retineri,
Nam pressius nimium digitos stringentis adurit.
Juxta Marbod. & Plin. l. 37. c. 11. Hinc Xystus Pythagoræus in Enchirid. Interp. Ruffino: *Adulter etiam propriæ uxoris est, omnis impudicus, vel amator ardentior.* Nempè si ex legis rigore judicandus sit sed apud pios Christianos fit quod ait Lactantius l. 6. c. 16. *Si libido extra legitimum thorum non evagetur, licet sit vehemens, tamen culpâ caret.*

CXCV.

Rupes Harpasæ.

Ne loquaris cum potente tanquàm cum æquali. Sir. 13. 14. Juxta Harpasa oppidum Asiæ cautes stat horrenda, uno digito mobilis, eadem si toto corpore impellatur, resistens. Plin. l. 2. c. 96. Ita cum potentibus si quis feliciter conversari velit, caveat improbè impellere. Modestè tangenti cedent, contra vim aut impudentiam adferentes, stabunt --- *veluti Harpesia cautes.* Cum Regibus, ut Soloni dixit Æsopus, δεῖ ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν, Plutarch. in Solone extr. Quomodò & Callisthenem Aristoteles monuit ut cum Rege, *aut quàm rarissimè, aut quàm jucundissimè loqueretur, quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior.* Val. Max. lib. 7. cap. 2. *Regibus etiam quæ prosunt, ita tamen ut delectent, suadenda sunt.* Cestius apud Senec. Suasor. 1.

CXCVI.

CXCVI.
Sagda.

Filius hominis quum venerit, fidemne inveniet in terrâ? Luc. 18. 8.

Difficilis gemmas super omnes Sagda repertu, ait Marbodeus, nascitur enim in profundo mari, Chaldæi adhærescentem navibus inveniunt coloris Prasini. Plin. 37. cap. 10. nàm ut magnes ferro sic ista ligno adhæret, *morsu -- sic fixa tenaci*

Quòd nequit abrasa ligni sine parte revelli.

Sic fides vera rara avis est! Quâ pia mens ligno crucis adhæret, & ex profundo emergens, cum Gregor. Naz. ait:

Quæro Nohæ navem, mortis quò flumina vitem!

CXCVII.
Selenites & Turcois.

Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Rom. 12. 15. Selenites

--- *Jaspidis æmula gemma,*
Lunares motus & menstrua tempora servat,
Crescit enim Luna crescente, minorq; minuta
Efficitur, tanquàm Cœlestibus anxia damnis:
Idcircò sanctus lapis à plerisque vocatur.
Dicitur esse potens ad amorem conciliandum.

Nihil potentius animos ligat & devincit similitudine morum. *Idem velle & idem nolle, ea demùm firma est amicitia.* Catilina Sallusti. Sancti lapides sunt qui bonorum prospera in suis commoditatibus numerant, aspera in damnis. 1. Petr. 2. v. 5.

Hi ad ædificium Templi Dominici facilè per se coalescunt. *Semper enim natura gaudet æqualibus, & familiare sibi est omne, quod simile.* Symmach, l. 1. Epist. 37. sic Rueus rem miram de Turcoide narrat, quæ mortuo domino nubilum sibi obduxerit, & rimam egerit, deindè vendita felicem dominum reperiens, pristinam pulchritudinem receperit. Michael Piccartus repetit, de Lusib. Nat. Consulem quendam Argentinensem alaudam habuisse, quæ colorem cum fortunâ ejus mutarit audire memini à fide digno. Ita servus debet domino

--- *concolor esse suo.*

Probos quosq; & Bonæ Mentis servos pro ingenio Dominico conversari videmus. Siquidem artificium promerendi obsequium est; obsequii verò disciplina, morigera subjectio est. Tertull. de Patient.

CXCVIII.

Silex bufone fœta.

Scindite corda, Joël. 2. 13. Bufones in durissimis silicibus reperiri, ubi metalla fodiuntur, inter alios prodidit Agricola de animal. Subterran. latere in medio, aditu inaccesso, ut ne quidem aurula ulla penetrare possit, quod si ruptis silicibus in lucem proferantur statim intumescere, & mori. Sic in durissimo humano corde latet non unus bufo, Feuerkrodt/Erdkrodt/sed si malleo legis Divinæ contundatur illud, ut in confessionem erumpat, cum Davide: *Peccavi!* interit fœdissima pestis. Scindamus ergò, frustillatim discerpamus durum hoc saxum quod salit

---- *lævæ ſub parte mamillæ*! Nàm.
Quid valet abſcondi? quoniam ſua crimina nutrit.
Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti.
Sedulius. Μόνη ἐμοίγε δοκεῖ ἴασις ἁμαρτίας, ὁμολογεῖν τε ἁμαρτάνοντα. Arrian, lib. 7. de Exped. Alex. M.

CXCIX.

Smaragdini oculi.

Rex ſedens in ſolio judicii, diſſipat omne malum intuitu. Proverb. 20. 8. Apud Cyprios juxta Cetarias marmoreo Leoni in tumulo Reguli Hermiæ oculi erant inditi ex Smaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi inſtrumenta refugerent thynni, diu mirantibus novitatem piſcatoribus, donec mutavêre oculis gemmas. Plin. l. 37. cap. 5. Ita bonus juſtusque princeps fugat oculorum quaſi fulgore improborum colluviem. Odere illi iſtum non minùs quàm ululæ Solem. Innocentia ſola non fugit, amat etiam & colit, quid enim oculis Smaragdinis lætius? viſuve jucundius? Ἀφοβία μεγίστη τὸ φοβεῖσθαι τοὺς νόμους. Syneſius Epiſt. 2. Leges qui metuit, nil habet metuere.

CC.

Vitrum Dei, ollæ foſſiles.

Fingit nos DEUS opere quaſi Phrygio in inferioribus terræ. Pſalm. 139. 14. Vitra foſſilia reperiri in India quæ Dei dicantur, Gottesglaß / meminit Dn. Mattheſius & ex eo Theobaldus de Arc. Nat. credo ea eſſe quæ Myrrhina dicuntur:

de quibus Scaliger ad Cardan. &c. Naturæ artificio fingi & pingi credidêre quos citavi & alii. Nec abnuet, qui noverit ex eadem officina eodem ingenio profectas tot pulcherrimas gemmarum, marmorum, lapidum, aliarumque materiarum picturas, ſculpturas, de quibus legere eſt Epiſtolam D. Michaëlis Gehleri de gemma formicina. In Polonia apud Nohaw & Polukii, item inter duos fluvios Bober & Neuſs dictos non procul à Guben & Loberſperg, ut & alibi mira ollarum forma reperitur, omnis generis, tanquam ſi in foro venales invenirentur, vulgò natura ita creſcere & aſſeritur & perſuaſum eſt, de quibus Jacob Mokius de aquar. affect. Ita fingit nos Deus in abſtruſis locis, ita format *hoc vas animæ rationalis* Paulin in obit. Celſi, *hoc terreſtre vaſculum*, Salvian. *Vas fictile, quod ſimul offendit ad fortunam frangitur*: Phœdrus in fab. *Vas quaſſum & fragile*, juxta Senecam! Sed & olim ita refinget. Quid dubitas? *Idoneus eſt reficere qui fecit! quantò plus eſt feciſſe, quàm refeciſſe; initium dediſſe quam reddidiſſe; ita reſtitutionem carnis faciliorem credas inſtitutione!* Tertull. de Reſurr. carn. Quid mirum? non & in communi vita *Calix bene ſibi conſcius, & de diligentia miniſterii commendatus, coronis quoque potatoris ſui inorabitur, aut adſpergine florum honorabitur?* Ibid. In qua ſpe nunc quidem finio.

Gratia tibi ô JESU!

INDEX SYMBOLORUM.

Prior Numerus Symbolum, alter Paginam denotat.

Chriſtus

Lapis

Sibylla

FINIS.

S. JEREMIÆ, VIRGA VIGILANS ET OLLA SUCCENSA

Occasione

Terribilis nuper visi

COMETÆ,

proposita, & illustrata

à

JOH. HENRICO URSINO.



NORIMBERGÆ,

Sumptibus JOHANNIS DANIELIS TAUBERI.

Typis Christiani Sigismundi Frobergeri.

ANNO M. DC. LXXXV.

A & Ω.

PROOEMIUM.

1.

GLadium vindictæ justus scelerum ultor DEUS triplici modo gestare perhibetur: 1. *In vaginâ*, accinctum femori; dùm, quamvis armatus jàm, tamen adhuc patiens, peccatorum Conversionem exspectat, malens ipsorum pœnitentiam quàm pœnam, Psalm. 45. v. 4. 2. *In ore*, nudatum; dùm bellum palàm impœnitentibus indicit, & supplicia, quæ sceleribus debentur, comminatur, quâ Verbis, quâ signis terribilibus: quæ tubæ instar creaturas in prælium adversus rebelles excitant & ad arma vocant; quædam q. *Cœli Lingua*, ut Stellam Magorum Ducem appellavit S. Augustinus, Apoc. 1. v. 16. cap. 19. v. 15. Denique 3. strictum & acutum *vibrat manu*, cùm jam inexorabilis quodammodò furit, & implacabiliter fecit obvios quosque:

Namq; injustorum justos mala ferre necesse est, ut est apud S. Prosperum, Psal. 7. v. 13. 14. Deut. 32. v. 40. 41. Ezech. 21. v. 9. & antè 3.

2. Ea verò perditorum hominum socordia & securitas est, ut neque paternis blanditiis se duci neque severis comminationibus flecti, neque horrendis suppliciis frangi patiantur; dùm tandèm

dèm planè efferentur, brutescant, & in exitium, quod merentur, eant præcipites. Ità iisdem mediis quibus boni meliores fiunt, mali evadunt pejores:

Limus ut hic durescit, & hæc ut cera linquescit,
Uno eodemq; igni!

3. Neque hoc impiis accidit sine tremendo, sed justo, Dei judicio: Vere enim dictum est; *neminem celeriùs opprimi, quàm qui nihil timeret, & frequentissimum initium esse calamitatis, Securitatem.* Scilicet *eùm fata jam prævalent consiliis omnemque animi aciem præstinguunt: Quippè ità se res habet, ut plerumq; quibus fortunam mutaturus est Deus, consilia corrumpat*, Vellejus Paterc. l. 2.

4. Nostra tempora nec accusare, nec deplorare libet. Utrumque vulgare & tralaticium est: nullíq; hîc disertiores sunt, quàm qui non vident *id manticæ quod in tergo est.* Qui nuper in cœlo fulsit Cometa, quamvis terribili face omnes ferè gentes, spectatoresque toto orbe adverterit & affecerit, tamen à plerisque jam susque deq; habetur: nec desunt qui omnes artes advocant, ut doceant hæc naturæ abortantis portenta contemnere. Neque vituperandi essent, qui inveteratæ forsan superstitioni cuperent opponere remedium; nisi quo collyrio oculos parant ad acutiùs cernendum inungere, eodem omninò extinguerent, & ut veteri verbo dicam, *elucificarent.*

5. Absit à Christianis mentibus profana vanitas. Non metuamus *Cœli signa*, ut qui non metuunt Deum, Mundi fabricatorem & Iudicem. Tu-

tiores tamen ſunt qui timēt dubiâ mente, quàm qui temerè feruntur ſecurâ. Naturam magiſtram de talibus poſſumus rejicere; quia tacet; & non audire experientiam; quia fallax, aut incerta eſt: Quid Divina Oracula? quæ & clamant, & neque falli poſſunt, neque ſallere? Quid deindè rerum noſtrarum quis ſtatus, temporum quæ conditio ſit, an ignorare poſſumus, ut pueri? aut non videre, ut cœci? Nihil mali prænuncient iſti in Cœlo ignes, ſi nihil eſt, quod jure metuamus: imò aliquid boni, ſi quidquam ſperare audemus.

6. Verùm, ubi Divina extant de Cometis Oracula? Dicam, cùm priùs *de Geminâ S. Jeremiæ Viſione*. Hanc videre Deumq; audire interpretem, operæ erit pretium. Poſteà ſtatuat quisque quod animo allubeſcet: Suum cuique pulchrum, mihi meum. Eventus judicium comprobabit.

Viſio S. JEREMIÆ,

Cap. 1. v. 11. ſeqq.

7. Verſio Vulgata: *Et factum eſt Verbum Domini ad me, dicens: quid tu vides Jeremia? & dixi; Virgam vigilantem ego video.*

v. 12. *Et dixit Dominus ad me; Benè vidiſti: quia vigilabo ego ſuper Verbo meo, ut faciam illud.*

v. 13. *Et factum eſt Verbum Domini ſecundò ad me dicens: Quid tu vides? & dixi; ollam ſuccenſam ego video, & faciem ejus, à facie Aquilonis.*

v. 14. *Et dixit Dominis ad me: ab Aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ.*

v. 15. *Quia ecce Ego convocabo omnis cognatio-*

nes

nes regnorum Aquilonis, ait Dominus, & venient, & ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalem, & super omnes muros ejus in circuitu, & super universas urbes Juda.

v. 16. *Et loquar judica mea cum eis, super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libaverunt Diis alienis, & adoraverunt opus manuum suarum.*

Hanc interpretationem cum fontibus & aliis versionibus, inter explicandum, conferemus, compendii gratiâ.

8. Præmitto autem, oblatam visionem istam Prophetæ nostro in ipso vocationis Divinæ initio: *Anno* scilicet *Regis Jôsiæ XIII.* quo ipso *Nabuchdonosor M.* Babyloniorum Rex, junctis cum Prosocero *Cyaxare* Rege Medorum, cujus Neptim in matrimonio habebat, viribus, *Nineven* Assyriacæ Monarchiæ Metropolin, cepisse, & tandem evertisse post annos aliquot, fertur: vide quæ ex diversis Chronologis dixi, in Isagogâ p. 169. 170. & h. l. Cornel. à Lap. Illud indubium, incidisse hanc visionem in primordia surgentis Monarchiæ Babylonicæ, quam Deus ideò voluit suscitare & extollere, ut fastum & insolentiam Regni Judaici deprimeret. Evénit hoc annis pòst XL. occupatâ à Babyloniis Hierosolymâ. Hic visionis nostræ fuit eventus.

9. Eam, ut per partes explicemus, considerabimus 1. *Materialiter*; Quid viderit Propheta? 2. *Formaliter*; quo fine? & quæ visionis significatio fuerit?

De PRIMO: Quid viderit Jeremias.

Duo indicantur: inter se tamen, ut fine & significatione, ità & tempore ac loco conjuncta; *Virgam* primò *vigilantem*; *ollam* deindè *succensam*, vidisse ait.

10. VIRGA VIGILANS in fontibus Hebraicis est, מקל שקד *Makkel Schaked. Makkel propriè Baculus, voce videlicet non abludente ab Hebræâ, M. cum B. ejusdem organi elemento permutato*, ut ait Marinus in Arcâ Nohæ Avenarius conjicit per literarum Metathesin hinc dictum *Calamum*. Derivari videtur à *Kalal*, q. d. baculum *levem*, qui manus gestantis non oneret, aut & lævem, *lævigatum*, politum: quales sibi è lignis decorticatis faciebant *pastores*, Gen. 30. v. 36. 1. Sam. 17. v. 41. Zachar. 11. v. 7. &c. Ponitur etiam pro baculo, *Viatorum*, Gen. 32. v. 10. Exod. 12. v. 11. *equitantium*, Num. 22. v. 27. & pro *Sceptro Regio*, Jerem. 48. v. 17. cum epitheto, *baculus gloriæ*. Quid inter sit inter, מטה *Matte*, פלך *Pelech*, שבט *Schebbet*, משען *Mischan*, quibus ferè nominibus ista gestamina manuum, quæ vel dignitatis insignia vel gressuum fulcra, vel defensionis, aut aliorum instrumenta sunt, ab Hebræis appellantur, inquirere non est hujus loci.

11. Epitheton baculi *Schaked*, à radice *Schakàd festinavit, sedulus fuit, maturavit, vigilavit*, varias admittit interpretationes: propriè *amygdali* nomen est, ut dixi Arboreti Bibl. cap. 31. ubi de

h. l.

h. l. Jeremiæ. Hinc LXX. habent Βακτηρίαν καρυίνην, Theodotion, ἀμυγδαλίνην, Aquila & Symmachus, γρηγορἕσαν, ut Vulgatus, *Vigilantem*. Cætera mox dicam, & expendam.

12. Venio ad OLLAM SUCCENSAM: סיר נפוח *Sir naphuach*, Hebr. *Sir* vas coquinarium rotundum significat, in quo ad ignem admoto, carnes & pulmenta coquuntur. Vulgatus *ollam* & Græci λέβητα habent. Levitæ 2, Paralipom. 35. v. 13. dicuntur coxisse, *sanctificata*, hostiarum carnes, *Bassiroth, ubaddvadim, ubazzelachoth*, in *lebetibus*, *cacabis*, *abenis*, *ollis*, *caldariis*, &c. LXX. habent ibi χαλκεῖα καὶ λέβητας: hîc verò λέβητα ὑποκαιόμενον. Vocabulum tamen *naphuach* propriè indicat, *exsufflatam*, quod quidam *ebullientem*, *fervente*m, vertunt: Emphasis est in Hebræo; q. d. ollam aheneam, circumdatam flammis, easque q. undique eructantem, ut fit, cùm vehementi flatu inspiratur. Causa ponitur pro effectu, ut Jobi, 41. v. 12. Es. 54. v. 16. Ezech. 22. v. 20.

13. Hinc colligo vidisse Prophetam nostrum in cœlo.

COMETAM.

Quod ut obtineam, 1. præmitto; *visionem hanc non fuisse imaginariam, sed externam, sensibilem*, oculis ipsius objectam; quomodò Moses vidit Rubum ardentem, Exod. 3. v. 2. Verba clara, bis vidisse, significant. Neque ulla apparet ratio, cur à propriâ verbi, *videre*, significatione recedendum sit? Imò contrà est, quod à certo cœli cardine vidisse advenientem ollam dicitur. Quid opus erat

 ut ima-

ut imago hæc in imaginativâ efformaretur? aut quomodò depingi potuit? quàm multa hîc addenda & inserenda verbis Prophetæ, ut hæc per imaginationem oblata intelligantur? Scilicet: & cum Dominus imaginationi meæ formam, primò baculi, deindè ollæ, impressisset, sivè per semetipsum, sivè ministerio angeli alicujus factum est Verbum ejus ad me, dicens: Quid vides? id est, oculis feriantibus & otiosis, quam imaginem animo concepisti? vel ut apud Ghislerium est; *quidnam est illud, quod Prophetarum more imaginariâ visione intueris?* aut ut apud Castrium; *ostenso spectro hunc ad me sermonem fecit Dominus*, &c. Talia interponere nulla urget necessitas. Potuit enim videre oculis corporeis, ut cœlum ipsum, verso vultu in Aquilonem; imaginatione non potuit; nisi Cœlum quoque & terra, oculis à sensu abductis, animo per spectrum repræsentarentur. Verùm etiàm finis visionis & utilitas persuadet, vidisse quod verè visibile esset, & ab aliis quoque conspici posset, ac deberet. Vidit enim non sibi, sed universo Populo. Itaque quod Chislerius habet in Paraphrasi: *Enarra amodò, quid singulariter videas, quod ab aliis minimè cernitur: Tu instar totius Judaici populi oculus intuens, quæ illi immineant, expone, quod cernis, ut quantum in te est, id ab eis evitari queat*: partim accipio partim respuo. Accipio; Prophetam, *Videntem* scilicet, quod Prophetarum proprium nomen est, totius Populi in hâc visione oculum fuisse, ut & ad videndum adverteret securos, & visum ipse divino oraculo interpretaretur; Solum vi-

disse,

diſſe, neque verba indicant, quibus niſi cogat neceſſitas, nihil addendũ eſt;& finis refutat. Fruſtrà puto vidiſſet, ſi ſibi ſoli. Nã ſi in ipſo muneris ſui exordio, ſpectrũ tale vidiſſe naraſſet omnium narâſſe creditus, fidem apud præfractum populum nullam inveniſſet. Novo igitur prodigio de cœlo, Prophetæ firmanda erat auctoritas, oculisque priùs apertis aures erant contumacibus reſerandæ, animusq; ad attentionem excitandus. Accedit ratio ab ipſo viſionis tempore: Nam eo ipſo anno Rex Joſias in eam curam ſeriò incubuit, ut everſis idolis, deſtructisq; ſacellis, avitam religionem reſtitueret, 2. Paralip. 34. v. 3. & ſeqq. Sed & circa hunc articulum temporis ſurgebat nova Babyloniorum Monarchia, exitio regni Juda. Has regnorum mutationes prodigiis prænunciari ſolere quis neſcit? Et ſi nulla tunc temporis conſpecta fuiſſent; nihil inſolitum, viſuq; horrendum, mentes exterruiſſet; quis prudenter Prophetæ crediſiſſet, viſa ſua narranti, ultimamque cladem minitanti regno, quod, tàm pius & de pietate tàm ſollicitus, Rex tùm adminiſtrabat? quem, niſi mors cruenta rebus humanis exemiſſet, aureum quoddam ſeculum in Judæam reducturum, quis non ſperâſſet? Quid? quod in Novo Prophetâ, homine adhuc juveni, nihil reperiebatur, quod aliquam auctoritatem ei conciliare poſſet, apud auditores, inprimis in ſummâ dignitate conſtitutos. Itàque, quod & aliâs fecit Sapientiſſimus juxtà ac optimus, Maximus Deus; inſolito aliquo ſigno præparandi erant animi, nondùm planè obdurati, ut

fidem dicenti haberent, pœnasque pœnitendo f
non omnes, tamen æternas evitarent. Ita *Hosea*
Prophetæ mirabile connubium, pestis locustarū
tempore *Joëlis*, *Amosi* terræ motus, quæq; spectra
Regibus Babyloniis tempore *Danielis*, dormientibus
aut vigilantibus, oblata fuerunt, animos
excitârunt & erexerunt, ut rebus præsentibus
admoniti, post facta. Verba Dei admitterent,
aut si sperrierent, nullam posteà excusationem
invenirent. Quamobrem ità censeo; visionem
hanc fuisse sensibilem, nec à solo Prophetâ conspectam:
idque & vero similius, & suavi providentiæ
divinæ rationi esse convenientius. Quod
& PP. Græcis placuisse, audiemus.

Segniùs irritant animos commissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus.

14. Jam quod Cometam viderit 2. *probo*: 1. per
ἀνασκευὴν aliarum interpretationum. Nam edisserat
nobis aliquis, quomodò potuerit videre
baculum aut Virgam vel vigilantem, vel festinantem,
vel nuceam, aut amygdalinam?
Audio Hebraizantes; visam fuisse *virgam amygdalinam,
quod amygdalus prima floreat, fructumque
maturet*, quâ de re dictum satis in Arboreto cap.
31. cit. Audio Græcos; *Virga amygdalina celeritatem
vindictæ indicat: floret enim hæc arbor ante
alias*, sic Theodoretus h. l. sed cur *nucea* dicitur?
Quia lignum hoc στεῤῥὸν καὶ βαρὺ καὶ πληκτικὸν, ut Severus
in Catenâ, & Olympiod. aut quia *nux naturâ
suâ vigilias inducit*, ἀγρυπνίας ποιητικόν ἐστι, iidem.
Sic Cyrillus Alexandrinus: *nuceam Virgam*

gam capiti suppositam vi naturali efficere vigilantiam, l. 10. de Adorat. Audio Hieronymum; *Quomodò Nux, sivè Amygdalus, amarissimum habet corticem, & testâ durissimâ cingitur, ut detractis austerioribus & duris, fructus dulcissimus reperiatur: Sic omnis correptio, & labor continentiæ, amara quidem videtur ad præsens, sed fructus parit dulcissimos.* Hæc quidem ità sunto; Verùm cùm certum sit apud omnes; non baculum verum, sed formam baculi visam, rogo; quomodò potuerit Propheta nuceumne, an amygdalinum viderit discere? aut materiam discernere? Hìc nihil apud Interpretes invenio: nisi quod Ghislerius animo advertit hoc quæri posse, & Paraphrasin sic instituit: *Video Virgam absque ullo vel florum, vel foliorum decore: imò ità atram & asperam, ut gravem illam appellem baculum nuceum, ad percussionem paratum: quam & ità celerem suâ ipsa denunciat vibratione, ut & amygdali illam dicam.* Sed hâc ratione non vidit ille baculum nuceum, aut amygdali; verùm talem, quem ipse utroque nomine appellavit, cùm ex neutro esset ligno.

15. Esto tamen, viderit aliquid baculo sivè nuceo, sivè amygdalino simile, potueritq; tàm accuratè cognoscere, cujus ligni essent? Quonam modò verò vidit vel *vigilantem*, vel *festinantem*? Hugo Cardinalis, *Virgam vigiliarum aut Vigilantium* intelligit *Uncinum Latronum, quo de nocte Vigilantes dormientium bona per fenestras extrahunt: ut Judææ exspoliatio significetur*: quod refellit Lyra. Maldonatus notat *non potuisse quosdam intelligere, quomodò Virgæ vigilare conveniat*? Quare ipse expli-

plicat; *Virgam visam Vigilantis DEI*; aut *Vigilan-tem*, id est, *nimis manè surgentem, nimis festinè germinantem.* At hoc est nodum nodo solvere. Recurrit enim quæstio: Quomodò vidit ille Virgam nimis manè surgentem? aut undè cognovit, esse de ligno nimis festinanter germinante?

16. Viegas apud Cornel. à Lap. h. l. *Vigilantem* exponit *oculatam, vel oculos apertos & vigiles habentem.* Sic ajunt Ægyptiorum Hieroglyphico Deus significabatur *baculo* aut sceptro, *cui insculptus, aut impositus esset oculus*: quod & Castrius adfert. Eleganter, si modò Propheta assentiretur. At quid ab ejus verbis remotius? Ergò Ghislerius putabat, *visam hanc Virgam in manu Dei, meritoque dictam Vigilantem, quod extensa visa esset, & Vibrans*, aut ut vertit Vatablus, *imminens.* Neque aliter tandem Cornel. à Lap. qui refert ex Theodoreto, Simeoni Stelitæ similiter in visione conspectas duas Virgas, Cœlo delapsas; quarum altera in Orientem, altera in occidentem lata, Persarum Scytharumque impressionem in Imperium Romanum præsignaverint. Mitto ejus generis alia, quæ operosè refutare velle, otio abutentis esset, & operâ. Placet quod concludit Cornelius: *Hæc ergò Virga vigilans ostensa Jeremiæ, fuit similis ostento, vel portento Cometæ, qui specie Virgæ aut gladii apparens, pestem, bellum, & vastitatem, quasi index iræ Dei portendit hominibus.* Ego tamen non similem, sed omninò Cometam fuisse.

17. *Probo* 2. per κατασκευὴν: Neque nunc utar conjecturis, ex historiis de Cometarum ortu & eventu petitis: quod ante Regnorum, in præci-

piti

piti ſtantium, ruinam, novorumq́ exortum, ſæpè viſi fuerint Cometæ, quibus indè agnomen datum, ut dicti fuerint - *mutantes regna.* Hanc antiquisſimam fuiſſe Sapientum perſuaſionem Bileam Magus teſtari videtur, dùm prædicit: *exorituram Stellam ex Jacob, & Sceptrum ex Iſraële*, Num. 24. verſ. 17. Sanè Meſſiam, Stellam illam Matutinam, præceſſit Stella, Lux & Dux Magorum, natum mundo Regem ſignificans, qui omnia hoſtilium Regum imperia ſibi ſubjecturus eſſet. Verùm de his poſteà.

18. Nunc uno utar hoc argumento; quod hæc Sententia, per ſe non abſurda, imò probabilis, ità comparata ſit, ut optimè Verbis Prophetiæ conſentiat, & omnes Verſiones conjungat & conciliat, *Explico* igitur & applico.

Jeremias à Deo *ſanctificatus*, excitatus, & ad Sacrum hoc miniſterium ſegregatus, juſſus edicere, quid oculis videret ſuis, in cœleſti regione objectum ad contemplandum? cùm oculos per Cœli plagas circumduxiſſet, ab Aquilonari parte conſpexit exorientem Cometam, primò caudam ſuam ſupra Horizontem terris oſtendentem, motuque celerrimo tendentem verſus Hieroſolymam: Paullò poſt iterùm, juſſu Dei, ad hoc prodigium converſus, ipſum crinitum ignibus corpus, jam in cœlum provectum, ſupra Horizontem ſpectavit.

Figura caudæ ſimilibus viſa fuit *Baculo*, & quidem *amygdalino*, ſivè quod LXX. habent *nuceo*: nam & Amygdali pomum nux eſt, & ſunt arbores cognati generis. Ideò autem *amygdalino*,

quod

quod ejusmodi baculi *insigne* essent, quod gestare solebant in Judæâ *Principes Tribuum, & Popul Judices*. Probatum dedi in Arboreto cap. 31. & colligitur ex Num. 17. v. 6. 8. ubi Cyrillus in Catenâ Zephyrini: *Quod è Virgâ Aaronis eruperint amygdala, multò magis congruum fuit, quàm si nuces alias, aliosve fœtus Virga tulisset. Erant enim omnes Virgæ amygdalinæ de more ejus gentis. Ex eâ enim arbore potissimùm scipionibus utebantur, quæ Symbolum gerit Vigilantiæ*, quod ex h. l. Jeremiæ confirmat. Similis mos alibi gentium fuit, ut magistratus gestarent baculos, ut in Arboreto dixi. Sic *Centurionum in manu vitis, quæ etiam in delictis pœnam honor abat*, Plinius l. 14. c. 1. quod Romanos cives non alio fuste fas esset cædere. - *Latiæq; superbum Vitis adornabat dextrâ decus*. Silius 12. vide Alex. Neapol. l. 6. Genial. cap. 18. & ibi Tiraquell. contrà *baculo castigati servi*, ut apud Frontin. 1. Stratagem. c. 1. n. 3. &c. Undè apparet, cur Propheta dixerit, se videre *baculum amygdali*, gestamen notum Judicum, eumque & festinum & imminentem, ac q. in pœnam Vigilantem, maturè germinantem, & ad feriendum expergefactum? At *corpus Cometæ* cavum, cavum, rotundum, undiq; ignibus circumdatum, potuitne aptiùs comparari ulli rei, quàm *ollæ ferventi ahenea?* ostendam pluribus, cùm de Cometis ipsis agendũ erit.

19. Quid obstare possit, equidem nondùm video. *Nova* videbitur hæc sententia: sed non est; placuit & aliis, displicuit nemini. Veteres de sensu allegorico, aut tropologico solliciti, de historico parum dixerunt, nec nostro contradixerunt.

Pro

Pro nobis tamen facit, quod ajunt, hæc ideò per visionem exposita fuisse, quod τῶν πραγμάτων ἡ ὄψις τῶν λόγων ἐναργεστέρα *rerum ipsarum intuitus evidentior sit quàm Verba, magisque mentem percellat*, ut Theodoretus h. l. & Olympiodorus in Catenâ. Vidisse ergò oportuit, non Prophetam solum, nec tantùm per imaginem in animo expressam; sed etiam Populum, quem unicè verbis factisq; percelli conveniebat. Vidit ergò hic quoque ostentum: quodnam? si non Cometam? Nam quod fortè dicat aliquis, *distinctas res visas Prophetæ, & non unam*; Virgam puta, & deindè ollam: & sic à Pictoribus visionem hanc depingi: frustrà est; nàm & cauda atque Cometæ corpus distinctę res sunt, neque enim illa hujus vera pars est: & utramque eodem loco ac tempore, distinctè tantùm, intuitus est Propheta; quod cauda prior exorta esset, corpore adhuc latente: Tùm nec illa verè baculus aut Virga, neque hoc olla fuit; sed ex impositione Prophetæ propter similitudinem sic dicebantur.

Denique -- *pictoribus atque Poëtis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

20. Quæ cum ità se habeant, possumus ex hac visione contemplari

SACRAM de Cometis Physiologiam.

Equidem cum Tertulliano *adoro Scripturæ plenitudinem, quæ mihi & factorem manifestat & facta*, adv. Hermogen. c. 22. soleoque non raró & no-

stræ

ſtræ iraſci ignaviæ aut negligentiæ, & deteſtari quorundam impietatem: nam neque opera Dei ex ipſius ore inveſtigamus, & ſunt, qui in iis quæ naturæ ſunt, Deum ipſum tèſtem refutent. Ariſtoteles fortaſſis meliùs novit, quæ DEI ſunt, quàm Deus ipſe. *Natura Magiſtra eſt, anima diſcipula: quicquid aut illa edocuit, aut iſta perdidicit, à DEO traditum eſt, Magiſtro ſcilicet ipſius Magiſtros*, Tertull. de Teſtimon. Animæ. Audiamus igitur hanc, ſed & iſtum ipſum. Non poſſunt diſcordare: quod altera non poterit edocere, docebit alter: & quod hic reticebit, illa fortè expromet, ſed non ſine iſto.

21. De COMETIS, præter ea, quæ oculis ducibus indagavimus, pauca naturâ monſtrante aſſequuti ſumus, Cauſſarum propriarum & proximarum, in profundo Democriti puteo abdita latet veritas. Neque ſatis Deus adhuc ſcire voluit, ut ignorantiæ noſtræ conſcii, caveremus ſcrutari ſuper cœleſtia, quibus nec huc quidem usque pervenira conceſſum ſit. *Furor eſt, profectò furor, egredi ex hoc mundo, & tanquàm interna ejus cuncta planè jam ſint nota, ità ſcrutari extera*, ut piè dixit homo non valdè pius, Plin. l. 2. c. 1. Quia tamen hoc quoque opus ſuum, non minimum ſpectaculorum cœleſtium, adſpicere & noſſe nos voluit Deus; quod Natura vel negavit, vel occuluit, quantum ſatis erat, & noſtrâ ſcire intererat, Verbo tuo manifeſtavit.

22. Ac *de cauſſis* quidem Cometarum nihil ſtatui poteſt, niſi *de loco ortus* priùs conſtiterit. Illud autem tandem ferè definitum eſt: alios eſſe *aërios*

& ſu-

& ſublunares; alios *æthereos*, & Lunâ ſuperiores. Nam *Ariſtoteles* quidem omnes in ſupremâ regione aëris locavit: *Aſtronomi* verò, ſecuti veteres quosdam ante Ariſtotelem, quos ipſe refutare nititur, 1. Meteorolog. c. 6. in ipſo æthere, & quidem *Tycho Brachæus* omnes, ut apud Voſſium 3. de Idololatr. c. 9. Sic *Cardanus* apud Scaligerum Exercit. 79. *In cœlo eſſe neceſſariò*. Experientia docuit ut ubique generari poſſe, ut docet Voſſius l. cit. Mitto argumenta & teſtimonia plura; non enim hoc ago. In aëre natos exempla docent, quæ affert *Fromondus* & repetit *Senguerdus*: In Cœlo ipſo, & quidem aplane, inter ſtellas Fixas produci poſſe Novas ſtellas, argumento eſt, quæ in Caſſiopeâ ferè biennio viſa fuit, An. 1572. & concedunt *miraculo productam* Connimbricenſes.

23. Quid S. Literæ? hoc invenio; argumenta, quæ Ariſtotelici proferunt, *cur nulli Cometæ, nulla novæ ſtellæ in Cœlo generari poſſint?* diſſolviſſe. *Primum eſt*, quod Cœlum ſit adeò *æternum*, ut tales transmutariones ſubire nequeat: nihil ergò illic generari per naturam, nihil corrumpi poſſe: *alterum*; quod nova iſta ſidera generari nequeant, niſi partes Cœli aliæ rareſcant, aliæ condenſentur: hoc per naturam non eſſe poſſibile; eò quod Cœlum *non ſit naturæ fluidæ*, ſed conſiſtentis & ſolidæ; ità Connimbr. 1. de Cœlo cap. 3. pag. 47. m. Utrumque Scriptura negat, quæ nobis & liquidos deſcribit Cœlos, & corruptioni obnoxios, quod argumentum *Cornel. à Lap.* tractat in Eſai. cap. 34. v. 4. & in 2. Petr. 3. v. 10. ubi rectè: *Ariſtoteles ſequi potiùs S. ſcripturam debet, quàm*

 præire:

præire: operosè idem probat *Caramuel* in Philosophiâ l. 3. pag. 188. & deinceps, inprimis ex consensu omnium ferè, præter Aristotelem, Sapientum. Couclusio est: *Sit igitur ratum & certum, Cœlos esse pervios & corruptibiles*: & tandem; *viderit igitur sincerus lector, utri debeat opinioni subscribere? an illi quam propugnant Ecclesiæ Romanæ* (imò universæ) *Patres, doctores veteres, & utriusq; ævi Theologi; quam Philosophi suadent, demonstrant Mathematici, & Sapientiæ floridioris Professores exornant? an illi, quam Veteres sugillant, juniores notant, & rationes robusissimæ expugnant?* Neque pluribus hîc opus est.

24 Jam *aërios* ex Elementari, materiâ constare, vereque ardere igne elementari, sed subtiliore, plerique concedunt. De iis qui *in ipso æthere* apparent, lis est fortè nunquàm componenda: *an oriri possint ex vaporibus elementaribus eousque elevatis?* Quæ sanè Stoicorum & aliorum opinio fuit; *ex cœlo & terrâ omnibus etiam stellis alimenta dividi*, ut dixit Seneca: de quâ multa Lipsius Physiolog. Stoicor. l.2. Dissert. 14. *An ex aurâ ipsâ cœlesti condensatâ? aut ex iis nebulis, quas ipsa corpora cœlestia evaporant?* quod quidam ex diversis Lunæ in deliquiis apparentibus coloribus, ex Solis maculis, ex nubilo quod in orbem Jovis planetã circuitu suo cingit, & aliis confirmãt. Quanquàm istæ opiniones non adeò videantur pugnare, ut conciliari nequeant. Nota est sententia, *omnia elementa ex se invicem generari*, per rarefactionem & condensationem: ità ut venuste Ancreon;

Et Terra nigra potat,
Potantq; Ligna terram,

Potat-

Potatque Pontus auras,
Sol potat ipse Pontum,
Ipsumq; Luna Solem:

Terra igitur, rarefacta alit aquam; hæc aërem; ille ignem; id est æthera: æther corpora stellarum: & vicissim hæc vapores aliquos exhalant, qui condensati descendunt, augentq; aërem ut hic aquam, & hæc terram. Mirâ & suavi divinæ Providentiæ ratione? -- *alterius sic*

Altera poscit opem res, & conjurat amicè.

Atque hæc est illa *Catena Homerica*, aut potiùs Prophetica, indicata Hoseæ c. 2. v. 21. 22. Nec adeò absurdi vetustissimi sapientes Ægyptiorum, qui teste Lucano l. 10.

-- *Oceano pasci Phœbumque Polumque*

crediderunt. Credidit etiam Ambrosius, 2. Hexaëm. c. 3. ideoq; Solem *frequenter madidum & rorantem* adspici; hancque esse causam, quod mare salsum sit: *quia quod purum & leve est sibi, rapiat, quod verò grave atq; terrenum relinquat.* Sanè Physici, qui salsedinem mari à Creatore inditam statuunt, non negant eam augeri & conservari à Sole, quod tenuiores & dulciores vapores educat: itaq; æstate & sub Zonâ torridâ salsius esse. Sed hoc agamus.

25. Noster Cometes in quam Classem referendus sit? nescio anquis divinando queat assequi. Si Soli Judææ minacibus flammis imminebat, quod innuit Propheta, *elementaris* fuit. Quod si cæteris quoque per Asiam, & Africam regnis, cladem & ruinam eam, quàm à Babylonicâ Monarchiâ debebant exspectare, præsignificavit, al-

tiùs evectus fuerit oportet, ut & illis immineret, & supra vertices illucesceret. Atque hæc *de materiâ* satis; quæ & S. Scripturæ, & rectæ rationi benè conveniunt.

26. *De causâ Efficiente* Ratio sibi relicta nihil certi exsculpere potest. Etenim quamvis concedatur Cometas ex Vaporibus vel aëriis, vel æthereis coalescere, vel quod idem est, *ex igniculorum atomis* in unum corpus coire & condensari; tamen *quæ causa sit condensationis*, quæque *formam multiplicem, coloresq; varios effingat, locum designet, motum cieat, tempus determinet*, ratio ex principiis naturalibus firmiter vix unquàm demonstrabit. Quotquot hoc aggressi, tandem intellexerunt, se in Labyrinthum inexplicabilem ingressos, undè vestigia relegere nequirent: Itàque fatentur tandem, multa hîc naturæ arcana adhuc latere, neque peplum ejus à quopiam retectum esse. Quare, ut in Cœli siderumque motu, *ad Intelligentias*, DEI ministras, & DEUM ipsum Primum Motorem, recurrendum fuit, de quibus D. Jacob. Martini l. 2. Exerc. Metaph. 3. pag. 580. & seqq.

27. S. Scriptura innumeris locis, etsi naturales causas non negat; DEUM tamen hæc talia, ut fulgura & fulmina, ventos & turbines, nubes & pluvias, *ex abditis suis thesauris, ex armamentariis* suis, producere affirmat; quod peculiari quâdam ratione tàm in efficiendo, quàm in gubernando concurrat, his maximè rebus majestatem & gloriam suam manifestans. Quâ de causâ etiam Cleanthes, *inter quatuor causas, quibus dixit in animis*

homi-

hominum informatas esse DEI Notiones,*hanc posuit, quæ terreret animos fulminibus, tempestatibus*, &c. *tùm facibus visis cœlestibus, & stellis iis, quas Græci Cometas,nostri crinitas vocant, quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ,* ità Cicero 2. de Nat. DEor.

28. Quare, quanquam naturæ vi Cometas, maximè elementares, citra miraculum, existere posse, concedamus; tamen ad eorum figuram, motumque planè extraordinarium, ipsumque tempus generationis ac durationis, divinam virtutem effectricem, ac motricem concurrere, exemplis docet S. Scriptura, & experientia confirmat, Christianique Philosophi aguoscunt, ac prædicant. Quicquid fuit,*quod Jeremias vidit, ab Angelis*, divinâ voluntate, *effectum, motumque fuisse*,negari nequit. Sed & *stella illa quæ Magis ad Christum præluxit*, quam ex naturalibus principiis productam nulla vetat ratio, non potuit istum in modum moveri,& quiescere, nisi *Angeli ministerio. Si nescis veram hujus pueri Deitatem; attende stellam in cœlo fulgentem, Magos præcedentem, & iter ignorantibus ostendentem. Hæc stella nunquàm antè apparuit; quia nunc eam Puer iste creavit, & Magis ad se venientibus præviam deputavit,* ut ait Fulgentius in serm. de Epiphan. ubi,*in Cœlo*,intellige, in aëre: *non enim illa in Cœlo sydereas vias tenuit, sed hominibus quærentibus ad Christum viam, usque ad locum in quo natus fuerat demonstravit,* August. de Temp. serm. 34. Idem affirmandum de Cometâ, qui antè excidium,urbi sanctæ integro anno superimpendisse perhibetur à Jo-

 sepho

ſepho, *ſupra urbem* ait *ſtetiſſe ſydus gladio ſimile, totoque anno perſeverâſſe Cometam*: præmiſerat autem Judæos ſpreviſſe prodigia, & *velut attonitos, qui nec oculos haberent, neque mentes, DEI edicta inſuper habuiſſe*, l. 7. de B. Jud. cap. 12. Sed de his poſteà, cùm de ſignificatione, ipſoq; fine Cometarum, dicemus.

29. *Species* hujus Meteori, *ex ſitu*, duæ ſunt: alii enim Cometæ ut dictum aërii, alii ætherei ſunt: *ex figurâ*, triplices vulgò, criniti, barbati, caudati: ſi *motum* ſpectes, plerique moventur quidem; ſed & aliquandò ſunt immobiles. Sed & *coloribus* differunt, candidi, rubri, cruenti, flammei, &c. Noſter Prophetæ videtur fuiſſe *aërius*: *Caudatus*, ſed corpore ipſo non exactè rotundo, *in modum aheni*, aut ollæ: nàm nec ſydere omnia orbes ſunt; nec falſus *Cleanthes*, qui quædam κωνοειδῆ eſſe ſtatuit, apud Stobæum in Eclog. *Cavum* quoque inſtar vaſis dicti, & pellucidum fuiſſe, qui radios Solis accipere & in caudam transmittere poſſet, nihil prohibet. Nam *cauda* non eſt pars corporis; ſed fulgoris appendix. *Cometarum corpus corrotundatur, ſplendor autem longior, quàm cæterorum ſyderum apparet*, Seneca 7. Q. Nat. cap. 26. Qui tamen non tàm ab ipſo, quàm à Sole, radios ſuos q. per vitrum trajiciente: quod hoc argumento conſtare ajunt, quod *ſemper caudam projicere ſoleat à Sole averſam*; poſt occaſum Solis, versùm orientem, ante ortum in occidentem: uti quem nuper conſpeximus. Habere tamen *proprium ignem & lumen* diſputant, contra Scaligeri Exerc. 79. neque toto corpore transmittere radios Solis,

lis, sed soloq. capite, aut cerebro: undè tanta *caudæ varietas*, ut modò clarior, modò obscurior, modò recta, modò obliqua, nunc simplex, nunc bifida aut trifida appareat.

30. *De Figurâ* testatur Propheta, *flammeum* sibi visum instar *ollæ exsufflatæ*: quo ipso indicat *flammam non* visam sibi *sinceram, nec tenuem, sed multum circa se volventem fumidi ardoris*, ut de simili Seneca l. cit. cap. 17. *Caudam* verò habuisse *baculo similem*, albo, decorticato, rectam & simplicem; quales sunt, quos Græci vocârunt *Acontias, qui jaculi modo ocyssimè vibrantur*, Plinius l. 2. cap. 25. *Motus Terminus à quo*, plaga Aquilonaris, respectu Hierosolymæ; quæ quodammodò ab ortu habebat mare mortuum Orientale dictum; ab occidente, Mediterraneum; à meridie desertum Pharan. & Ægyptum; à Septentrione Chaldæam & Babylonem, juxta descriptionem Sacrorum Auctorum: *Terminus ad quem*, Judæa, ejusque caput & Regina urbs Sancta dicta: ferebatur ergò à parte Boreali, quæ inter Ortum & Septentrionem est, Nordosten; in partem Meridionalem, quâ ad occidentem vergit, Sudwesten: Et quia caudam huc porrigebat, â Sole sequenti aversam, ante lucem summo mane conspectum fuisse consequens est, ex dictis. Videtur autem Propheta non tantùm spectavisse *motum communem*, quo mundus ab ortu in occasum volutus cœlestia secum rapit; sed etiam *proprium celerrimum*, à Septentrione in Meridiem. Nam prior æqualis est, & statâ celeritate absolvitur; hoc verò prodigium festinâsse dicitur. Ratio

hujus festinationis nulla certa ex naturâ adferri potest. Nam quod *igneum modò alimentum suum sequutus* hic Cometa, quæ quorundam opinatio est, *fortè dicatur*; nihil est: stare potiùs debuerat, ubi natus erat, *in Septentrione, ubi plurimum est aëris pigri*, crebrioraque meteora ignea: vide Senecam l. cit. cap. 21. & quod *de impulsu syderis alicujus dominantis* dicitur, quo Cometæ moveantur, gratis dicitur. Rectè ergò Vossius de Idoolat. 3. cap. cit. 9. *Hujus motus quia rationem ignoramus, [nam valdè infirmæ sunt causæ, quas adferunt viri eruditi,] confugiamus sanè, dùm certiora se offerant, ad extremam anchoram, ut Angelico ductu ferri credamus.*

31. *De Tempore generationis* dictum est suprà num. 8. Ortum visumq; anno Regis Josiæ XIII. & quidem, ut modò, *ante Solis ortum* summo diluculo: Si mensem, diem & horam nossemus, possemus quoque scire, sub quo signo Zodiaci. *De Durationis* morâ, & ubi extinctus fuerit ac quandò? nihil reperimus. Si vera esset observatio Astrologica, quam Cometa belli Germanici, Anno 1618. prænuncius, suggessit, durare & lucere has faces tot diebus, quot annis secuturus eventus; Diebus fortè LXX. visus fuisset: tot enim annis vasta jacuit Judæa post excidium Babylonicum, Jerem. 25. v. 10. 11. Aliâs *brevissimum, quo cernerentur, spatium septem dierum annotatum est; longissimum* (Centum &) *octoginta*, Plinius 2. cap. 25. Seneca 7. Q. Nat. cap. 21. Verùm nec hoc certò exploratum est; & causa latet. Nam quod ajunt, *diutiùs durare qui copiosiorem*

rem pinguioremque habent materiam, ignemq; minùs avidè depascentem; de Elementaribus fortè an credi posset; ubi & materia talis, & ignis pascens: *an & in aurâ illâ æthereâ*? Difficile creditu. Nisi Cometas cœlestes putemus similes, cùm nascuntur, stupæ; quæ cùm primùm inflammatur gravitate suâ deorsùm, mox incensa ignis levitate sursùm fertur, cumque conflagravit, solos remittit cineres. Qui *Solem & sydera ignea* dixerunt, *nec sine pastu aliquo posse permanere*; non eo tamen igne constare senserunt, *qui confector est & consumptor omnium*: Sed *illi similem, qui corporibus animantium continetur*, vitalisque est, ut Stoici apud Ciceronem 2. de Nat. DEor. Quod si Cometarum apparens ignis materiam incendio absumeret, in cœlo, ut fortè in aëre, hæcque causa esset motus irregularis, *quâ vena pabuli duceret*, ut apud Senecam c. 21. l. cit. quod tamen ipse improbat; quomodo non totum Cœlum consumeretur? illud enim totum ignis cœlestis *atomis* constare, aut plenum esse, ratio suadet; quibus ut astra sic Cometæ quoque astrici pascantur. Quare ad DEI iterum Providentiam refugiendum est; quæ & imortales & mortales stellas creat, & has, quousque visum est, conservat.

32. Atque hæc *de Naturâ Cometarum*, & ejus quem vidit Jeremias: quæ quamvis manifestas olim causas habere possint; nàm ut *Eleusis servat, quod ostendat revisentibus; ità Rerum Natura Sacra sua non simùl tradit: ex quibus aliud hæc ætas, aliud quæ post nos subibit, adspiciet*; Seneca cap. 31. Tamen tàm mirum *rarumque Mundi spectaculum*, ut

 idem

idem Cometas appellat, sine peculiari curâ & nutu Numinis, nec exsistere, nec moveri, nec durare, nec deficere, certissimum esse debet. Restat ut agamus.

De SECUNDO: Quæ significatio fuerit visionis?

Hîc differendum erit, 1. *An Cometæ aliquid significent?* 2. *Quid illud, Bonumne an Malum?* 3. *An id & undè cognosci possit?*

33. DE I. QUÆSTIONE; *An Cometæ sint signa rerum futurarum?* ità loquuntur quidam, ut in totum videantur *negare*: Alii ita, ut in *affirmando* excedãt regulam veritatis, misceantq; urnas superstitiones: Medii *distinguunt* inter Cometas, & signa. De singulis aliqua audire Testimonia operæ est pretium.

Ac *Epicurus* quidem, secutus in Physicis, ut habet Cicero, Democritum, *totam hanc de Meteoris doctrinam docet unicè spectare ad* ἀταραξίαν, *ut animus vacet perturbationibus: neque enim vitam nostram opus habere aut stultitiâ aut vanâ gloriâ,* ἀλλὰ τοῦ ἀθορύβως ἡμᾶς ζῆν, *sed ut tranquillè vivamus.* Itaque Μανικὸν *insanum* ait *esse*, *quod Astrologi vani causas talium frustrà reddant, nec Divinam naturam isto absolvant ministerio*, in Epist. ad Pythoclem. Itaque docuit mortales, *religionem pedibus subjectam obterere*, ut laudat Lucretius l. 1.

Quæ caput à cœli regionibus ostendebat,
Horribili super adspectu mortalibus instans.

Sic

Sic Seneca 6. Q. Nat. c. 3. *illud,* inquit, *proderit, præsumere animo nihil horum DEOS facere: nec irâ Numinum aut Cœlum concuti, aut terram: suas ista causas habent, &c.* Hoc erat solatium quærere, & animis *demere relligiones*, sivè vanos metus.

34. Hanc Epicuri causam egit nuper *Petrus Gassendus: Hoc*, inquit, *loco, quid potiùs usurpem, quam illud Epicureum,* μύθος ἀπέςω, *Fabula absit!* Argumenta profert 1. *quod seu præfuerint Cometæ, seu absuerint, fames, bella, cæteræque calamitates, omnia pari modo eveniant:* 2. Quia *Cometæ non consistant, aut unisivè domui, sivè urbi, sivè regioni impendant:* 3. Quia *superiora illa corpora non optimates potiùs quàm plebejos respiciant:* 4. Quia *mista densantur Principum & subditorum funera.* 5. Quia *quicquid calamitatem affert uni, præstat alii emolumentum; unius clades, alterius est victoria,* &c. Hinc concludit, Cometas non prædicere talia: *Ecquid ergò diros, lethales, timendos dicimus Cometas potiùs, quàm benignos, salutares, amabiles? Terrifici sunt sed dementiâ nostrâ, quæ Panicos sibi terrores objicit* &c. Eadem ferè dixit *Tycho de Brahe*, de Novâ stellâ aut Cometâ Anni 1577. addidit argumentum ab experientiâ, *quod multos Cometas nihil ejusmodi subsecutum sit:* Vide D. Takii *Cœli Anomalon*, Giessæ editum Anno 1653. p. 31. & seqq. Sed & Scaliger Exerc. 79. Sect. 2. *Quod quæritur; Cometæ signare sint, an Causæ? neutrum censeo. Etenim existimare à Cometâ Regem interfici, ridiculæ dementiæ est,* &c. Intelliget Lector, è quâ pharetrâ tela sua depromserit, qui nuper questus est, vulgò *nos in Cometas, tanquàm malorum omnium causas*

invehi,

invehi, eosq; q. funebres faces, & infausta sydera horrere: qui tamen non negat tandem *aliquos eorum esse effectus ad terram pertingentes*, de quo plura quæstione sequenti. Qui sic sentiunt, videntur peccare *in defectu.*

35. Alii *in excessu:* Sic Poëtæ *nunquam Cœlo spectatum impunè Cometam: - non illum navita tutò*, ut canit Claudian. 1. Raptus.

Non impunè vident populi, sed crine minaci
Nunciat aut ratibus ventos, aut urbibus hostes.

Et Manilius, cum de causis naturalibus & speciebus eleganter egisset, tandem ad super naturalem deflexit:

Seu DEUS, instantis fati miseratus, in Orbem
Signa, per affectus Cœlique incendia, mittit:
Nunquàm futilibus excanduit ignibus æther!

Quæ tamen nescio an quis, nisi planè Epicureus, damnare possit? Cœtera deinceps. Neque *Plinius* malè videtur dixisse: *Terrificum magnâ ex parte sidus esse:* at quæ sequuntur, de significatione, & undè ej⁹ ratio sumenda, superstitiosa sunt, suo mox loco examinanda. Apud Silium l. 8. - *crine corusco*

Regnorum eversor rubuit lethale Cometes.

Sic ait - *tantâ miseris, jamque impendente ruinâ,* non cessârunt *superi vicinas prodere clades.* Sic Lucanus l. 1. - *addita fati*

Pejoris manifesta fides, superique minaces
Prodigiis terras implerunt, æthera, pontum.

Inter quæ refert - *faces crinemque timendi*
Syderis, & terris mutantem regna Cometam.

Quo pertinet Senarius ille:

οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ κακὸν φέρει.

Non est Cometa, qui malum non afferat.
In *Poëtis* tamen laudo, quod totum hoc *ad DEUM* referunt. Idq; ex verâ Philosophiâ petitum esse, & jam ostendi, & mox repetendum erit. Quod *Astrologi* divinant, vanis nititur hypothesibus, de quibus etiam deinceps.

36. Qui *mediam viam* tenent, 1. advertunt, *Signa* alia esse primò *Necessaria*, quæ Τεκμήρια dicuntur, & cum re signatâ habent necessariam connexionem, ut causa cum effecto, nisi quid impediat, effectus cum causâ, proprium cum suo subjecto; ità ignis significat incendium, fumus ignem, risus hominem: alia *contingentia*, quæ εἰκότα vocantur, ut cum dico; pallet, ergò aut studet, aut amat: Deindè alia esse *Naturalia*, quæ naturalem habent respectum ad id quod signant ut quæ modò attuli: alia *arbitraria*, quæ ad signandum ordinantur sivè à *DEO*, ut Sacramenta, sivè *ab hominibus*, ut hedera vini vendibilis; sivè *aliquam* habent *naturalem relationem* pro fundamento, ut iris ad DEI fœdus de non immittendo diluvio, nam serenitatis index est: sivè *nullam*, ut pileus libertatis, annulus nobilitatis, sceptrum regni. 2. Notant aliter pronunciandum esse de Cometis *sublunaribus*, aliter de *sydereis*.

37. His præmissis rectè *affirmant*; Omnes Cometas aliquo modo occultorum aut manifestorum, præsentium vel futurorum esse signa. Quod nescio, an quisquam negare possit? Nam sivè hos ignes ad manifestas causas referemus, sivè ad occultas, & ex parte tantùm cognitas, sivè ad Deum; semper *effectus signabit causam.*

Si-

Sivè igitur ratio præbentis semina terræ,
Involvens ignes, potuit generare Cometas;
quæ Aristoteles sententia fuit, fieri per ἀναθυμίασιν:
Sivè illas natura faces sub juncta creavit
Sydera, per tenueis Cœlo lucentia flammas;
quæ Anaxagoræ & Ægyptiorum, Cometen esse Σύναψιν Planetarum, aut σύνοδον duarum vel plurium stellarum: nisi fortè in conjunctione Planetarum creari censuit ex atomis cœlestibus, ut suprà dixerat: Esse *cunctis permixtos partibus ignes:*
Seu trahit ad semet rapido Titanius æstu
Involvitque suo flammantes igne Cometas,
Ac modò dimittit - denique - *Seu DEUS mittit:*
Quorum illud Pythagoræis placuit, & Senecæ probatum fuit, esse æterna sydera, sed modò sub Sole abscondi, modò Heliacè q. oriri; hoc verò communis opinio renuit: semper aliquid significant Cometæ docentque homines; *esse DEUM;* quod hinc Cleanthes communi notione cognitum dixit:
Primus in orbe Deos fecit timor, ardua cœlo
Fulmina cùm caderent, &c.
Item, *posse aliquid in cœlo nasci, & interire*: non ergò æternum esse: metuendam esse mundi ἐκπύρωσιν - *affore tempus*
Quo mare, quo tellus, quoque arduus ardeat æther,
& sic deinceps. Cùm ergò extra dubium esse appareat, *Cometas esse Signa;*

38. *Primò*, quia extraordinaria Mundi spectacula sunt, à DEO producta, cujus sapientia nihil facit frustrà: *Deindè* quia omnia cœlestia corpora Si-

ra Signa ſunt & ab ipſomet DEO dicuntur: *Adhæc* quia tàm inſolita opera; tàm ſtupendæ magnitudinis, quorum ſubſtantiam, & accidentia, figuram inprimis tàm variam, motumq; planè ſingularem, mirari liceat, non rimari; abſurdum eſt cogitare, nullâ causâ efficiente, nullo fine, nullo effectu exiſtere: *Præterea* quia multorum ſeculorum experientiâ, talia non fruſtrà extitiſſe, confirmatur: *Inſuper*, quia attentio & formido, quę ſpectantur, à rectâ ratione, à naturali quâdã πρόληψει, ab ipſo Deo, animis omnium hominum indita: *Deniq;* quia conſpirent omnes ab omni retrò ævo Sapientes, etiam qui contradicere videntur: Sanè nuperus auctor, citatus ſuprà n. 34. ſub fin. Sic tandem quæſtionem concludit: *Equidem exiſtimo, has ſtellas non ſine causâ lucere, cùm DEUS & Natura nihil faciant fruſtrà: exiſtimo deindè, earum aliquos effectus ad terram pertingere ob conſenſionem & ſympathiam, quam habent mundi partes inter ſe; quemadmodùm laborante pede, aut alio membro toti Microcoſmo eſt malè. Ignoro tamen, quales in ſpecie effectus cauſent, malosne an bonos?* Sed & Tycho Brahæus hoc tantùm negat; *ea quæ ſtatim poſt Cometarum apparationem in hoc inferiori mundo ſubſequuntur, ideò à Cometis SEMPER præſignificari, aut effici: hoc qui ſtatuant*, ait *ſæpenumerò cauſam pro non causâ aſſumere*: Videtur ergò omninò largiri, *aliquandò* præſignificare, & cauſas adeò quoque eſſe. Sic Gaſſendus; *fieri hoc poſſe, ut divinitùs ad aliquid nobis ſignificandum uſurpantur*, concedit; hoc tantùm *negare* vult, ut apparet, *ſciri à nobis poſſe quid ſignificent*: quæ alia Quæſtio eſt, in locum

cum *Tertium* à nobis ſepoſita, ſuprà num. 32. extr.

39. Par eſt, nos progredi ad QUÆSTIONEM SECUNDAM; ac inquirere II. *Quid ſignificent Cometæ?* nàm ſivè boni quid ſivè mali ſit, neceſſe eſt ſigna eſſe eventuum quorundam. Hîc ut pede inoffenſo procedam, præmittam neceſſe eſt EXEMPLA Cometarũ, TESTIMONIA Sapientum. Si Fromondus ad manum eſſet, aut Kekermanni Diſputatio Extraordin. de Cometis, aut alii, qui fortè talia ex ipſis fontibus auctorum, maximè Veterum, depromſerunt, poteram laboris facere compendium. Dabo quæ collegi ipſe, quantum ſatis erit: addent alii aliundè quantum volent.

EXEMPLA COMETARUM.

40. Rectè Seneca dixit, hoc oſtentum accuratiùs contemplaturo, neceſſarium eſſe, *veteres ortus Cometarum habere collectos.* Sed mox addit: *Nova hæc Cœleſtium obſervatio eſt, & nuper in Græciam invecta:* Eudoxus, qui Platoni ætate ſuppar, circa Olympiadem 103. *primus ab Ægypto hos ſyderum motus in Græciam transtulit, de Cometis nihil dicit:* Sed & Conon poſteà, *diligens & ipſe inquiſitor, nullam eorum mentionem fecit.* Undè *apparet,* ut ait Seneca, *ne apud Ægyptios quidem, quibus major, Cœli cura fuit, hanc partem fuiſſe elaboratam,* l. 7. Q. Nat. cap. 3.

41. Antiquiſſimus obſervatus creditur in Græcià *Anaxagoræ,* quem Alſtedius primum recenſet, in Chro-

in Chronolog. Cometar. Anno 2. Olymp. 78. (ante Christum 465.) quo flagrante, *in Thraciâ ad Ægos flumen, lapis, magnitudine vehis, ex aëre decidit,* ὑπὸ πνεύματος ἀρθεὶς *à flatu vehementi sufflatus*, ut ait Aristoteles 1. Meteor. c. 7. quanquàm è sole lapsum credidit Anaxagoras, Plinius 2. c. 58. *Charimander, qui de Cometis scripsit, grande insolitumq; lumen fuisse*, ait, *magnitudine amplæ trabis, & id per multos dies fulsisse*, Seneca. l. cit. c. 5. Siccam tùm hyemem fuisse, magnosq; fluctus, ventis Boreâ & Austro, inter se confligentibus, Aristot. l. cit. Eodem anno *Hieronem* Syracusis, & biennio post *Xerxen*, Græciæ terrorem, obiisse, observat Petavius ex Diodoro & Justino. His ergò *funebris* fuisse videatur; *lætus* verò Syracusanis, qui Thrasybulo Hieronis fratre pulso recuperatâq; libertate, deinceps annos 60. in summâ tranquillitate vixerunt: Sed & Judæis salutaris, sub benigno Rege Artaxerxe Longimano, Esdræ c. 7. & Nehem. 2. &c. *Damachus de Religione durâsse* scribit *diebus LXXV. agitatumq; fuisse variis & q. fractis motibus*, ex quâ jactatione varia, hinc indè avulsa à se invicem, fragmenta, *stellarum saltantium speciem retulerint*: dubitat de ejus fide Plutarchus in Lysandro: hoc tamen ostento *cladem Atheniensium*, urbisq; expugnationem & murorum demolitionem, præsignificata innuit. Accidit annis post Cometam, præter propter, 64. cùm jàm eo exoriente, bellorum incendia gliscerent.

42. Post hunc famosus est, qui *ante pugnam Leuctricam biennio* fulgit. Fuisse *effigiem ignis longi*, Callisthenes tradit, *in quo multa digna notatu, ma-*

 ximè

ximè illud, quod simul ac fulsit, statim, super Burin & Helicen, urbes Achajæ in sinu Corinthio, *mare fuit* nam terræmotu & fluctibus absorptæ sunt: quarum in alto vestigia apparent, Plin. 2. cap. 92. Seneca l. c. cap. 5. Strabo l. 8. In Leuctricâ pugnâ cecidit *Cleombrotus* Spartanorum R. septenniô post in Mantineensi, Dux Thebanorum, victor *Epaminondas.* Sequuta varia bella, Græciæ exitiosa: *Sociale* inprimis & *Sacrum,* donec in Macedonum dominationem incidit. Meminit hujus Cometæ Pausanias, in Achaicis, sivè l. 7. *Ignes longo flammarum tractu per Cœlum discurrêre: Siderum etiam non antè conspectæ formæ magnum hominibus pavorem incussêre. Talibus enim miraculis, & prodigiis, terræ motum divinitùs indicatum, sicq; DEUM velle homines præmonere.* Ephorus apud Senecam refert l. c. cap. 19. hunc *Cometam in duas stellas discessisse*: negat hic, auctoritatem detrahit: *Sæpè,* inquit, *decipitur, sæpè decipit.* Visus hic Cometes ante Christum Anno 371.

43. *Post mortem Demetrii Syriæ Regis, cujus Demetrius & Antiochus liberi fuêre,* (qui obiit ferè Anno M. 3798.) *paullò ante Achaicum Bellum,* quod cœpit A. M. 3804. *Cometes effulsit non minor Sole; primo igneus ac rubicundus orbis fuit, clarumq; Lumen emittens, quanto vinceret noctem: Deindè paullatim magnitudo ejus districta est, & evanuit claritas,* &c. Seneca l. cit. cap. 15. *Exitialis* hic fuit fortè *Carthagini & Corintho*: quæ uno eodemq; anno citato 3804. eversæ à Romanis: quibus his victoriis viam muniebat Fatum & Monarchiam, novumq; Solem parturiebat mundo. Addit eodem

dem loco Seneca: *Attalo regnante, initio Cometes apparuit modicus; deindè sustulit se diffuditq́ue, & usque in æquinoctialem circulum venit: ità ut illam plagam Cœli, cui Lactea nomen est, in immensum extentus æquaret.* Regnârunt autem Pergami tres Attalidæ Reges, ex parvis initiis in maximas opes provecti; quorum primus annis XLIII. alter XLIX. præfuerunt: ultimus Philometor cognomine Populum Romanum hæredem scripsit, Strabo l. 13.

44. E Romanâ historiâ *Julius Obsequens*, ejusque restitutor Lycosthenes, *de prodigiis*, plures Cometas, & cœlo ardentes faces commemorant. A. Urbis Cond. 607. antè Christum circiter 145. *Stella arsit per dies XXXII. mox Carthago diruta.* Hic aut idem fuit, de quo modò num. 43. aut biennio præcessit.

Sic A. U. C. 710. ante Christum 42. postquàm (Octavius Cæsar Romam intrâsset) *Ludis Veneris Genitricis, horâ undecimâ, stella crinita, sub septentrionis sidere exorta, convertit omnium oculos. Mox: arbores radicitùs, & pleraque tecta eversa, Fax cœlo ad occidentem visa ferri. Stella per dies septem insignis arsit. Soles tres fulserunt, tandèm sole in unum circulum redacto, multis mensibus languida Lux fuit.* Inter Cæsarem & Antonium bella civilia exorta. Triumvirorum potestas, & in Octavium tandèm delata Monarchia, aliaque horum temporum nota sunt, &c. de quibus illa:

Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno,
Fulgura, nec diri toties arsêre Cometæ:

Ergò inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterùm vidêre Philippi,
Virgilii 1. Georg. Et Manilii 1. extr. de Cometis:
Civiles etiàm motus, cognataque bella
Significant: nec plura aliâs incendia mundus
Sustinuit, quàm quùm Ducibus jurata cruentis
Arma Philippéos implerunt agmine campos.

45. Pertinet huc *Julium* illud *sidus*, omnibus ejus ætatis Poëtis celebratum: de quo Virgilius, *salutiferum* sed adulatoriè prædicans:
Ecce Dionæi procedit Cæsaris astrum;
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, &c.
Ecl. 9. Suetonius de Julio Cæs. c. 88. *In DEorum numerum relatus est,* &c. *Siquidem Ludis, quos ei primò consecratos hæres Augustus edebat, stella crinita per septem continuos dies fulsit, exoriens circa horam undecimam: creditumque est animam esse Cæsaris Cœlo recepti, & hac de causâ simulacro ejus in vertice additur stella.* Hæc est de quâ modò dicebam ex Obsequente. Itàque *Cometes in uno totius orbis loco colitur Romæ in Templo; admodùm faustus Divo Augusto judicatus ab ipso: interiore gaudio, sibi illum natum seq; in eo nasci interpretatus est: & si verum fatemur, salutare id terris fuit,* ità Plinius l. 2. cap. 25. ubi plura. Rectè uterque, & sapientiùs quàm vulgus, quod animam Julii in astrum hoc transiisse opinabatur. Natum fuit Augusto, salutare Terris; tùm propter conditum Imperium Rom. cùm propter mundo mox natum Salvatorem. Sed & non paucis mortiferum, Cassio, Bruto, Antonio, Lepido, Pompejo, quiquique eorum partes secuti.

46. Obiter hîc nota, novam Cometarum significationem, ἀποθεώσεως: Magnorum Virorum à morte animas in aſtra recipi, & in Cometas converti: ſcil. ut paullò poſt evaneſcerent cum ipſis, & bis morerentur. Ità ſuperſtitio quos colit violat. Hæc enim ſtultitia animis detrahit Heroum, quam maximè optabant, immortalitatem. Bodinum in Theatro Naturæ l. 2. *tàm ſtultè ſapuiſſe, ut putaret; Illuſtrium virorum Mentes eſſe Cometas; tandemque obituras, ut omnia orta, extremos hoc modo triumphos agere, ac propterea ſequi famem, peſtem, bella*, &c. miratur Voſſius l. cit. 3. c. 9. Et ſunt in ejus Phyſicis multa ejus generis, non tàm miranda, quàm Chriſtianis abominanda. Hoc tamen non ipſe putat, ſed *Theorum* opinantem inducit; Cui ipſe *Myſtagogus* ſatis frigidè regerit: *de rebus tàm arduis nil temerè eſſe affirmandum*, p. 222. Vulgata aliâs opinio fuit, *mentes hominum eſſe ex ignibus illis cœleſtibus immortalibus*, aut ut Epicharmus Ennii, *ignem de Sole ſumptum*, apud Varon. de Ling. Lat. l. 4. Ergò ſolutas vinculis corporeis redire undè illud apud Ariſtophanem de Pace; *Verumne ſit, quod vulgò perhibent, quod mortui evadant aſtra?* At magnis viris præcipuum in Cœlo locum, & magna ſidera aſſignavit adulatio, ut apud Poëtas, Virgil. 1. Georg. Valer. Flacc. & Lucan. alioſq́. Sed redeamus.

47. Sub Auguſto quòque apparuit *ſtella Nati Salvatoris*: ejus meminiſſe Chalcidius in Timæum Platonis, *quod non morbos mortemque, ſed deſcenſum DEI ad homines, &c. nunciavit*, &c. fertur. Sed de eâ Theologi copiosè: vide Spanhemi Dub.

 Evang.

Evang. *Stellam elementarem*, sed motus supernaturalis compotem, Deique ad Magos extraordinarium nuncium, fuisse, scire hîc sufficit. De eâ accipi posset, quod habet Plinius l. cit. *Fit & candidus Cometes, argenteo crine, ità refulgens, ut vix contueri liceat, specieq; humanâ DEI effigiem in se ostendens.* Et sanè eadem ferè de hac nostrâ veterum quidam; apparuisse in illâ effigiem pueri crucem gestantis, qui Magos & docuerit & in Judæam duxerit: sic Auctor Imperf. in Matth. Fabulæ auctores *Sethiani* antiquissimi hæretici: nec dubium ferè, tale aliquid Plinium, ut erat librorum helluo, alicubi legisse. Quo tempore orti fuerint Sethiani non liquet: Nicolaitarum progeniem fuisse veteres testantur, & potuit hoc commentum ipsis fuisse antiquius.

48. Sub exitum Claudii, veneno boletis infuso, hic *DEorum cibus* indè dictus, perempti, & dominante Nerone *assiduum propè ac sævum* hoc terrificum sidus: *Inter præsagia mortis Claudii referebatur*, Sueton. & sub Nerone vulgi opinio erat; *mutationem Regis portendere*: igitur *quisnam*, depulso invisissimo Tyranno, *deligeretur*, nec tacitè *inquirebant*, Tacit. XIV. qui lib. seq. ait; *hoc sidus semper sanguine illustri Neroni expiatum.* Quomodò? Narrat Suetonius: *Stella crinita, quæ summis potestatibus exitium portendere vulgò putatur, per continuas noctes oriri cœperat: anxius eâ re, ut ex Babilo Astrologo didicit; solere Reges talia ostenta cœde aliquâ illustri expiare, atque à semet in capita procerum depellere, nobilissimo cuique exitium destinavit.* Ità diri & cruenti hi Cometæ multis, ipsisq; tandem

dem Neroni; ſed & Reip. Romanæ, meliore tamen exitu: & Judææ exitioſus inter hos, ille qui quaſi immobilis Metropoli ſuperſtabat anno integro, de quo dixi ex Joſepho: nec minus Laodiceæ, Hierapoli, Coloſſis Aſiæ urbibus, quæ poſt ſemeſtrem Cometam terræ motu conciderunt. Mirandum igitur quomodò affirmârit Seneca; Cometam ſub Nerone Cæſare apparuiſſe, qui *Cometis infamiam detraxerit*, l. cit. cap. 17. niſi quod & ille adulari didiciſſet. Idem cap. 28. *Fecit Cometes, qui Paterculo & Vepiſco Coſſ. apparuit, quæ ab Ariſtotele & Theophraſto ſunt prædicta. Fuerunt enim maximæ & continuæ tempeſtates ubiq;. At in Achajâ Macedoniâq; urbes terrarum motibus ſunt prorutæ.*

49. Multos omitto ſciens; addam alios per ſaturam: nam neq; me, nec Lectorem detinere poſſum; magis tamē tantùm memorabiles. Ammianus Marcellin. l. 25 ante Joviani obitum, *per continuos dies*, inquit, *velut offenſo Numine multa viſebantur & dira: quorum eventus fore luctificos, gnari rerum prodigialium præcinebant*. Inter alia, *viſa ſunt interdiu* (quod & aliàs contigit) *ſidera Cometarum*. Ariſtoteles tradit & *ſimùl plures cerni*: nemini compertū alteri, quòd equidem ſciam, ait Plinius 2. c. 25. Sic tamen A. D. 729. menſe Januario *duo circa ſolem viſi* unus Orientem præcedens, alter veſpere Occidentem ſecutus: caudam in Aquilonē porrigebant. Duratio fuit duarum ſeptimanarum. Peſtis ſecuta in Oriente. quæ Conſtantinopoli 300000. homines abſumpſiſſe dicitur: In Occidente Saraceni Gallias vaſtabant, Luitpran-

dus Rex Romam obsidebat &c. Cent. Magd. VIII. c. 13. & alii.

50. Rejicit Seneca auctoritatem Ephori, quod scripserit; Cometam *in duas Stellas* discessisse: *Quis enim*, inquit, *posset observare illud monumentum, quo Cometes solutus, & in duas partes redactus est?* l. 7. Q. Nat. c. 16. At enim Dion. l. 54. antè mortem Agrippæ ea refert signa evenisse, *quæ maximas calamitates præcurrere solent*; Nàm ut cætera non repetam; *Cometa*, inquit, *quùm multos dies urbi imminens conspectus esset, in faces abiit*. Negant certo loco sic impendére, posse, ut cui minetur indicet: at quo tempore, sub Arcadio Imp. Gainas Gothorum Dux Constantinopolin cogitabat evertere, *Cometa apparuit, has insidias portendens, qui super Civitatem maximus apparebat, ad ipsam usque terram ferè pertinens, cui similem nunquàm visum affirmabant*, Sozomenus, lib. 8. c. 4. & Socrates l. 6. c. 6.

51. Quàm minus ille, *Britannico* de quo Sigebertus A. D. 457. *Sexto Imp. Martiani*: *cujus radio gladius igneus Draconi similis adhærebat: ex ore hujus duo procedebant radii, alter versùs Galliam, alter versus Hiberniam: & hic in septem minores radios terminabatur.* Circa ea tempora Romani in Britanniâ à Scotis pressi, cùm frustrà opem è Galliâ flagitâssent, ad externa Anglo-Saxonum auxilia confugerunt: Hi occupatâ Insulâ septē in ea regna condiderunt, Beda &c. Sed non minus mirus quem Nicetas Choniates, sub Alexio Comneno, depingit: *Diebus*, inquit, *illis Cometa in cœlo conspectus est, qui gravissimus clades, quæ secutæ sunt, portendit, ipsumque adeò Andronicum*, aucto-

rem

rem ſcilicet, *expreſſit. Nam ſerpentem ſinuoſum repræſentãs, nunc porrigebatur, nunc in ſpiras ſe colligebat, nunc cum horrore ſpectantium, quaſi inferiores devoraturus, humani ſanguinis avidus, vaſtum dictum aperiebat. Sed cùm non ultra diei illius reliquum, & ſecutam noctem durâſſet, evanuit.*

52. Anno Heralii XXIII. *Terræ motus* factus eſt in Palæſtinâ, & apparuit ſignum, quod appellatur Δοκίτης. *Docites* Cometa trabalis, *contra meridiem, Arabum potentatum prænuncians*: erat verò ξιφοειδὴς, *enſiformis, & duravit diebus Triginta*. Proximo anno mortuus Abubeker, Muhammedis ſucceſſor, in ſuum locum abiit, eique Omar ſucceſſit, Theophanes & Paul. Diacon.

Anno Juſtiniani V. *Lampadias Cometes, quod radios ſursùm facis inſtar erigeret dictus*, viſus Conſtantinopoli, ſeditionem, cædesqꝫ, nam ad XL. millia è populo cæſi, urbisq; incendium ſignificavit, Zonoras Annal. Tom. 3. Qui & non multò antè ſub Juſtino *Pogoniam*, ſivè *Barbatum, radiis deorſum vergentibus* conſpectam refert. Tùm Anazarba urbs *terræ motu* collapſa; *Pompejopolis*, mediâ parte, hiatu abſorpta; *Edeſſa*, Scirto fluvio, qui eam perfluit, exundante ſubmerſa. Verùm ἅλις δρυὸς, & ſatur jam ſum hiſtoriarum. Alia exempla fortè deinceps miſcebo. Ex hac inductione colligunt plerique; Cometas potiſſimùm iræ & vindictæ eſſe nuncios, raró aliquos ſalutares, nec ſine mixturâ malorum magnorum ullum. Idque confirmant afferendo

Sapientum TESTIMONIA.

53. Ac 1. quidem hanc vulgò communem, & ab omnibus ferè Gentibus, non barbaris, receptam fuiſſe opinionem, ſæpiùs audivimus jam. Quæ *Hiſtoricorum* ſententia fuerit dictum. *Mortem* inprimis *regnantium*, ac Principum ſignificâſſe innumeris locis teſtati ſunt, ut Auguſti, *Eutropius*; Claudii, aliorumque, *Xiphilinus*; Veſpaſianus, ut erat facetus, conſpectum, ad Regem Parthorum pertinere, qui capillatus eſſet, jocatus; mortis nuncium eſſe mox ſenſit, *Sueton. Xiphilin.* de Macrino, *Dio*: cui ſucceſſit peſtis Imperii Heliogabalus. A. D. 218. De Conſtantino M. Anno D. 337. *Eutropius* l. 10. *Denunciata mors ejus per crinitam ſtellam, quæ inuſitatæ magnitudinis aliquamdiu fulſit*: de Joviano, *Amm. Marcell.* ut & Valentiniano, l. 30. *nam diebus antè pauciſſimis, ruinas fortunarum indicantia celſarum, arsêre crinita ſidera Cometarum.* Biennio ante obitum Ludovici Pii Imp. A. D. 837. *ut Calvis. ex Aymon 3.* April. *Cometæ ſidus, Dirum ſemper ac triſte portentum, in ſigno virginis apparuit, intra penulam ejus & caudam ſerpentis*, Hydræ, *corvumque*; (eo ferè loco, ubi nuperus conſpectus primùm,) *qui cùm per XXV. dies, Leonis, Cancri, Geminorumque ſigna pertranſiiſſet, in capite Tauri tandem defecit.* Imperator tùm piè; dicenti ex Prophetâ, *non eſſe metuendum à ſignis Cœli*, Jerem. 10. v. 2. *Non alium*, inquit, *timere debemus præter illum qui noſtri, hujusque ſideris Creator eſt: ſed ejus clementiam non ſatis mirari & laudare poſſumus, qui noſtram inertiam, cùm ſimus peccatores & impœnitentes, talibus indiciis dignatur admonere. Quia ergò & me & omnes*

omnes communiter, hoc ostentum tangit, omnes pro posse & sapere, ad meliora festinemus; ne forte, misericordiam illo prorogante, & nostrâ impœnitudine impediente, nos illâ inveniamur indigni, refert scriptor qui præsens adfuit, & repetit Vossius l. cit. Rege digna sententia, Pio nomine & re, & cùm omnibus, tùm Regibus inprimis, auscultanda, lege totam historiam. Neque plura in hac classe addo: nàm & qui recentiora tempora attigerunt historici, eandem opinionem tenuerunt.

54. Jam 2. *Poëtarum* Testimonia multa audivimus. Homerus, ut apparet, hanc stellam crinitam, 4. Iliad.

ἢ ναύτῃσι τέρας, ἠὲ στρατῷ εὐρέϊ λαῶν

Vel nautis portentum, vel exercitui lato populorum appellavit. Imitatus manifestè Claudianus 1. Rapt. Proserp. *non illum navita tutò, non impunè vident Populi.* Virgil. l. 1. Georg. *Dirum sidus* dixit. Silius 1. *Lethiferum micantem*, & *crine flammifero terrentem FERA Regna Cometen.* Virgilio item 10. Æn. *Cometæ sanguinei lugubre rubent*, Lucanus l. 1. *crinemq; timendi sideris, & terris mutantem regna Cometam.* Silius l. 4. *Regnorum eversor rubuit lethale Cometes.* Petrus Apollonius Collatius (de cujus ætate Scaliger in Hypocrit. Margarinus tamen annis abhinc ferè mille scripsisse putat) lib. 1. Excidii. Hierosolym. inter alia *cœli minacis monstra, Igneum gladium* descripsit, *sanguineis sparsum maculis crinesq; timendi syderis.* Præfatus ista pia-*pia curâ Tonantis*

Scilicet in magnis semper fuit ista ruinis,
Humanum monuisse genus: nec publica mundo

Pœna

Pœna venit, cui non facies prænuncia cœli
Efficiat diversa fidem, &c.

Huc inprimis faciunt Sibyllina Oracula, quorum apud eos, qui talia contemnere docent, aliâs magna est auctoritas, l. 3. ubi de Cometâ;

Stella relucebit, gladii mortalibus index
Et famis, & mortis, præclarorumque Virorum,
Atque Ducum interitus, &c.

Quod & Connimbr. allegant.

55. At 3. *de Philosophis* supervacaneum est dicere: præter Epicurum cæteri ferè omnes veteres consentiunt, varia partim naturaliter, partim divinitùs, mala portendere. De Aristotele & ejus asseclis notius est, quàm ut prolixè agendum sit, tædetque omnibus obvia exscribere. Quare 4. ad *Christianos Doctores* veniamus, quos Patres salutamus. Hos inter Synesius de Calvitio totum hoc argumentum, secutus Aristotelem, absolvit. Ille hos ψευδωνύμους ἀστέρας ait significare, *publicas calamitates, populorum* ἀνδραποδισμοὺς, *Urbium eversiones, Regum interitus: nihil parvum, nihil mediocre.* Sic Iscanius, vulgò Cornelius Nepos, de Bello Trojano l. 2. - *regna Cometæ dispensant.* Damascenus de Orth. Fide l. 2. cap. 7. vocat σημεῖά τινα θάνατον δηλοῦντα βασιλέων *signa quædam mortis Regum nuncia*; *ac verè* ait *Divino imperio suo tempore existere, & dissolvi, nec esse stellas.* Id visum fuisse quibusdam dictum est; Aristoteli & Manilio, &c. *Electram*, unam Plejadum, quidam crediderunt, raró conspicuam.

Diffusamque comas corni, crinisque soluti
Monstrari effigie: diros hos fama Cometas

Com-

Commemorat, &c. Avienus in Phænom.
Sic Honorius ſentiſſe videtur de Imag. Mundi c. 137. *Cometæ ſunt ſtellæ crinitæ flammis, in Lacteâ Zonâ verſus Aquilonem apparentes, regni mutationem, aut peſtilentiam, aut bella, ventos, æſtus, vel ſiccitatem portendentes.*

56. Euſebius 3. Hiſtor. Eccl. de prodigiis ante excidium Hieroſol. *Mollire*, inquit, *mentes eorum duritiam nitebatur divina majeſtas, ſignis & prodigiis cœlitùs datis, terroresque & minacem dexteram oſtentando potiùs quàm inferendo.* Sequitur narratio de Cometâ &c. Sic Egeſippus, quisquis fuit, l. 5. cap. 44. *Si voluiſſent credere, evidentia imminentis ſigna excidii habebant: quibus veluti claris vocibus admonebantur, finem ſibi affore. Nam per annum fermè, ſupra Templum ipſum Cometes, paſſim ignis & gladii quandam præferens ſimilitudinem, denunciabat quoque ferro, & igni, gentis & regni, urbisq; ipſius vaſtitatem futuram. Quid enim ſimilitudo gladii, niſi bellum? Quid ignis niſi incendium denunciaret?* Putes ad id Manilii alluſum l. 1. extr.

Qùm fera Ductorem rapuit Germania Varum,
Infecitque trium legionum ſanguine campos;
Arſerunt toto paſſim minitantia Mundo
Lumina, & ipſa tulit Bellum natura per ignes,
Oppoſuitque ſuas Vires, finemque minata eſt.

57. Sanè Baſilius, ubi negat *Stellam Magorum fuiſſe Cometam, qui Regum mutationes & nova Imperia portendere videatur*; hoc non negat, homil. de Hum. Chriſti Generet. Origenas, quem Euſebius, Auguſtinus, aliique communiter ſecuti, *Signa cœleſtia nihil quidem in fatis efficere, ſignificare*

tamen

tamen nonnihil affirmant, ex ejus hom. 2. in Genes. Cometæ prodigiis jure annumerantur, quæ quodammodò *contra naturam* fiunt: undè autem *prodigia, nisi quod porrò dicant, id est, futura prædicant*: Augustin. de Civ. DEI l. 21. cap. 8. Eorum motum *regi ab Angelis*, exemplo Stellæ Magorum, ex eodem de Mirabil. S. Scr. vel quicunque Auctor est, ut & in Serm. de Temp. & Theophylacto in cap. 2. Matth. & aliis, confirmari potest. Quâ de causâ? nisi quia DEI q. ad homines Linguæ cœlestes sunt? Illud omninò certum est, quod Johann. Saresber. l. 2. Nug. Curial. cap. 13. habet: *Hoc divinæ miserationis est, quod signorum suorum indicio, ignorantiam nostram quandoque præmunit. Cometâ siquidem apparente*, inquit, *creduntur imminere Comitia* (alii legunt *tonitrua*, rectiùs *exitia*) *An ignoras - terris mutantem regna Cometem*? Neque, puto, quisquam Ecclesiasticorum Doctorum, ante hos ex Epicuri Ludo, unquàm negavit. Ipse Philostorgius l. 10. sect. 8. cùm descripsisset, *insolitum in cœlo Lumen* κώνȣ σχῆμα *præferens, quod plusquam IV. mensibus duravit*, sub Theodosio Juniore, etsi propter figuram inusitatam negârit fuisse Cometam; tamen testatus est *fuisse* σημεῖον πολέμων μεγάλων, καὶ φθορᾶς ἀνθρώπων ȣ ῥητῆς σύμβολον, *signum gravium bellorum, & indicium incredibilis hominum interitus*. Glycas Annal. p. 1. cùm præfatus esset, *id omnium confessione constare; nos de signis quibusdam, id quod futurum est, quamvis obscuriùs, prævidere & conjectare posse; Quid*, inquit, *multis opus est? qui conspiciuntur in aëre Cometæ*, *natu-*

naturali quidem ratione oriuntur; sed interim vel Regum, vel aliarum illustrium personarum interitus denunciant, quemadmodùm Magnus ille, Cœlestiumque rerum interpres Basilius, docet. Interdùm æstus, vel ventos subsecuturos indicant. Idq; *miseratione divinâ* ait evenire, *ut signa nobis subministret, de quibus futura prospicientes, hoc pacto securitati nostræ consulamus.* Quod ità communis hominum sensus confirmat, ut ex paganis plerique crediderint, teste Manilio suprà num. 35. Quamobrem, ut hanc *alteram Quæstionem* concludamus, audire decet

SACRÆ Scripturæ Oracula:

58. Quod vulgò dicitur;

Prodigia sunt mali imminentis nuncia:

id S. Literæ passim confirmant, cùm testimoniis quibus talia prædicuntur, tùm exemplis quibus evenisse referuntur. Nam quod de Ægyptiis habet Herodotus: *Plura ab eis prodigia comperta sunt, quàm à cœteris omnibus hominibus: nàm cùm prodigium extitit, scribunt id, observantes quomodò evenerit: & si quandò postmodum hujus simile extiterit, exemplo prioris putant eventurum:* hoc de Sacris Scriptoribus, Populoq; DEI, manifestum est affirmari posse. Quæ in Ægypto, ante Populi liberationem, edita sint, celebrat David Psalm. 78. v. 12. 43. & 105. v. 27. Quæ antè Chaldaicam & Romanam Hierosolymo eversionem; prædixit olim Joël, cap. 2. v. 10. & 30. neque pluribus nunc opus est. Ipse nos Dominus, si talia fiant, oculos aperire, diligenter attēdere, & quæ prædicta sunt

accu-

accurato studio expendere jussit, Matth. 24. v. 15. Luc. 21. v. 28. &c. Neque abs re est, quod talia dicantur אתות *Othot*, à *veniendo*, quod aliquid venturum significent; sivè quod *Literæ* q. sint, in Tabulis cœli depictæ, ex quibus futura legi queant: & מופתים *Mophtim* monstra, vel signa *evidenter* aliquid *demonstrantia*: & apud Chaldæos זמנין *Zimnin* q. d. *citationes*, quibus vel Creaturæ ad pugnam cientur, vel homines ad DEI tribunal vocantur. Optandum erat, ut aliquis hanc materiam *de Prodigiis & Signis* ex S. Literis, debitâ industriâ elaboratam, nobis explicaret.

59. Inter hæc sæpissimè IGNIS memoratur, & alia quæ ad hunc locum propriè spectant, μετέωρα. Et quamvis Cometarum nulla nomine tenus fiat expressa mentio; neque illi ullum proprium habere nomen videantur in S. Literis; (Chaldaicè & Thalmudicè dicitur hoc sidus, זיקין *Zikin*, à *Zakan* barbâ, q. *barbatum*) tamen sub nomine *Ignis* prodigiosi, & *stellarum* illos describi nil vetat, Judic. 5. v. 20. de Sisarâ dicitur: *De cœlo dimicatum est, contra eos: Stellæ, manentes in ordine & cursu suo, adversus Sisaram pugnaverunt.* Quonam modo? *DEUS*, inquit philo Biblicus, *præcepit astris; Descendite, inquit, & incendite inimicos meos, ut sciant virtutem meam: & descenderunt astra, & expugnaverunt castra eorum.* Si ut sonant verba accipias, fabula erit. *Sidera in stationibus suis*, velut exercitus in acie, steterunt: *S*ed, ministerio Angelorum *Cometas* &

fulgura,

fulgura, ventorumque procellas excitatas, ejaculari visa sunt; Indè *Danicus Terror*, & clades hostium, sic Abulensis & pòst alii Commun. sic Theodosio

-- Militat æther, & conjurati veniunt ad classica venti.

Neque incredibile est; noctu, quâ pugnatum fuit, repentè terrificum Cometam, qui gladium igneum, ex aëre in terram usque, demitteret, conspectum, quem procellæ & terræ motus comitarentur, itâ in seder olam, *omnia quæ in cœlo & terris sunt contra Sisaram pugnavisse*, dicitur.

60. De Chaldæorum exercitu Joël 2. v. 3. *Ante faciem ejus ignis vorans, & post eum exurens flamma*: Quomodò ante? De igni qui Chaldæis in argenteis altaribus ante exercitum præferri solebat, non ineleganter interpretatur Sanctius, vide Comment. meum in Joëlem, primitias meorum scriptorum, Anno 1640. Spiræ editum. At simpliciùs *de Cometâ* intelligemus, qui tùm quoque visus fuerit, cùm hæc Propheta nunciaret, ut ante ultimum Urbis excidium. Et hic potuit *siccitatis æstusque* ejus causa fuisse, quam cap. præced. v. 19. 20. deploravit. Sic posteà cap. cit. 2. vers. 30. inter Prodigia ultimæ eversionis recensetur *Ignis & Vapor fumi*. Nam ignis quo Judææ urbes, ipsaque Regina Hierosolyma, à Romanis incensæ conflagrârunt; & cætera mala, non prodigia venientis ruinæ, sed ipsa fuerunt. Præcessit igitur in terrâ *Sanguis* per varias seditiones largiter effusus: in aëre *Ignea meteora, & fumi*, in cœlo horrenda *Solis*

d *& Lu-*

& Lunæ deliquia. Quæ omnia à tempore Passionis Dominicæ, usque ad Urbis & Templi Halósin evenerunt. Sed veniamus ad ejus prodigii significationem, quod hoc loco, quem sub manibus habemus, describit *Jeremias.*

61. Quid ergò *Virga vigilans*, cauda Cometæ? celerem imminere DEI vindictam. *Quia*, inquit *Dominus, ego vigilabo super verbo meo*, festinabo, *ut faciam illud*; Quid *olla succensa*, corpus Cometæ ollæ ardenti simile? modum vindictæ & instrumeutum, locumque undè ventura erat; scilicet *ab Aquilone*, à Chaldæis. *Nam ab Aquilone pandetur malum*, exitium per hanc ollam flammas undique spargentem ostensum, *super omnes habitatores Terræ hujus.* Ipse *Eventus* posteà per ὑποτύπωσιν ita ob oculos ponitur, ut & *causa* puniens *Principalis*, DEus; & *ministerialis*, populi Regnorum Aquilonis; & *Objectum* pœnæ, Hierosolyma, ceteræque urbes Judææ; & *causa promerens*, justitiam divinam provocans; apostasia à DEO & idololatria; & denique *finis*, gloria Divinæ Justitiæ, disertis Verbis exponantur. *Primò itaque DEUS pœnam minatur: deindè* τὸν τρόπον *modum indicat*, ut habet Chrysostomus. *Virga DEI vigilat, cuncta Populi peccata considerans, ut percutiat & corripiat delinquentes. Ad hoc enim Dominus corripit ut emendet, Quibusdam gradibus peccantibus tormenta tribuuntur, ut paullatim veniant ad salutem. Qui noluerint percutiente Virgâ emendari, mittuntur in ollam æneam atque succensam. Sancti autem non sunt habitatores*

erræ,

terræ, sed advenæ & peregrini hæc ex Hieronymo. *Hæc enim maxima DEI medicina est servare ægrotantem terrere, ad sanam mentem inducere, per visionem ipsam, per ocularem intuitum, reducere, & abstrahere, locumque ac tempus dare ad pœnitentiam. Quâ de causâ aliquantis per adhuc monatur, idque molitur, ut fidem adhibeant διὰ τῆς ὄψεως, mentem ipsum concutiens, vivamque & spirantem orationem exhibens*, Chrysostomus.

62. Ex his tandem omnibus conficitur

Conclusio 1. *Cometas non tantùm esse signa Physica*, Mundi q. ægrotantis, & ut sic dicam febri ardenti, quam πυρετὸν S. scriptura, Medici καύσωνα appellant, laborantis: cujus *symptomata* sint, quæ Cometis accidunt & eos sequi solent; venti, tempestates, æstus, siccitas, terræ sterilitas, aëris intemperies, morbique & mortes, de quibus Connimbr. ex Arist. Ex quibus πρόγνωσις de ipsâ Mundi q. ægritudine & caussis institui possit: nàm juxta Aratum,

Crinitæ existunt multæ squallentibus annis.

In Phænom. Ità inter alia Manilius l. 1. circa finẽ:

Funera cum facibus veniunt, terrisque minantur
Ardentes sine fine rogos, quàm Mundus & ipsa
Ægrotet natura, novum sortita sepulchrum.

Ubi tamen nota 1. Talia sequi inprimis Cometas aërios, qui quò nos propiùs tangunt, eò magis feriunt: æthereos verò, *per Consensum & Sympathiam mundi superioris, cum inferiore*, ut rectè statuebat. Nuperus Auctor Viennensis, non minùs afficere terrena corpora, sed occultiùs & subtiliùs: 2. Non sequi autem semper, nisi & causæ

particulares ac propiores concurrant. 3. Sæpè effectum itàque suspendi, vel ab his, vel à primâ causâ. 4. Tandem tamen *Mundo esse salutares*; ut ex morbis debellatis oritur constantior sanitas. Sic enim *Deus magna hæc corpora curat, ut inæqualitatem revocet ad coæquationem*, &c. *Per omnem enim naturam commeat, rumpendo, concinnando, solvendo, jungendo, fundendo: Aridum liquefacit & solvit, guttas evaporat, laxatum aërem condensat, continenter superna submovet, & inferiora stabilit: Hæc est Mundi ægrotantis curatio!* ut piè vereque Heraclitus in Epist. ad Amphidamantem: verùm etiam, quæ est.

63. Conclusio 2. esse *frequenter Signa Hyperphysica*, à DEO creata & assumpta, ad significandas eas calamitates, quas homines suo sibi q. jumento, suâque culpâ, accersunt. Hac ratione *Imperiorum* portendunt *Mutationes*, eaque quæ vel præcedunt eas, vel sequuntur: qualia sunt; Regnantium mortes, bella, eversiones urbium, vastitas regionum, & id genus. Sic ergò multis *funereæ* faces sunt, aliis tamen *salutares*; DEI electis semper: his enim fiunt signa Theologica, & ἔμψυχοι λόγοι, ut dicam cum Chrysostomo, *vivæ commonitiones*, de Mundo, de Angelis, de Microcosmo, inprimis de Temperamento Misericordiæ & Justitiæ Divinæ. Quæ omnia ex dictis adeò sunt manifesta, ut neque qui Epicurum defendunt, audeant negare. Hoc scilicet *Animæ Testimonium est. Neque DEUS, neque natura mentitur: ut & naturæ & DEO credas,*

crede

crede Animæ, ait Tertullian. de Teſtim. Animæ cap. ult.

64. Sit itàque immotum, Cometas *Iræ Divinæ* nuncios eſſe, ſed & *Clementiæ*: Timendos iis, qui non timent DEUM-*Quia non metuendi*

Cauſa, Timere DEUM: quem quisquis non timet unum,

Omnia jure timet, ut S. Paulinus cecinit.

Quod non ſemper eveniant, quæ minantur; indè eſt, quia *minæ* plerumque ſunt eventuum, *non cauſæ*. Arbitraria ſigna ſunt DEI, terrere ſæpiùs volentis, quàm ferire, Jerem. 18. v. 7. 8. 9. Amos. 9. v. 8. 9. 10. Quod ajunt, *non conſiſtere, neque uni loco impendére*; utrumque aliter eſſe docuimus: nàm & quidam immobiles ſunt, & ſuper certa loca fixi: cùm verò altiùs evehuntur, ſupra plurium Populorum vertices, pluribus meritò metuendi. Denique *Optimates magis reſpiciunt, quàm plebejos*: quia major de illis cura eſt DEO. Et quamvis *unius corruptio, ſit alterius generatio*; tamen viciſſim unius generatio, alterius eſt corruptio. *Clades Turcarum ſunt noſtræ victoriæ*: ſed Turcarum victoriæ ſunt noſtræ clades. *Neutra pars*, inquis, *habet, quod cœlitùs illas magis metuat, quàm has ſperet*: Verùm rectiſſimè ſubnectis: *ſi humana omnia ſint paria*: ubi igitur non ſunt, habet altera quod magis metuat, quàm quod ſperet. Et uti

Iliacos intra muros peccatur, & extra;

Sic intra Eccleſiam & extra: graviùs tamen intra, quàm extra: ſæpiusque iraſcitur DEUS ſuis quàm extraneis: *Quia magna ira eſt: quandò pec-*

cantibus non irascitur DEUS, Hieronym. ad Castrensium: *tunc enim magis irascitur DEUS, cùm non irascitur*, Bernhardus serm. 42. in Cant. vide Amos. 3. v. 2. Luc. 12. v. 47. &c. Quamobrem superest, ut expediamus.

65. QUÆSTIONEM TERTIAM: *An & undè cognosci possit, quid Cometæ & quibus indicent?* Vehemens hîc *Gassendus*, & acutus; verùm vehementia sine causâ est; fluctus movet in simpulo: *acumen nimis tenue*, quod de Chrysippeo dixit Seneca, *retunditur, & in se replicatur: pungit, non perforat. Dices*, inquit; *Cometas divinitùs ad aliquid nobis significandum usurpari: Ac sanè id fieri posse non inficior.* Benè habet: & fieri & adeò posse fieri, verò & argumentis vicimus. Quid ergò? *Sed interim*, pergit, *undénam constat id reipsâ fieri? an aliundè, quàm ex Vanitate, quâ miseri turgescimus, dùm digni nobis ipsis videmur, propter quos hæc ostenta fiant? Primùm si ostenta* sunt, quomodò nihil ostendunt? & cui, si non nobis? an potiùs brutis, in ventrem pronis? an Angelis, qui consilii divini conscii & administri, talia nostri causâ efficiunt ac moderantur? *Deindè* an *indigni nos*, propter quos fiant? propter quos omnia & fiunt & facta sunt, quosque DEUS in hoc q. Theatro posuit, *ut spectatores simus rerum supernarum & cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud animantium genus pertinet*, ut Cicero rectè judicavit: denique quorum causâ ipse Mundus, & ut dicam quod maximum est, ipse DEus Verbum Homo factus est. Quis unquàm de Homine tàm abjectè, quis æquè in DEUM ingratè sentit; nisi Epicu-

Epicurus, quem loquentem hîc mihi omninò videor audire. *Undenàm*, inquit, *constat?* diximus,undè: ex testimonio Naturæ,Experientiæ, Animæ,& DEI ipsius *Magistri magistrorum*, ut loquar cum Tertulliano. His immorari nimis longum est. Pergamus, & audiamus cætera.

66. *Quid enim? declaravitne Ter Maximus Deus fore,ut si quandò Cometa in occasum tendat, caveamus ab externis; sin in ortum, à domesticis: An Principes admonuit,ut caveant ab iis Cometis, qui matutinum occupant signum, factum ipsis horoscopum, aliasque consimiles nugas?* Rectè; nugas nugonibus istis maximis relinquamus; DEUS non nugatur: alia seria & cavenda declaravit, & admonuit, quæ mox dicentur: nàm indignos nos dignatus est alloqui & erudire: ut *scias hominem non esse tumultuarium opus*, neque temerè *ex limo* Epicuri *calefacto, uterisque nescio quibus, quos radicibus terræ cohærentes primùm ajebat increvisse, membratos provenisse*,apud Censorin. de Die Nat. cap. 4.

67. Quid porrò? *Qui patienter*, inquit, *istos feramus, qui sic speciatim omnia definiunt, sic bellè sibi sapiunt, quasi, quod ille ajebat, Jupiter Opt. Max. admiserit ipsos in concilium Deorum.* At enim verò nos neutros patienter feremus, nec ariolos istos curiosos, nec Epicurum contra Providentiam grunnientem. Quid tùm? annon obsequio patienti audiemus & feremus, qui, quantum opus nobis est,& sufficit, talia ex Verbo DEI, & rectâ ratione definiunt, nec sibi sapiunt, sed DEO? Nam quid *Jupiter ille*, nec bonus, nec magnus,

nedùm Opt. Max. *Juninoni suæ in aurē dixerit*, nauci facimus, ut & ipsum, cum toto concilio DEorum suorum. Quid multa? *Nemo scilicet*, inquit, *satis attendit*; *quia neque sibi cum Seneca satis id objicit*: *Ergò tu in tantis erroribus es, uti existimes, Deos mortium signa præmittere*, *& quicquam in terris esse tàm magnum, quod perire mundus sciat.* Obsecro Te. Christiane Lector!

Ut nemo in sese tentat descendere! nemo!

Et tu, ô bone, in tantis erroribus es, uti neges Deum mortium signa præmittere, aut mortales variis modis suæ admonere fragilitatis? Mundus nihil scit; DEUS omnia; etiam capillos capitis nostri, quos in numeroso habet. Potestne magis esse error abominabilis, quàm negare hoc? ac statuere, DEO nesciente perire, non dico Principem, sed vel unicum ex infimâ plebe, hominem? quo nihil majus habet mundus? Verbum non amplius addo.

68. Hîc si dixero & demonstravero; *Undè cognoscere possimus, quid & quibus Cometæ portendant?* Causa perorata est. Faciam id breviter; nàm in calce sumus. *In manibus terræ.*

Undenam igitur? *Tria* invenio *cognoscendi principia*: 1. *Sophisticum* falsum & fallax: 2. *Topicum*, conjecturale & probabile; 3. *Apodicticum*, demonstrativum, & infallibile. De singulis pauca; nam totum hoc exhaurire, nec hujus loci est, nec meæ professionis.

69. SOPHISTICA Principia sunt, qualia vulgò Astrologi, ex vanis & superstitiosis paganorum lacunis, afferunt. Talia sunt quæ Plinius recitat l. 2.

c. 25

c.25. *Referre*, inquit, *arbitrantur, in quas partes se-ſe jaculetur*; de quo poſteà: *aut cujus ſtella vires accipiat*; quod æquè in abdito eſt: *quasq; ſimilitudines reddat, & quibus in locis emicet*: V. gr. *Tibiarum ſpecie? Muſicæ arti portendere: obſcænis autem moribus, in verendis partibus ſignorum: ingenuis & eruditioni, ſi triquetram figuram, quod ratamve, paribus angulis, ad aliquos perennium ſtellarum ſitus edat: Venena fundere in capite Septentrionalis Auſtrinæve ſerpentis.* Horum quædam adeò ſunt germanæ gerræ, ut vel Craſſo riſum queant extorquere: ut ſi quis dicat, *acontiam* minari ſagittariis, *Pogoniam* barbatis, *Xiphiam* gladiatoribus, *Ceratiam* cornutis, *Hippeum* equitibus, *Pithiten* vel doliariis vel craſſis ventribus: ſed pergo. *Solet enim ſtultitiæ notam incurrere, quisquis laborat ſtultiſſimè dicta refellere*, ut quidam dixit.

70. Ad hanc claſſem refero, quæ ex Ptolomæi quadripartito opere & Centiloquio promuntur: *Si Cometæ, undecim ſignis à ſole diſtantes, in cardinibus apparuerint, Rex aut Princeps morietur: Sin in loco ſuccedente, benè habebunt ſe ejus theſauri, ſed gubernatorem mutabit: at ſi in declinante, repentinæ mortes erunt: Si ab occaſu moveatur in ortum externus hoſtis veniet; ſi contrà, domeſticus. Martiales & Mercuriales*, quos ex coloribus volunt agnoſci, illos flammeos & rubicundos; hos albos &c. *bella, exilia, mortes portendunt*: Mars enim diſcordias & cædes; Mercurus dolos & fraudes ſignificat. *Loca, in quibus futura contingent, ex locis ſignorum Zodiaci, & ex iis, quæ ſunt in directo ſtellæ caudatæ, cognoſcuntur; Species eventuum, ex formâ accedentis:*

duratio, tempus indicat: cùm manè apparebit, mox eveniat; cùm vesperi, tardius. Suunt alia ejus generia plurima, quæ doctissimi quiq; ut incertis, imò falsis, hypothesibus nixa, ridenda propinant. Neq; nunc in Astrologos conjectores disserendi locus est, & materiam hanc Summi Sanctissimiq; viri dudùm occupârunt. *Artes has*, quas Ægyptii & Chaldæi, sed serò, ut ex Senecâ didicimus, pepererunt; Arabes intermortuas pænè ex Orco reduxerunt, Christiani quidam, si tamen, ornare studuerunt; damnatas DEI Verbo, & Ecclesiæ Catholicæ consensu, sæpè è Rebuspubl. proscriptas; has, inquam, *omnes artes, vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis, ex quâdam pestiferâ societate hominum & Dæmonum quasi pactu infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitùs repudiandas & fugiendas Christiano* esse, rectè censuit S. Augustinus, quâ de re vide *Alex. de Angelis in Astrolog. Conjector.* lib. 5. & alibi passim.

71. Topica, quæ experientiâ & ratione probabili, cum S. Literis non pugnante, nituntur, opinionem efficiunt, cui tamen aliquandò falsum subesse potest. Talia sunt, quæ nobis *Propheta noster* suggerit, sumta 1. *à colore, & figurâ*: igneus ille, quem vidit, similis, quoad caudam, Virgæ, seu baculo, qualem Judices populi gestare solebant; quoad corpus, ollæ succensæ, vindictam DEI judicis, & ignem, id est Halósin, minabatur. Sic *candidum* salutarem ad propagandam fidem; *Sanguinum & ruffum* bella; *nigrantem & obscurum*, famen; *pallidum*, mortes prænunciare, ex Apoc. cap. 6. vers. 2. & seqq, conjicere licebit. De

variis

variis figuris & eventis exempla suprà attulimus.

71. Deindè, 2. *à Motu.* Nàm celeritas proprii motus, celerem pœnam nuntiabat; eaque mox post *Josiæ* Regis secuta est *mortem*, meritò justis threnis deploratam, 2, Paralipom. cap. 35. v. 25. Sic enim Divina Providentia Regna mutatura, è medio tollit Principes, quorum incolumitate stat Salus publica, quique pietate ac justitiâ suâ properantem vindictam possint remorari. Horum igitur obitum etiam à Cometis significari, nihil puto vetat: is enim plerunque calamitatum intentatarum principium est. Quod ad publicas preces nobis esse debet incitamentum, Jerem. 29. v. 7. Baruch. 1. v. 11. 12. 1. Tim. 2. v. 1. 2. 3. Adulator est Firmicus cùm scribit: *Solus Imperator stellarum non subjacet cursibus, & solus est in cujus fato stellæ non habent decernendi potestatem: Cùm enim sit totius orbis Dominus, fatum ejus DEI summi judicio gubernatur: & quia totius orbis terreni spatium Imperatoris subjacet potestatibus etiàm ipse in eorum DEorum numero constitutus est, quem ad facienda & conservanda omnia divinitas statuit Principalis*, l. 2. cap. ult. Nàm ut *de Fato* stellarumque potestate impiè proposuit; *in Manibus Domini omnes sunt sortes nostræ!* ità optimè *de Providentiâ speciali*, in summos rerum arbitros, subjunxit: Verùm contrarium potiùs inferre debuit: Quæ contra aut supra naturam in cœlo spectantur, tantò magis metuenda sunt summatibus, quàm iufimatibus; quanto major de illis cura est Numinis, majorque

ex

ex eorum interitu calamitas. *His ſtantibus omnia florent!* Sic judicavit ſuprà num. 53. Ludovicus Imperator Anno 837. verè Pius. Illud verò quod præfatus erat Firmicus; *Non oportet, nec licet, ut de ſtatu Reip. aliquid nefariâ curioſitate dicamus; ſed & ſceleratus atque omni animadverſione dignus eſt, ſi quis interrogatus de Fato dixerit Imperatoris*: hoc inquam, in pagano Aſtrologo tantò magis laudandum eſt, quantò minùs ferenda noſtrorum Calendariographorum temeritas, piis omnibus execrabilis.

73. Adhæc 3. *è terminis motus:* Nàm *ab Aquilone* veniens noſter Propheta, tendensque *Hieroſolymam*, undè & quo ventura eſſet pœna deſignabat. Sic qui certæ regioni, aut urbi impendent, quorum exempla vidimus, quibus minaces ſint, ipſi demonſtrant. Ità non abs re eſt, quod noſtrum, (quem *in Hydrâ* primùm conſpeximus, ſigno aqueo; ex quâ *ad Tropicum Capricorni* delatus, reverſusque *in Eridano & Ceto* apparuit, undè *in Arietem* provectus nobis propiùs illuxit;) docti quidam conjectant, *Aquaticis & Marinis populis minari, à quibus bellum in Europâ conflatum, ad Indos fortaſſis profecturum, indè in Europam reverſurum, non ſine fundamento*, metuendum videatur.

74. His addi poteſt 1. *duratio*, moram malorum; & 2. *frequentia* talium, certitudinem ut ſigillis obſignatam, innuens. Quid frequentes Cometæ ſub Nerone, & qui ante ac poſt Ludovici Pii obitum viſi, denotârint, ex hiſtoriis manifeſtum eſt. Qui ejus obitum præceſſit, noſtro

ſtro huic nupero, valdè ſimilis apparuit. Si de ſimilibus ſimile ferri debeat judicium; confe-ramus tempora, ejusque Potentiæ, quæ ſub Pio iſto Imperatore cœpit, longisque Eccleſiaſtico-rum ac Politicorum colliſionibus aucta, per octingentos annos huc usque progreſſa eſt, Periodum conſideremus.

65. *An ex aſteriſmis*, intra & extra Zodiacum, *ſignificatio peti poſſit?* minùs certum eſt. Celebres tamen Aſtrologi ferè conveniunt hodiè; *Loca illa Imaginum Symbolica, eò quod Intelligentia Cometæ Rectrix non ignorârit, elegeritque præ aliis ad curſum Cometæ conficiendum, non vane aſſumpta fuiſſe;* *idq;* ajunt, *Symbolorum Interpres ſibi aliisq; haud dubiè perſuadebit*: Verba ſunt Aſtrophili cujusdam, ex Judicio ejus de Cometâ Anni 1652. Coloniæ impreſſo. Certum eſt, hos aſteriſmos nullas ad efficiendum vires habere. Si quæras quid ſignificant? Reſpondebo interim, illud vetus: *Non liquet.* Quàm antiqui ſint iſti aſteriſmi; qui primi Cœlum hieroglyphicis imaginibus inſcripſerint? quo fine? quid ſingulæ ſignent? negotium majoris curæ & altioris eſt indaginis. Nos ad exitum properamus; *vide Alex. de Angelis l. 4. cap. 23.*

76. Hactenùs *Topica* & conjecturalia: ſuperſunt Apodictica & demonſtrativa, quæ *ex Revelatione divinâ* pendent; non quidem nunc *immediatâ*; quam poſt *S.* literas nuſpiàm exſpectandam ſcimus, & ſi vel alicui obtingeret, an verè ſit; neſciremus: quod alibi demonſtratum

ſatis

ſatis eſt. in judicio *de Novis Prophetis*, quod *Apocalyptico Indici*, contra Anonymi *Clavem reſeratam*, præfixum extat: Ergò ex eâ quæ per S. Scripturam Communis eſt omnibus fidelibus.

Scimus autem 1. *Magnis peccatis magna deberi ſupplicia:* 2. Quid DEUS hoc ipſo loco Jeremiæ, *apoſtatis & idololatris:* non tàm craſſis illis extra Eccleſiam, quàm & ſubtilioribus intra eam, comminatus ſit? 3. *Graviùs punire DEUM Populum ſuum*, quàm hoſtes, dùm in terris verſamur, ut converſæ Electorum reliquiæ olim ſalventur in Cœlis. 4. *Horrendas calamitates, horrendis à DEO indicari prodigiis:* 5. Nos propè jà fine Mundi abeſſe, *tempusque* in quod incidimus, *ultimæ iræ*, & DEI, & permiſſu ejus Diaboli, *eſſe*. Denique 6. quas pœnas, & quibus, ante noviſſimum Diem-*quem nobis Vatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant*, Daniel inprimis, & S. Johannes in Apocalypſi, omnium ferè Chriſtianorum Interpretum conſenſu, prædixerint. Quæ ſi ſingula explicare cuperem, nova & longa mihi exordienda eſſet tela.

Anno Dom. 1106. *inſolita ſtella in Auſtrum & Occidentem lucere viſa eſt: & per 25. dies eâdem ſemper horâ circa veſperum ſplenduit. Non multò poſt Cometes longos & flammeos crines manè ducens apparuit.* Elmerus Monachus Malmasburienſis, hoc conſpecto, exclamâſſe dicitur apud Schedelium, citante Wolffio Cent. 12. pag. 346.

346. *Veniſti tandem, veniſti multis matribus lugendum malum! dudùm eſt, quod te vidi: ſed nunc multo terribiliorem te intueor, Patriæ hujus,* Angliæ, *excidium ſupremum minantem!* Nos & timeamus; nam juſtus ſemper timidus eſt; ſed & ſperemus: parati ad quidvis ferendum dicamus:

Salve flagellum DEI!

ſuſpiremus;

VENI DOMINE JESU, VENI!

Amen.

D. Conradi Ikenii Antiquitates Hebraicae,
sec: triplicem Iudaeor. statum. Bremae
1722 8. 1 alphab. 21 b.
Es ist dieses libr: ein gutes compendium der
Antiquitaeten, welches dem dieser Lehrer einen
Vorschlag zu leben pflegen.